| Carolus Oliucrius. | S. Marcellus Episcopus Parisiensis. |
| S. Constantius Episcopus Aquinas. | S. Martinus Episcopus Turonensis. |
| S. Cyprianus Episcopus, & Martyr. | S. Maurilius Episcop. Andegauen. |
| S. Daniel Stylita. | Maximilianus ab Eynaten. |
| SS. Discipuli Domini. | S. Maximus Episcopus Rheiensi. |
| S. Dominicus Patriarcha. | S. Nicetas Abbas. |
| S. Eligius Episcopus Nouiomen. | S. Niceius Episcopus Treuirensis. |
| S. Elphegus Episcopus Cantuarien. | S. Nonnus Episcopus Edessa. |
| S. Eutychius Patriarcha. | S. Parthenius Patriarcha. |
| | S. Patapius Solitarius. |
| | S. Paulus |


- | | |
|--|---|
| <i>S. Paternus Episcopus Abricensis.</i> | <i>S. Suitbertus Episcopus Verdensis.</i> |
| <i>S. Paulus Apostolus.</i> | <i>S. Theodorus Archimandrita.</i> |
| <i>S. Petrus Apostolus.</i> | <i>S. Theodosius Cœnobiarcha.</i> |
| <i>S. Petrus Cœlestinus Papa.</i> | <i>Valerius Polidorus.</i> |
| <i>S. Petrus Exorcista Martyr.</i> | <i>S. Vbalodus Episcopus Eugubinus.</i> |
| <i>Petrus Santutius Cœlestinus Ab.</i> | <i>S. Vedastus Episcop. Atrebatis.</i> |
| <i>Pontius Abbas Boneuallis.</i> | <i>S. Vincentius Ferrerius.</i> |
| <i>S. Portianus Abbas.</i> | <i>S. Vrsmarus Episc. in Cœnob. Laub.</i> |
| <i>S. Regulus Episcopus Arelatensis.</i> | <i>S. Vulinuualocus Abbas.</i> |
| <i>S. Remigius Episcopus Rhemensis.</i> | <i>S. Vuolphelmus Abbas.</i> |
| <i>Serenus Abbas.</i> | <i>Zacharias Vicecomes.</i> |
| <i>S. Simon Apostolus.</i> | <i>S. Zeno Episcopus Veronensis.</i> |





MANVALIS EXORCISTARVM, AC PAROCHORVM

Pars Prima.



DE EXORCISTA:



ID 1. ait Ioannes Apoc. 1. in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, præcinctum ad mamillas zona aurea: caput eius, & capilli candidi erant, tanquam lana alba, & tanquam nix: oculi eius tanquam flamma ignis, pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti: & vox illius, tanquam vox aquarum multarum, & cetera. & facies eius, sicut Sol lucet in virtute sua.

Quo apparatu Exorcista, Græca voce sic dictus, qui Latinè dæmonem adiurans, siue increpans vocatur, *c. Cleros. vers. Exorcista. 21. dist. iuremeto* non homo, sed similis filio hominis dicitur, eò quod conditionem humanam superantem, a quantem angelicam, & diuinam attingentem fortitus sit.

Verè plusquam homo est censendus, qui diabolum expellere potest. Quæ etenim vires alicui ex hominibus suppetunt, ut tales, & tantum inimicum gloriösè expugnare valeat; cum illo nihil debilius; isto nihil fortius in orbe reperiatur? *Nihil aliud est homo*, ait D. Bernardus lib. Meditat. cap. 3. *quam sperma fetidum, saccus stercorum, cibus vermium: Post hominem vermis, post vermem fetor, & horror. Sic in non hominem vertitur omnis homo. Quid superbis puluis, & cimis: cuius conceptus culpa, nasci miseria, vivere pena, mori angustia?* *Vnde superbis homo, cuius conceptio culpa: nasci pena: labor vita: necesse mori?* Dæmon nihil horum patitur; sed intellectu subtilis, scientia illustris, motu velox, potentia insignis, essentia spiritualis, statu perpetuus perseverat in æternum. *Quomodo tam debilis dæmonem tam*

I.
Exorcista, dictus demonem adiurās, persimilem filio hominis figuratur.

Quia dignitatē humanam superat.

Par. I. Cap.I. De Exorc. Potest. donato

fortem posset è fedibus suis nolentem expellere, profligare reluctarem, nisi conditione cæteris hominibus supereminaret?

2.

Angelicam
exequat.

Vnde supra homines eleuatus Angelorum sortes exæquat. Nam si Spirituum beatorum dignitatem attendas, videbis ipsos spiritibus malignis dominari, & dæmones suo subiectos imperio quaquaversum agere, agitare, exagitare, vt docent Alexander Alens. par. 2. q. 100. mem. 2. ar. 6. Ruper-tus Abbas *super Iudicum cap. 5.* B. Laurentius Iustinianus *de spirituali animæ resurrecti.* Iacobus Aluarez lib. 1. *de victoria tentat.* par. 3. cap. 7. D. Basilius *in Psal. 53.* & alij infra citandi articulo *de Angelis num. 515.* Quæ potestate cum Exorcista virtutes aduersas cohibeat, iuremerito vt Angelus censendus est, & similis filio hominis, qui Angelorum ore in forma iuuenis splendidi, & ingenui apparentium ministeriorum contra dæmones exercet, vt scripturæ, ac Patres indicant, qui tories Angelorum titulo Ecclesie Ministros cohonestant.

Divinam
attinet.

Immò diuinam aliquo modo attingit conditionem. Quis enim est ille filius hominis, cui similis esse, asséritur à Ioanne, nisi Christus Dominus, vt testantur S. Irenæus lib. 4. c. 37. Luisius Legionensis *de Nominibus Christi*, Aretas, Abbas Ioachim, Ribera, Haymo, Anselmus, Alcazar, & alij relati à Cornelio à Lapide *in Apocalypsim*, qui seipsum tali nomine vocans Matthæi 25, huiusmodi potestatem expulsivam dæmoniorū ipseinet sæpissimè exercuit, & suis Apostolis tradidit: neq; illis solùm, sed etiam successoribus? Quam spiritualiter æmulantur omnes Exorcistæ, cum spiritus malignos cogunt in fugam protumpere: aut maleficia soluunt, morbosq; veneficos sanant. Et idèò iuremerito similes filio hominis esse dicuntur, ed quod si non æqualem, saltem similem potestatem adepti sunt. Quare Exorcista, qui conditione sic eminet, multis qualitatibus fulgore debet, quæ illū ad tale munus efficaciter obeundum aptè disponant; sed præcipue debet esse Potestate donatus, Scientia prædictus, Virtutibus ornatus; vt tribus capitibus explicabitur.

Ideo debet esse
Potestate do-
natus.

Scientia prædi-
tus.

Virtutibus or-
natus.

Ecclesiastica
potestas Exor-
cista necessaria
ad debitam of-
ficij exercita-
tionem.

Cap. I. Potestate donato.

ECclesiasticam potestatem omnibus Ecclesiæ Ministris necessariam esse, nemo ambigit. Quantumuis enim aliquis sit abundantioribus charismatum donis præ cæteris supersusus, si tanien hac potestate careat, non potest ritè suum exercere ministerium; ideo Exorcista huiusmodi potestate donatus esse debet, vt aptè sit præparatus in ijs, quæ ad officium exorcisticum pertinent.

Quod typicè videtur in simili filio hominis apparenti in medio candelabrorum aureorum, qui vestitus erat podere, tunica, scilicet, byssina, siue linea interula, quæ vt explicant Nicolaus Lyrarius in postilla, & Alcazar super Apocalypsim erat vestis Sacerdotalis descendens à collo, & humeris vsq; ad talos, ideoq; dicta (Podiris) idest, talaris; & tam arctè corpori adha-rens,

rens, vt nulla serè in ea esset ruga: cum esset stricta admodum, & manicas haberet strictas. Nam quid designat sacerdotium illud indumentum, nisi potestatem Ecclesiasticam, qua à Christo supernaturaliter, & specialiter Apostolis, Discipulis, & eorum successoribus legitimis usq; in finem saeculi ad edificationem Ecclesia militantis secundum leges Evangelicas pro consecutione felicitatis eterna collata est? Ita colligitur ex Soto in 4. sent. d. 20. q. 1. ar. 1. Suarez de Legibus, & Legislat. lib. 4. c. 1. nu. 10. & cap. 3. per tot. & Barbosa de Episcopalis officij instit. c. 1. & latiss. de Iure Ecclesiast. vniuerso lib. 1. c. 1. & 2.

In qua descriptione quadruplex illius causa indicatur, secundum quam ab alia qualibet potestate distinguitur: Efficiens, cum dicitur: à Christo supernaturaliter collata. Nam cum Ecclesia sit regnum eius monarchicum, placuit aliquos ex hominibus assumere, quibus tanquam Officiarijs, & Magistratibus suam tribueret facultatem. Subiectura, cum dicitur: Apostolis, & eorum successoribus. Nam hæc potestas Apostolis primitus collata, ab ijs transiit ad Apostolicos viros; & ab illis in eorum successores transfunditur usque ad consummationem saeculi: can. In novo testamento dist. 21. & Concil. Trident. ses. 23. de Sacram. Ordinis cap. 1. & can. 1. Formalis cum dicitur secundum leges euangelicas, i. quæ dant formam utendi: cu non sit in libertate Ecclesiastici, ea potestate ad libitum vti; sed ad legis Euangelicæ, & Ecclesiasticæ præceptum, quæ vnicuique definitum, quid factò opus sit; alias usus esset abusus. Finalis cum dicitur, ad edificationem Ecclesia: eo quod omnia eius ministeria ad malum remouendum, & bonum promouendum occupentur; vt fideles à malis liberri, & in bono confirmati facilius suum finem assequantur.

Hæc autem, vt ministerium respicit exorcisticum, secernitut in potestate Ordinis exorcistatus, & sacerdotalis, ac potestatem Iurisdictionis ordinariae, & delegatae, quæ ambæ potestates Exorcistæ sunt necessariae modo, quod sequentibus articulis explicabitur.

ARTICVLVS I.

Ordinis Exorcistatus.

CV M Ordo sit concentus operationum ad inuicem communionis proportio, vicissitudinis in omnibus causa, & contemporatio ad perficiendum idonea, vt ait Speusippus in platonicis definitionibus; & æquum sit iuxta apostolicum præceptum I. Cor. 14. omnia honeste, & secundum ordinem fieri, in Ecclesia dari oportuit Sacrum Ordinem plures graduum, ac dignitatum Ordines in se continentem, in quibus singularis gratia, & spiritualis potestas, atq; officium traditur Ordinatis, vt munus suum in Ecclesia ex professo gerant, vt doceat Magister in 4. d. 14. §. si autem, D. Thom. ibi q. 1. ar. 1. Viguerius in summa c. 16. §. 6. & Barbosa Iuris ecclesiast. vniuers. lib. 1. de Ordine, & qualit. Ordinan. cap. 32. nu. 2. vt sic ex ordinata illa potestate admirabilis officiorum harmonia consurgeret, propter quam tot ordinum varietate circundata non immerito castrorum aciei ordinatae assimilatur.

Eius quatuor
causa explicatur.

Duplex est.
(Ordinis
(Exorcistatus,
(Sacerdotalis,
(Iurisdictionis
(Ordinaria,
(Delegata.)

4.
Quid sit Ordo
genericè sumptus.
In Ecclesia sūe
plures Ordines.

Cantic. 6.

4 Par.I. Cap.I. De Exorc. Potest. donato

Definitur Ordo Exorcistatus.
Potestas in dæmones exerceri debet ab ijs, qui sunt in ordine Exorcistatus.
Inter hos graduum ordines numeratur Ordo Exorcistatus, qui est spirituали potestas, qua Ordinatus potest dæmones increpare, illosque ab hominibus, & è rebus ad homines spectantibus expellere. Qua potestate nemo vti valet ad dæmones expellendos, ac dissoluenda opera diabolica, qui non fuerit saltem huiusmodi Exorcistatus Ordine insignitus, cap. Non oportet. dist. 69. ex Concilio Laodicensi cap. 26. Alcuinus de diuin. offic. cap. 35.

5. Iure ordinario ab hoc munere excluduntur. Laici.
Quapropter iure ordinario ab huiusmodi ministerio Laici repelluntur, nec possunt sine pacti dæmoniaci suspicione hoc sibi munus de iure vindicare. Nam si hoc sibi ex officio deberi asseuerant, palam conuincuntur sacrilegij. Si verò gratiam ad hoc specialiter datam, puta, per fidem in Christi nomine, prætendunt, tenentur huius juris extraordinarij documenta præbere Ecclesiæ Sanctæ Prelatis. Nam etsi dæmonum expulsio, & solutio maleficiorum per fidem in Christi nomine inter gratuita Dei dona connumerentur, quæ in aliorum utilitatem bonis, & malis, Clericis, & Laicis tribuuntur, vt docet Paulus 1. Cor. 12. dicens: *Alij datur operatio virtutum*, qua fideles per fidem possunt dæmones expellere, vt Christus dixit Marci vlt. *Signa autem eos, qui crediderint, hoc sequentur: In nomine meo demonia ejiciunt.* Nihilominus huiusmodi gratiæ ab Ecclesia sunt examinandæ, sine cuius iudicio, & auctoritate nemini licet saltem publicè, vel ministerialiter virtute peculiari exorcizare.

Infra n. 184.
§. 5.

Clerici simplices.

Simili ratione excluduntur ab eo numero simplices Clerici, qui licet asciti sint in sortem Domini, & veniant nomine personarum ecclesiasticarum; non tamen possunt hoc munus ministerialiter obire, nisi Exorcistatus Ordine sint insigniti. Ideò tota potestas penes illos manet, qui saltem in Exorcistarum numero cooptantur.

§. I.

6. Ordo Exorcistatus est unus ex minoribus.
Figuratus in legge veteri.
cl. c.
cl. 2.
cl. 3.
Hunc autem ordinem vnum esse ex ijs, quos minores vocant, omnes sciunt quicumquè ecclesiasticam disciplinam nouerunt, cuius umbra præcessit in lege veteri apud Iudeos, inter quos adiurandis dæmonibus aliquos vacaste, probat illud Domini dictum Lucæ 11. & Matthæi 12. Si autem ego in Beelzebub ejicio demonia, filij vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Vbi Tostatus loquens in persona Christi quæst. 64. super illa Christi verba relata, ait: *Non est verisimile, quod dicatis, scilicet, ne eijcere demonia in Beelzebub: quia ego, & filii vestri ejicimus demonia in eadem potestate;* & tamen non conceditis, quod filii vestri ejiciant illa in Beelzebub: nec ergo debetis asserere, quod ego ejiciam in Beelzebub; sed in virtute Dei, sicut filii vestri: cum non appareat aliqua ratio differentia, quare illos in virtute Dei, & me in Beelzebub demonia ejicere dicatis. Deinde subdit: *Quod autem dicitur (Filii vestri) accipitur de Exorcistis.* Nam apud Iudeos erant Exorcistæ, qui instruti à Salomone dæmones ejiciebant; & manserunt semper in gente illa usque ad tempora Christi, & etiam post. Afferit enim Josephus lib. 8. Antiquit. cap. 2. quod tempore belli Romani, Iudeus quidam de gente Iudaorum coram Vespasiano Cesare dæmonem de obfesso corpore expulit; in cuius rei notitiâ fecit, ut.

vt demon de corpore egressus vas aqua coram positum videntibus cunctis euerteret. Sicque de istis Exorcistis Christus loquebatur, qui erant filii Iudaorum, idest, de gente illa. Quod confirmat Chrysostomus super eadem verba Matthæi, & Amalarius Fortunatus Episcopus Treuirensis. lib. 2. de Ecclesiasticis officijs cap. 9. de Exorcistis: vt habetur tom. 9. par. 1. Bibliotheca Veterum PP. & Beda tract. super Actus Apostolorum ab eo allegatus.

§. II.

IN lege vero noua veritas subsecuta est, cum ipsem Christus Ordinem hunc instituit; non, ut aiunt quidam, videlicet, quando Christus tetigit aures iurdi, & muti dicens: *Ephpheta, quod est adaperire:* Marci 7. Et quando Maria Magdalena à septem dæmonijs ab eo fuit liberata. Matthæi 26. quia sequeretur, quod bis instituisset Ordinem Exorcistatus, quod videtur absurdum; Sed in ultima cena, cum totum Ordinis Sacramentum instituit. Et licet Augustinus Barbosa de iure Ecclesiast. vniu. cap. 33. de Ordine, & qualit. Ordin. num. 5. in fine, videatur asserere, solum Sacerdotium institutum esse à Christo in ultima cena, ceteros vero Ordines ab Apostolis, & ab eorum primis successoribus introductos esse; omnesque dici à Christo institutos: quia ille omnium Ordinum officia in seipso quodammodo gessisse probatur; Nihilominus cum ex sententia Doctorum melioris notæ, nempe D. Thomæ par. 3. q. 64. ar. 3. Caietani ibi, D. Bonau. in 4. dist. 24. q. 1. & 4. Richardi quæst. 3. art. 3. & aliorum infra citandorum, omnes Ordines sint Sacra menta, dubio procul est asserendum, Ordinem Exorcistatus à Christo Domino institutum fuisse in ultima cena simul cum toto Ordine; Vel dicendum est, Iesum instituisse Ordinem Exorcistatus, cum Matthæi cap. 10. Marci 3. & Luce 9. Conuocatis duodecim Discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Iuxta enim fidem omnia Sacra menta instituta sunt à Christo Domino: ita expressè definitur in Concilio Trident. sess. 7. de Sacramentis in genere can. 1. cuius verba sunt: *Si quis dixerit, Sacra menta noua legis non suisse omnia a Domino nostro Iesu Christo instituta, anathema sit.*

Quem ordinem seruatum fuisse ab initio nascentis Ecclesiæ probant Doctores testimonio Sanctorum Patrum, ut Ignatij, qui in epistola ad Antiochenenses salutat Subdiaconos, Lectores, Cantores, Hostiarios, Exorcistas: Cypriani Episcopi, & Martyris, qui lib. 4. epist. 7. scribit, per Exorcistas voce humana, & potestate diuina dæmones flagellari, viri, torqueri: Cyrilli Hierosolomitani in prefat. Catheches. asserentis, Exorcistas per Spiritum Sanctum deponentes effugare: Optati Mileuet. lib. 4. docentis, per Exorcistas spiritus immundos depelli, & in desertum fugari: Clementis Romani Pape epistola ad Iacobum fratrem Domini: Cornelii Papæ, & Martyris epist. ad Flavianum, quam Eusebius conferuauit: Caij Papæ, & Martyris epist. ad Felicem Episcopum: Augustini lib. 2. de Nuptijs, & concupis. cap 19. & 29. Quibus adde Concilia, Roman. sub Syluestro can. 3. Antiochen. can. 10. Carthag. 4. can. 4. cui interfuit, & subscripsit idem Augustinus, Laodic.

7.
Institutus à
Christo in lege
noua.

Et quando.

Vers. 1.
Vers. 15.
Vers. 1.

8.
Seruatus ab
initio Ecclesia.
Vt testantur
Patres.

Concilia.

cap. 26. & alia moderniora, que cum antiquis æqualis sunt auctoritatis, & fidei.

§. III.

9.

Quem esse Sacramētū, sustinent plures Theologi.

Ideo producere suum effectū ex opere operatio: nempe dæmones expelle: re, si adfint omnia requisita.

Probatur Ex institutione Christi.

10.

Auctoritatem Tostati.

HVnc Ordinem, asserunt nonnulli cum Durando relati à Ioseph Angles in 4. sent. quæst. de Sacram. Ord. art. 1. diff. 3. esse tantum sacramentale; Attamen Sacramentum esse, sicut & ceteros Ordines, tueruntur, præter D. Thomam, & alios supra relatios nu. 7. Paludanus in 4. d. 24. q. 1. Albertus Magnus, Almeynus, Maior ibi. Franciscus à Victoria Summa Sacram. q. 6. de Ordine. Coninchus disp. 28. dub. 6. Nugnus q. 27. ar. 2. concl. 1. & Bonacina de Sacram. disp. 8. plures citans Doctores. Quare cum Ordo Exorcistatus sit Sacramentum, eum suum producere effectum nō solū ex ope- re operantis; sed etiam ex opere operato, videlicet ex virtute Passionis Domini nostri Iesu Christi, nempe, ex se, & ex vi talis Ordinis abso- lute, & infallibiliter secundum Dei legem ordinariam dæmones ab obcessis corporibus expellere, si adfint omnia requisita, vt mox diceatur num. 17. & sequentibus, fatemur indubitanter cum Tostato par. 2. in 1. Regum cap. 16. quæst. 41. Alphoniso à Castro lib. 6. aduersus hæreses verb. Exorcismus, San- chez lib. 2. in præcepta Decalogi cap. 42. nu. 16. Suarez tom. 3. in 3. par. D. Thoma quæst. 65. art. 4. disp. 15. sect. 4. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2. Philiberto Marchino tract. 2. de Sacramento Ordinis par. 4. cap. 10. Virtus enim huius Ordinis, quæ est expulsio Dæmonis ab obcessis corporibus per se pendet ex institutione diuina, & potestate tradita à Christo Apostolis, & eorum successoribus, & ab Ecclesia suis Ecclesiasticis Ministris, nempe, Exorcistis. Sed necesse est, vt Exorcistæ in suis præceptis nomen Dei, vide- licet, vel Sanctissimæ Trinitatis, vel Domini nostri Iesu Christi interponat.

Vnde per sola verba, quæ proferunt Exorcista dæmones obiurgantes, eos non expellunt: quia ex se nullam habent efficaciam; sed quādo præcipiunt in nomine Sanctissimæ Trinitatis, vel in nomine Iesu Christi, dæmones ex- pelluntur, nō vi verborum coacti; sed à virtute Dei, qui vult operari pro- latis illis verbis.

Hoc probat Tostatus loco citato à simili in Sacramento Eucharistia. *Quemadmodum enim, ait, in Sacramento Eucharistia prolatis verbis à Sacerdote est ibi verum corpus, & sanguis Christi; & tamen ista verba ex natura sua non habent aliquam virtutem ad hoc efficiendum: quia si in verbis esset virtus naturalis, à quocumq; illa proferrentur, conficeretur Eucharistia. Sed falsum est: quia si Laicus illa protulerit, nihil efficit. Etiam non est efficacia à Sa- cerdote: quia tunc quondcumq; Sacerdos illa proferret, conficeret. Sed falsum est: quia si non proferantur cum intentione consecrandi, sed intentione iocandi, nihil efficit. Similiter si non proferantur super debitam materiam, nihil fit. Solus ergo Deus est, qui consecrat, faciendo ibi esse verum corpus Christi: & sic ipse fieri iussit Ioan. cap. 13. & 1. Corinth. 11. Ita in Exorcistis, quamquam verba, qua ipsi proferunt, non habeant ex natura sua aliquam efficaciam ad ex- pellendos dæmones de corporibus; prolatis tamen illis verbis, quæ etiam in formâ dedit*

Art. I. Ordinis Exorcistatus.

dedit Deus, illico demonem ejicit de corpore. Et hoc : quia ipse promisit, scilicet ; quod prolato nomine suo ista fierent : Marci ultimo, scilicet, In nomine meo demonia ejicient, id est, prolato nomine meo. Hac Tost. Hoc ipsum confirmat Alphonsus à Castro loco citato : Vis, ait, praecepti ab Exorcista prolati contra damones verbis Christi innititur : In nomine meo damonia ejicient. Per quæ promisit non tantum Exorcistis ; sed roti Ecclesie, se numquam illorum invocationi defuturum, qui nomen ipsius interposuerint.

Alphonsus à Ca-
stro

§. IV.

Hinc ministerio huic exorcistico, ea, quæ in Sacramentis concurrunt, proportionaliter conuenire, non est dubitandum. Quod facile probari potest ex Sacramento Pénitentia, in quo, sicut in ceteris, concurrunt causa efficiens, materia, forma, & intentio Ministri, quorum si unum deficit, Sacramentum non efficitur. Docet Concil. Trident. ses. 7. can. 11. de Sacram. in genere, Bartholomæus ab Angelo Dialogo 1. §. 27. & Bonacina disp. 1. de Sacram. in genere q. 3. pñct. 2. alios plures citans. Efficiens causa, altera est principalis, quæ est Deus operans, peccata remittendo, & gratiam conferendo : Altera minus principalis, Sacerdos nempe, verba profetens absolutionis, qui est velut instrumentum morale : ut serra est artificiale, quæ mouetur à fabro lignario. Materia altera remota : Propinqua altera. Remota sunt peccata. Propinqua sunt actus detestationis peccatorum, & confessionis eorundem. Forma altera remota, propinqua altera. Remota sunt verba absolutionis : Ego te absoluo à peccatis tuis. In nomine Patris, & cœ. Propinqua est prolatio verborum super debitam materiam. Intentio Ministri est, absoluere hominem à peccatis, & gratiæ Dei eum reconciliare. Quæ omnia si adsint, Sacramentum suum producit effectum.

Idem prorsus proportionaliter fatendum in ministerio Ordinis Exorcistatus. Non enim loquimur hic de Exorcistatu, prout est ordinatio : quia sic eius causa principalis efficiens est Deus : minus principalis, dicta ministerialis, est Episcopus. Materia remota est liber Exorcismorum. Propinqua traditio eiusdem. Forma sunt verba ab Episcopo prolatæ, cum tradit Exorcistæ libellum, in quo Exorcismi continentur, dicens : Accipe, & com-menda memoria, & habero potestatem imponendi manus super Energumenos, siue baptizatos, siue Carbecumenos. Intentio vero Episcopi est, instituere in Ecclesia Dei idoneum Ministrum ad dæmones expellendum. Ira prescriptum est in Concilio Carthagin. 4. can. 7. & Ecclesiastis canonibus c. Exorcista dist. 23. Et probant Valentia tom. 2. disp. 6. q. 8. par. 2. col. penult. verbo lampridem. Sanchez in Decalogi præcepta c. 42. num. 18. Guilhielmus Duranidus in Rationali diuin. offic. lib. 2. c. 6. nu. 4. Viualdus in candel. aureo par. 1. ubi de Sacram. Ordinis nu. 12. & 13. Cardinalis Bellarminus de Clericis lib. 1. c. 13. vers. tertius Ordin. Henriquez in Summa lib. 10. c. 9. §. 2. Moltes in Sum. Theologiae Moralis tract. 2. c. 6. Filliuccius tract. 9. nu. 20. & 51. Sebastianus Cas. in relect. de Ecclesiastica Hierarchia disp. 11. §. 3. in-

D. Thom. 3. p.
q. 84. ar. 2. Nu-
gnus, & Vas-
quez ibi, &
Bonac. disp. 5.
de Sacram. q.
3.

Quenam sine
causa Exorcis-
tatus, ut Ordo
est.

8 Par.I. Cap.I. De Exorc. Potest.donato

fine, Vasquez tom. 3. in 3. par. D. Thomæ disp. 237. c. 3. num. 32. Barbosa de Iure Ecclesiast. in vniuer. lib. 1. de Acolyt. & alijs ordin. c. 38. num. 14. & Petrus Thyraeus de Demoniacis c. 37. un. 502. ex illo Actuum 19. vbi dæmon obiecit filijs Sceua iniquè huiusmodi potestatem usurpatibus : Iesum noui, & Paulum scio, vos autem qui estis ? & insiliens in eos, & ceter.

§. V.

SED loquimur hic de ministerio Exorcistatus, videlicet, prout actu exercetur ab Exorcista. Hoc enim modo consideratus, eius causa principalis est Deus, qui dæmonem tum ab hominibus obsefis, aut maleficiatis, tum à rebus ad homines spectantibus virtute sua expellit; vt docet Tostatus loc. cit. num. 10. Causa instrumentalis, seu ministerialis est Exorcista, qui in nomine Iesu dæmoni præcipit, vt exeat è corpore, quod possidet. Eius namq; officium est, dæmonem adiurare, & increpare per nomen Domini, vt colligitur ex Augustino lib. 1. de Vita beata, vbi ait: *Exorcizare est per diuinam virtutem immundum spiritum adiurando expellere.* Quod pariter testantur D. Isidorus in Epist. ad Ludifredum, & refertur in cap. Perleonis dist. 25. Rabanus lib. 1. de Institut. Clericorum cap. 10. Hugo lib. 2. de Sacramentis par. 3. cap. 8. Stephanus Eduensis tract. de Sacramento Altaris cap. 3. relatus tom. 10. Bibliotheca Veterum Patrum.

§. VI.

Materia altera remora: propinqua altera. Remota est dæmon expellendus. Nam tota actio Exorcistæ versatur circa huiusmodi dæmonis expulsionem, tanquam materiam circa quam: vt sic patiens à diabolica tyrannie liber expeditius Deo inseruire possit. Propinqua est passiva dæmonis expulsio cooperante obsefso, aut maleficiato, (si est capax rationis) per actus liberi arbitrij, quibus dæmonem detestatur; ac protestatur, se nihil cum eo velle habere commune; ac firmiter credit, quod Deus non solum potest illum à Dæmone liberare, ac modum eum liberandi nouit; sed pro sua infinita clementia, ac bonitate, ac pro veritate verbi sui, quo promisit omnibus in se confidentibus suum prestare auxilium, illum absq; vlla dubitatione à dæmone liberabit, si huiusmodi liberatio futura sit animæ salutaris.

Si verò obsefus, vel maleficiatus rationis visu careat, tunc pro eo supplet Ecclesia. Veruntamen iuvant maximopere actus fidei, ac confidentia in Deum pro eius liberatione eliciti à parentibus, vel consanguineis, aut quibuscumq; Vexati curam habentibus.

Sicut in Sacramento Baptismi, cum Baptizandus est adultus; ante Baptismi susceptionem circa ea, quæ credenda sunt, cathechizari debet, vt habeatur car. ante viginti, & in Concilio Laodicensi can. Baptizandos. & Concil. Brachatensi can. Non licet. de Consecrat. dist. 4. teneturq; habere voluntate determinatam aetualē, siue virtualem Baptismum suscipiendi. Definita est.

Ver. 15.
Ver. 16.

12.
Exorcistatus, ut ministerium est, eius causa efficiens Princeps est Deus.
Ministerialis est Exorcista.
Exorcizare, quid sit.

13.
Materia remota ministerialis Exorcistatus, quanam sit.
Quanam materia propinqua.

Declaratur à famili in baptizandis (Adultis, Parvulis.

est in cap. *Maiores de Baptismo*. Et docet Scotus in 4. dist. 4. q. 4. Pro paruulis verò voluntarium consensum præstat Ecclesia. Ratio est: quia sicut originale peccatum fuit voluntarium non in paruulo, sed in Adam: ita medium satis erit in paruulo, vt sit voluntarium in Christo instituente, & Ecclesia ministrante: fuit enim primus Adam futuri Adæ, scilicet Christi forma. Ita Joseph Angles docet. *Flor. Theolog. qq. in 4. quæst. de recipientibus Baptismum art. 5. diffic. 4. concl. 2.* Pari modo obseßus, aut maleficiatus, si capax sit rationis, tenetur ipse habere voluntarium consensum suæ liberationis; & elicere actus fidei, ac confidentiæ in Deum, quod pro sua pietate, ac fidelitate, ad præceptum ab Exorcista dæmoni faciendum, vt exeat, & recedat totaliter ab eo, illum Deus expellet, & in fugam vertet. Si verò rationis viu careat, tunc supplet Ecclesia.

Veruntamen sicut cum paruulus solemniter baptizatur, fidem per verba gestantium quodammodo profitetur, & per eorundem verba diabolo, & mundo abrenuntiat: & hoc fit vi Sacramenti, & diuinæ gratiæ, quam Dominus donauit Ecclesiæ, vt habetur *can. Paruuli fideles de consecrat. dist. 4.* Ita obseßis, vel maleficiatis, aut ægrotis rationis viu carētibus maximoperè iuuat pro sanitate à Deo illis impetranda, si eorum parentes, vel consanguinei, aut curam habentes actus derestationis in dæmonem, ac confidentiæ in Deum efficaciter eliciant. Sic enim Redemptor noster Iesus Christus pro fide Cananææ filiam eius à dæmone liberauit. Matth. 15. Pro fide Centurionis seruo eitis ægtoto sanitatem contulit. Matth. 8. Pro fide eorum, qui paralyticum per teđum demiserunt, à paralysi liberauit eum. Matth. 9. Pro fide Archisynagogi eius filiam à mortuis suscitauit. Luc. 8. Pro fide patris pro filio suo dæmoniaco rogantis, illum à dæmone eripuit. Marci 9. Vnde Ioannes Maldonatus Comment. in cap. 9. Matthei vers. 28. ait: *Licet nemo possit iustificari aliena fide, potest bene gratias sanitatis obtinere aliena fide.*

§. VII.

Forma altera remota, propinquæ altera. Remota sunt verba à Christo instituta; Marci vlt. *In nomine meo dæmonia ejicient*. Nam præcepta debet fieri in nomine Dei, præcipue in nomine Iesu Christi interposito. Sic testantur Iacobus de Graffijis *in aureis decisionibus par. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 6.* Alciatus *lib. 8. parerg. cap. 23.* Durandus *in Rationali diuin. offic. lib. 2. cap. 6. nu. 1. & 2.* Henriquez *in sum. lib. 10. cap. 9. §. 2.* Anastas. Germon. *de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 3. num. 38.* Rodulph. Cupers *in repet. cap. oportebat. dist. 79. sub titulo de Exorcistis ar. 1.* Cardin. Baronius *to. 1. annal. Eccl. anno Christi 56. nu. 7.* Petrus Gregorius *Syntagmae Iuris par. 2. lib. 16. cap. 5. nu. 1.* vbi declarat, qui dicantur Energumeni: Vasquez *to. 3. in 3. par. D. Thom. disput. 236. num. 23. vers. tertius, & nu. 24.* Carolus de Graffijis *de effectibus Clericalibus in prælud. num. 286.* relati ab Augustino Barbosa *de Iure Ecclesiast. vniu. lib. 1. de Acolyt. & alijs min. Ordin. cap. 38. num. 15.*

Simili verborum forma ipsi Apostoli, ac Discipuli Christi fassi sunt, se
vfos

14.

15.

Quenam sit eius Forma remota. Præcepta debet fieri in nomine Iesu, vel Santissima Trinitatis.

Tali forma usi sunt Apostoli.

10 Par. I. Cap. I. De Exorc. Potest. donato

Vers. 18.

vsos fuisse Lucæ 10. Reuersi sunt septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Quibus verbis Paulus Apostolus vtebatur Actuum 16. vbi à puella pythonem spiritum ejiciens conuersus spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi, exire ab ea: & exiit eadem hora. S. Petrus similiter, teste S. Clemente, hac formâ vtebatur: Non curo, quomodo hic intraueris; sed ut ex eas impero in nomine Iesu Christi. Sic S. Ioannes Euangelista: Interdico tibi in nomine Iesu Christi Nazarenī, ne ultra hic habites. Item in nomine Iesu Christi hinc exite numquam reddituri. Sic omnes Sancti vtebantur, vt omnes ecclesiasticæ ferunt historiæ. Quæ formæ essentialiter, & quoad sensum non differunt. Nam intentio Christi est, vt præcepta fiant in nomine eius. Ratio est: quia, vt ait Paulus Philipp. 2. Deus dedit illi nomen, quod est super omne nomen; Ut in nomine Iesu omne genuflectatur celestium, terrestrium, & infernarum. Et Petrus Act. 4. Hoc est nomen, in quo oportet nos salvos fieri.

Vers. 9.

Vers. 10.

Vers. 12.

Forma propinqua.

Forma verò propinqua est prolatio huiusmodi verborum super debitam materiam cum debita intentione; vt docent omnes Doctores in simili de Sacramentis.

§. VIII.

16.

Intentio, quam
debet habere
Exorcista in
suo ministerio.

In intentio, quam debet habere Exorcista est, non solum se velle dæmonē torquere; sed illū à corpore obsesto expellere. Vel saltem habere debet intentionē faciendi, quod intendit Ecclesia, vel Christus instituit faciendū. Quæ intentio omnino necessaria est in quolibet Ecclesiæ Ministro. Ideò Exorcista necessariò debet ad veritatem Sacramenti, suum actum exteriorem, puta, verba in hunc finem dirigere, vt per illum actum id, quod Christus Iesus, vel Romana Ecclesia faciendum instituit, conficiatur: ita definita est expressè hæc veritas in Concilio Florentino. Confirmant Theologi D. Thom. 3. par. q. 64. ar. 8. Alexander Alens. in 4. par. q. 19. mem. 1. ar. 4. D. Bonau. in 4. d. 6. q. 1. & 2. ar. 2. Ricard. ibi q. 1. ar. 1. Scotus q. 3. §. & 6. & alij plures apud Ioseph Angles in 4. q. de Ministro Sacramentorum.

§. IX.

17.

Exorcismus in-
fallibiliter su-
um pducit ef-
fectū, si adint
omnia requisi-
ta.

CVM ergo in hoc sacro exorcistico ministerio, ea, quæ in Sacramentis requiruntur, proportionaliter concurrere videamus, proculdubio assere non ambigimus, vim exorcismi, seu præcepti ecclesiastici dæmoni ab Exorcista facti in nomine Iesu non inniti Sanctitati ministri, & si ea non parum iuuet, sed inuocationi Sanctissimi Nominis Iesu, & fidei, & Sanctitati Ecclesiæ, in cuius persona fiunt; Et huiusmodi præcepta vim habere dæmones expellendi non solum ex opere operantis; sed etiam ex opere operato; sicut cætera Sacraenta in producendo suum effectum: vt colligitur ex D. Thoma 3. par. q. 71. ar. 3. Et ideò sicut infallibilis est Sacramentorum effectus, nisi adint aliquis defectus vel ex parte ministri, vel ex parte formæ, vel ex parte materia, vel suscipientis: Sic infallibilis est effectus actus Ordinis

nis Exorcistatus, qui est expulsio dæmonis, nisi sit aliquis defectus vel ex parte cause instrumentalis, vel intentionis Ministri, vel formæ, vel materiae. Videamus ergo ex quanam causa defectus euenire possit; cum sepius multi obseSSI, ac maleficiati exorcizentur, nec tamen à dæmoniaca obfessione liberentur.

Vnde pueniat,
quod aliqui ob-
seSSI exorcizati
non liberantur.

§. X.

EX parte cause efficientis principalis, nempe, Dei, non potest esse defec-
tus: quia Deus quantum est ex se ad liberationem concurrere semper
est paratus, quando expulsio dæmonis animæ obseSSI futura est salutaris:
quia Deus promisit in eo creditibus, quod dæmones ejicerent, Marci vlt.
*Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo dæmonia ej-
cident. Si crediderint, nempe, dæmones ejicere in nomine Iesu. Iesus enim,
ait Gregorius homil. 28. in Euang. apud Gloss. Saluator est: vel etiam salu-
taris dicitur; & qui petit in nomine Iesu, salutaria petit, & illa obrinnet, qua petit.*
Verba autem Dei præteriti non possunt: cum Deus sit verax, & omnia in
veritate docens, & ita verax, quod Cœlum, & terra transibunt, verba autem
mea non præteribunt, ait Iesus Matth. 24. Ideò quantum est ex parte Dei
ex vi promissionis factæ, quando liberatio à dæmonie personæ liberandæ
est salutaris, Deus infallibilitè concurrit, si adsint cætera requisita.

Hinc cautè legendi Auctores illi tamen prisci, quam neoterici, qui dicunt,
Deum plerūq. sinere demonem in sua voluntate, an obedire velit, nec ne; sicut
homines, quibus Deus aliqua præcipit: quia Deus regulariter omnia mouet se-
cundum modum suum; rationalias scilicet, cum libertate. Sed tamen sicut ho-
minibus adhibet stimulos, vt velint obedire per Prædicatores, aduersitates, &
huiusmodi; Ita etiam malignis spiritibus adhibet stimulos virgentes ad suam
obedientiam, qui sunt exorcismi, quibus demones ita spiritualiter cruciantur,
sicut homines verberibus corporalibus. Hęc dicti Auctores.

At quis non videat, prædicta verba expressè veritati Sancti Euangelij ad-
uersari, in quo Deus promisit in se creditibus, quod dæmones ejicerent in
nomine Saluatoris independenter à dæmonis voluntate, immò contra dæ-
monis voluntatem? Marci vlt. sicut etiam cap. 9. dixit: *Omnia credenti
sunt possibilia.* Vbi videoas eorum grauissimum errorem à nemine hucusque
consideratum, dum ex prædictis suis verbis, & ex similitudine allata ostendunt,
huiusmodi dæmonis expulsionem non fieri à virtute Dei dæmone in-
uitu; sed pendere à libera dæmonis voluntate; sicut obseruatio præceptoris
dependet à libero hominis arbitrio, Deo adjuvante. Quod impium est alle-
tere: cum repugnet veritati Euangelicæ, & potestati Ecclesiaz, quæ hu-
iussmodi facultatem dæmones ejiciendi à Christo Domino accepit indepen-
denter à dæmonis voluntate. Quod magis, ac magis ostendit factum, ac
dictum Christi. Cum n. Discipuli eius non potuerint ab illo puero lunatico
demonem ejicere, accesserunt ad Iesum secretò, & dixerunt: *quare nos
non potuimus ejicere illum?* Quibus non dixit Iesus: quia Pater meus noluit
vt sua omnipotenti virtute; sed reliquit dæmonem in sua libertate, & obsti-

18.

Non à Deo, si
liberatio sit sa-
lutaris animæ.

19.

Adducitur er-
ror aliquorum.

Et reprobatur.

Mar. 16.

12 Par. I. Cap.I. De Exorc. Potest. donato

natione; ut dixissent præfati Auctores. Sed respondit: *Propter incredulitatem vestram.* Matthæi 17. causam refundens non in Deum, sed in Exorcistas: quia non se bene disposuerant ad fidem vigorosam, ac confidentiam perfectam impetrandam per orationem, & ieiunium: Nec non in obsessu, & eius patrem dicens: *O generatio incredula, & peruersa quamdiu apud vose?* quamdiu vos patiar?

§. XI.

20.

Quomodo sit defectus ex parte Exorcista.

EX parte causæ instrumentalis, seu ministerialis tunc est defectus, quando Exorcista non cognoscit suam potestatem à Christo sibi traditam in personā Apostolorum, & ab Ecclesia sibi cōmunicatam in Ordine exorcistatus: qua mediante, debet credere, dēmonem teneri eius præceptis obediare, sicut Dœo in his, quæ ad liberationem pertinent obsessi; si etiam ipse obsesus sit bene dispositus, & liberatio sit ei profutura. Sicut enim securis, vel ferra est instrumentum fabri lignarij, & lignum obedit ferræ, vel securi, dum scinditur per eam: sic dēmon necessariò ministro Christi, & Ecclesiæ tenetur obediare. Et sicut non potest dēmon non obediare Dœo: sic non potest non obediare eius ministro in his, quæ infra eius potestatis limites continentur. Quam veritatem dēmones ipsi pluries Venetijs, & alibi coacti per vim præcepti sibi à me facti in nomine Iesu, fassí sunt, antequam per ultimum præceptum expulsuum è corpore obpresso egrederentur.

Hinc plures Exorcistæ huiusmodi suam ignoratæ potestatem, cōfugiunt ad dēmonem; ac per vim præcepti tentant educere ex Orco Luciferum cum suis satellitibus, vt ipse veniat, ac potestate sua satanica huiusmodi obstinatos è corpore obpresso spiritus eripiat, eosq; ad inferos deducat. Imò sæpius ab ipsomet dāmone obidente querunt, vt dicat, quando velit exire, qua die, qua hora, quo loco, per quam personam, per quem Sanctum sit expellendus: Et in alios huiusmodi labuntur errores, qui à nobis vt abominabiles, Deoq; & Ecclesiæ iniuriosi, & obsessis, ac maleficatiis valdè noxijs, quin & ipsis Exorcistis admodum perniciosi reprobātur infra cap. 3. articulo de Prudentia in vitandis erroribus.

§. XII.

21.

Quando sit error ex parte intentionis.

EX parte intentionis dēmonem expellendi, notabilis defectus videtur in regulis traditis ab antiquis Auctōribus, dum assignant ad dēmones ejiciendos multos dies, hebdomadas, menses, & annos, in quibus multa præscribunt adimplenda, & exercenda tum pharmaca corporalia, vnguetiones, balnea, vomitoria, fumigationes sulphureas: tum irrisiva, & alia id generis, quæ in eorum libris continentur: in quibus apertè constat, numquam Exorcistam actualem, vel virtualem ejiciendi dēmonem tunc habere intentionem, quandō illud de exitu facit præceptum, si credit cetera alia seruanda esse necessariò: quia sic verba contraria sunt intentioni. Per verba enim præcipit, vt exeat citio, sed intentio est, vt non exeat, nisi adimplitis huiusmodi remedij, & destructis maleficij signis.

Ex

§. XIII.

EX parte formæ communis, est defectus ferè in omnibus exorcismatris. Nam relicta forma tradita ab ipso Christo, & ab Apostolis, ac Discipulis eius vñitata, quæ quoad essentiam clara est in Euangeliō: *In nomine meo dēmonia eiciēt: & sēpius apud Euangelistas, & Acta Apostolorum memorata, nouas querunt alibi exorcismorum formulas, vñusquisq; proprio suo Marte, & continuē multiplicantur noui exorcismi vocati potentissimi, & efficacissimi, eō quod in eis multæ continentur dēmonibus comminationes factæ; afferentes, necesse esse, Exorcistam, quoties Energumenum exorcizare aggreditur, saltem per sex horas continuas legere exorcismos, quasi modus expellendi dēmones consistat in multitidine, & longitudine coniurationum, & non in virtute, & efficacia Sanctissimi Nominis Iesu, qua ab Exorcista dēmones sunt expellendi.*

Sed vndenam tanta multitudo exorcismorum, ex quorum lectione nimis defatigantur Exorcistæ, & obſessi defeffi aufugiunt, si à Christo data est verborum forma (saltem quoad substantiam) dēmones effugandi? Cur Exorcistæ hūc illucq; discurrent, vt nouas exorcizandi adinueniant formulas, si in Euangeliō clara, & aperta traditur? Hoc vtiq; non aliundē prouenit, quām ex ignorantia, qua laborant, eorum, quæ essentialiter spectant ad hanc artem. Hinc ex hac ignorantia sequitur error peior priore, quod in huiusmodi suis exorcismatris admonent Exorcistas, vt dēmonem patrem mendacij interrogantes arctent, vt dicat: *Quibus verbis magis crucietur: Quinam sīnt Sancti in Celo, & quinam dēmones in Inferno sibi magis inimici.* Quas interrogations in suis coniurationibus sēpius repetunt; in quibus apertè manifestant, se numquam agnouisse verba sacri Euangeliū, quibus Dēmones ab obſessis corporibus sunt expellendi. Vbi videas, quomodo per huiusmodi interrogations occulte, & inconsideratè Exorcistæ euadūt diaboli discipuli. Quos errores infra detestamur num. 271. & ſequentibus.

§. XIV.

EX parte materiæ remotæ, quæ est dēmon expellendus, error euenit: quia ignorant, Christum per Passionem suam dēmonibus abstulisse omnem hominibus nocendi facultatem quoad actum secundum pro omnibus ijs, quos Deus vult protegere ob aliquod bonum publicum, vel priuatum, & maximè, quia confidunt in protectione Dei Altissimi, ac in virtute Sanctissimi Nominis Iesu, cui Deus Pater dedit hanc virtutem, vt eo inuocato dēmones effugentur, ac cetera mirabilia supernaturaliter ab hominibus operentur; vt latè *infra num. 65. & ſequent. & nu. 494.* Vnde licet dēmones maximam ex se vim habeant naturalem; attamen virtus hæc eorū quoad actum secundum, id est, quoad operationem est ligata, vt dixi, & maximè pro his, qui in Deum suam conſtituant fiduciam, vt latissimè probatur *infra loco citato, & ubi de Fiducia in Deum.*

22.
Error ex parte
forma.

Vnde proueniat
multitudo exor-
cismorum.

23.
Error ex parte
materie remo-
ta.

Tan-

§. XV.

24.
Ex parte autuū
liberi arbitriū
sapè deficiunt
Obsessi.

Tandem ex parte materiæ propinquæ , quam voco passiuam dæmonis expulsionem, cooperante obfesso, vel maleficiato per actus liberi arbitrij, quibus dæmon detestatur, ac in Deum suam collocat fiduciam (si capax sit rationis) est communis defectus : quia multi obsessi , ac maleficiati non se disponunt ad fiduciam à Deo impetrandam, quæ eis, vt liberentur à dæmons, est necessaria . Non enim incumbunt orationi, nec ieunijs vacat, per quæ à Deo huiusmodi fiducia facile obtinetur , vt latissimè infra , cum de Egroto erit sermo par. 2. Alij accedunt ad Exorcistas , vt exorcizentur, & orant, & ieunant ; sed nolunt credere , quod Exorcista possit prima vice (si expulsio fuerit salutaris) illos à dæmons liberare : sed requiri, putat, multas temporis stationes , longas, ac sèpiùs exorcismorum lectiones iteratas , rerum fætidarum fumigationes, vnetiones, purgationes, & euacuationes crebro adhibitas . Alij credunt , voluntatem Dei sic esse determinatam , vt à dæmons ita diu vexentur pro animæ sua merito abundantiori , vt faciunt personæ magis exercitijs spiritualibus addictæ . Et licet personæ istæ non peccent, tamen ponunt obicem ad liberationem ob defectum confidentiarum , quæ omnino necessaria est in adultis ; videlicet , vt credant, ac confidant , quod Deus non tantum potest , & nouit illos à demotæ liberare , sed pro sua infinita bonitate, ac fidélitate sua promissionis infallibiliter vult illos à dæmons liberare , si liberatio huiusmodi eis sit profutura . De his , & alijs huiusmodi impedimentis latissimè infra par. 3. ubi de Damone obstante :

Si ergo in his quatuor causis nullus in ordine ad liberationem defectus occurrit, Exorcistam per fidem Sanctissimæ Trinitatis, ac virtutem Sanctissimi Nominis Iesu ab hominibus obsessis , ac maleficiatis, & è rebus hominibus spectantibus infallibiliter dæmones expulsurum, nemini est ambigendum, vt toto tractatus dictisu exactè demonstratur .

ARTICVLVS II.

Ordinis Sacerdotalis.

25.
Dæmones ex-
pellere ex con-
suetudine Ec-
clesia ad Sa-
cerdotes spe-
ciat ratione
Dignitatis.

Quamuis sanctum expellendi dæmones ministerium quilibet Exorcista ritè ordinatus exercere possit, can. Perleffis dist. 25. & constat de S. Petro Martyre, dicto Exorcista; tamen ex cōmuni Ecclesiæ praxi ad Sacerdotes propriè, ac principaliter pertinet ; & conuenientius ab illis exercetur , siue dignitatem , siue potestatem , siue exercitium ipsum consideres?

Dignitas Sacerdotum tanta est, vt nullus in orbe, qualicumq; splendore fulgeat, eis æquipari valeat, vt pluribus docet D. Chrysost. in lib. de Sacerdotio . Vnde decentius exorcismi , & præcepta ecclesiastica ab eis fiunt : eò quod per tantum ministerium super dæmones , & Angelos euehuntur : Cum dæmones , quantumvis malii , Sacerdotali imperio parere cogantur : & An-

& Angeli, et si natura, & sanctitate sublimes, ei honorem habere, & mandatis eorum aliquando obsequi non de dignantur; præcipue cum de expellendo è corporibus dæmone, aut dissoluendis maleficijs agitur. Nam sicut mali hominum exitio semper in uigilant; ita boni cõmagis eorum salutem procurant, vt benè docet Joseph Angles in 2. dist. 11. q. vñica dub. 6. & libenti animo vires angelicas potestati sacerdotali connectunt, cum vident Sacerdotes, qui nobilitate ministerij æqualem, si non maiorem, cum eis fortiuntur conditionem, dæmones oppugnare, vt quasi agmine facto Angeli cælestes, & terrestres insimul iuncti, maiori impetu fetantur in hostem, qui tam potenter oppugnatus aut fugere cogitur. Quare aptè admodum hoc ministerium Sacerdotibus reseruantur.

§. I.

Hic tanta dignitati ampla potestas annexa est, cui multa conuenient eorum, quæ ab Exorcista in liberatione energumenorum, aut maleficiorum sunt prestanta: vt vexatis Sanctissimam prebere Eucharistiam: 26.
Potestatis. Sacramentales eorum audiæ confessiones: benedictionem impetrari rebus omnibus, quæ ad curationem illorum requiruntur. **Q**uis enim ignoret, Sanctissimam Eucharistiam esse potentissimum diuinæ virtutis pharmacum, & efficacissimum omnium spiritualium armorum proimptuarium? Sacramentum Penitentiae omnia ligata soluere, clausa referare, aduersa mitigate, contrita sanare, confusa lucidare, desperata animare, dum peccata delet, quæ vt plurimum sunt causa maleficiarum, & obsessionum? vt probatur infra cap. 2. ubi de Diuina permissione. Sacerdotiales benedictiones rebus diuinam conferre virtutem, per quam mirabilia perficiuntur? Quæ omnia simplex Exorcista perficere nequit, & ad Sacerdotes pertinent, qui sic conuenientius dæmonem ijs remedijs oppugnant.

Quod pluries in varijs energumenis, ac maleficiatis expertus sum. Cum enim dæmones preceptis sibi à me factis in nomine Iesu non obtemperarēt, quæsiui à patientibus quantum temporis esset, ex quo peccata sua non essent confessi, ac Sacratissimo Eucharistia pabulo refecti. Qui respondentes: multum temporis; statim iussi, vt suam diligenter examinarent conscientiam, ex puro corde sua detestarentur peccata, ac fideliter, humiliterq; illa confiterentur; nec non ad Sacram Eucharistiam sumendum deuotissime se pararent: quia fides, seu fiducia in Deum licet principaliter diuinæ liberalitati, ac fidelitati innitatur; attamen ait Cassianus in suis Collationibus lib. 1. Collat. 9. c. 32. de conscientia puritate creditur emanare. Quo peracto, iterum dæmonibus precepto imposito de exitu, illicò in fugam veri sunt. Quare iuuat plurimum, Exorcistam sacerdotali dignitate esse insignitum, ac potestate audiendi confessiones suffultum: quia ipsem est potest obsessum interrogare de peccatis, & nosse quæ pharmaca spiritualia ei sint adhibenda ad facilius à Deo fiduciam obtinendam, qua ab omni valeat diabolica eripi vexatione.

Quod.

§. II.

27.
Ministerij.

Quod magis expediens videtur, si modum consideres, quo ministerium exorcisticum solemniter exercetur, neimpè manuum impositione, & applicatione stolæ.

Impositionem manuum super vexatos à spiritibus immundis, & infirmos docuere Apostoli, & ea vñi sunt. Immò quoad ægrotos ipse Christus Marci ultimo dicens: *Super agros manus imponent, & benè habebunt.* Postea Sancti, vt S. Martinus, qui Treuiris Tetradij serum à vexante démonie liberauit, vt sacræ ferunt historiæ; Et vsquè modo Ministri Ecclesiæ iuxta Ecclesiæ praxim. Sic enim Episcopus dum confert Clericis Ordinem Exorcistatus, eis tradens librum Exorcismorum ait: *Accipe, & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive Cathecumenos, iuxta Concilij Carthagin. 4. prescriptum, & can. Exorcista dijst. 23.* & Patres Theologos supra allegatos num. 11. Si autem qui exorcizant, sint etiam Sacerdotes, per huiusmodi manuum impositionem démones aliquando faciliùs deteguntur: eò quid ad talem cōtactum contremiscere soleant, non volentes illius manū impositionem sustinere, quę quotidiè corpus dominicum contrectant, & alijs administrant. Hoc tamen non est necessarium: quia Exorcista potestatem manus imponendi super energumenos obtinet ab ordine Exorcistatus, & non Sacerdotali.

Idem dicendum de stolæ applicatione, qua energumenos cingere, aut eam in eorum collum injicere consueuerunt; vt alias feliciter prestatit Pontius Abbas Boneuallis *in vita S. Bernardi lib. 4. c. 7.* Etenim stola quasi ferreis vinculis spiritus nequam alligatur, vt se Christi captiuum esse cognoscat, & suum victorem, atq; tartararum potestatum triumphatorem reuereatur. At vñus rectus, & proprius stolæ ad Sacerdotes pertinet, quasi externi ordinis, & officij signum; & cōsequenter hic ritus aptius ab illis, quam ab Exorcistis obseruatur.

§. III.

28.
Stola vñus ostenditur non necessarius Exorcista ad demones expellendos.

Veruntamen, quia plures moderni Exorciste doctissimi, ac diù in arte exorcistica versati, relicta multitudine Exorcismorum, toto conatu incumbunt, vt obsecros, ac maleficiatos in fide, ac confidentia in Deo, & potestate Exorcistis ab Ecclesia tradita ritè instruant: Ac tandem, cum eos perfectè dispositos agnoscent, In nomine Sanctissimæ Trinitatis, & in virtute Sanctissimi Nominis Iesu more Apostolico, non vt Sacerdotes, sed vt Exorciste, post aliqua conuicia, & obiurgationes vulgari idiomate ad démones directas, illis præcipiunt, vt è corporibus obsecrosis aufugiant; & de facto videamus eos exire compelli: Dicimus, stolæ vñsum non esse necessarium: quia licet valde sit conueniens, ministrum, qui démones expellit, esse sacerdotali insignitum dignitate; nihilominus quia hoc non exercet munus,

munus, vt Sacerdos est; sed prout ordine exorcistico est adoptatus; ideò ad hoc munus obeundum stola non est necessaria.

Est tamen necessaria necessitate precepti in ritu exorcismorum, qui ante Baptismum premittuntur; dum adulti, vel parvuli sunt baptizandi: quia tunc cum Sacerdotes, vt Sacerdotes sunt, tale subeant onus c. *Sacerdotes, de consecrat. dist. 4. ceremonias, ac ritus ab Ecclesia institutos, & in ea vniuersaliter receptos, vel in Episcoporum Conciliis constitutos, adeoq; certam, & indubitatem originem habentes, diligenter obseruare tenentur.* Per exorcismos enim, & alia externa signa, que in Baptismi administratione solemnni adhibentur, fidelibus innoscet, quid Baptismus interius in animo operetur. Non quod diabolus in non baptizatorum corporibus tanquam obsessis habitat; nec quia homo secundum naturam malus sit: sed quia ex lapsu primorum parentum originem peccati, atq; iustitie priuationem trahit; Et idcirco diaboli infestationibus magis est obnoxius, ut S. Augustinus docet lib. 1. de *Symbolo ad Carbecum. cap. 1. Non creatura Dei, ait, in infantibus exorcizatur, aut exsufflatur; sed ille, sub quo omnes, qui cum peccato nascuntur. Est enim Princeps peccatorum. Ac per hoc propter unum, qui lapsus est, & omnes misit in mortem, missus est unus sine peccato, qui omnes in se credentes perducat ad vitam liberans eos à peccato.*

Qui exorcizandi ritus videri potest in *Pastorali*, siue *Rituali Romano*, vbi de *Sacramento Baptismi*. Et in antiqua Ecclesia semper fuit in usu, sicut constat ex Dyonisio Areopagita cap. 2. *Ecclesiastica Hierarchia* par. 2. Cyrillo Hierosolomit. *Cathechesi* 1. Chrysostomo homil. de *Adam, & Eva, Celetino Papa epist. 1. ad Episc. Gallia* cap. 12. S. Isidoro lib. 2. de *Officio Ecclesiastico* cap. 20. Alexandro Alensi. par. 4. quest. 10. S. Bonanentura in 4. dist. 6. ar. 3. quest. 2. Iacobo Pamelio loco citato, verb. exsufflatur, & exorcizatur, & alijs relatis à Paulo Layman *Theologia Moralis* par. 2. lib. 5. tract. 11. cap. 8. de *Sacramento Baptismi*.

Quare in administratione nedum Sacramenti Baptismi, sed & aliorum Sacramentorum Parochi, ac ceteri Ecclesie Ministri operam dare debent, vt ritus ecclesiasticos bene calleant, & cum decorè, & populi edificatione exerceant iuxta preceptum Apostoli 1. Corinth. 14. *Omnia honestè, & secundum ordinem fiant.*

In exorcizandis verò à démone obsessis, aut maleficiatis, licet sit proprium munus Exorciste, can. *Per lectis dist. 25. atramen presente Sacerdote*, cui de iure tenetur prestare obedientiam, sine eius licentia Exorcista huic muneri non se intrromittat. Eo verò absente à Diacono, vel Subdiacono, vel ipso Exorcista exerceri potest; modò honestas, & recta Ecclesie consuetudo, aut euangelica norma, ac methodus obseruentur, que postulant, vt coram superioris Ordinis Clerico alter minoris gradus id ipso inuito non attentet. can. *Denique. dist. 21.*

29.

Stola usus est necessarius necessitate precepti in ritu exorcismorum, qui ante Baptismum premittuntur.



ART. I C V L V S III.

Iurisdictionis ordinariae.

30.
Potestas iurisdictionis requiri.

PO S T prefatam Ordinis potestatem, qua Exorcista predictus esse debet, alia requiritur, nempe potestas iurisdictionis spiritualis, que (etsi alii aliter dicant) videretur habitualiter, seu aptitudinaliter eadem esse cum alia, cui tamen superaddat applicationem materie, circa quam exerceatur. Hoc significat Sotus in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. cum docet, potestatem clauium non dicere nisi meram potentiam; iurisdictionem vero non esse propriè potentiam; sed applicationem materie ad agens, ut sequatur actio. Sic in statu politico, cum Princeps alicui Medico facultatem facit videnti sua arte, non superaddit eidem arti vim aliquam operandi, sed tantum applicationem materie circa quam operetur, hoc est, populum, cuius curationi incumbat. Sic in statu ecclesiastico, cum Beneficium Curato Sacerdoti confertur, non datur ei potestas Ordinis, quam per characterem Sacerdotalem iam habebat, sed applicatur ei populus, in quem illam exerceat.

31.
Non iure communī, sed par-

muni, plu-

riūm Episcopo-

rum.

Hanc autem requiri dico, non iure communi, per quod Exorcistæ, & Sacerdotes exorcizare permituntur: cum nulla prohibitio ipsis facta reperiatur; sed ex ordine Ecclesiastico multarum Diocesum, quarum Episcopi prudenter interdicere consueuerunt, ne quis sine eorum licentia, etiam inscriptis obtenta, audeat obsessos exorcizare. Veruntamen, quia plures sunt infra citandi Auctores, qui assuerant locorum ordinarios hoc munus prohibere non posse: eò quod talis auctoritas ministris Ecclesiae à Christo Domino per illa verba Marci vlt. *In nomine meo demonia ejicient*, concessa sit, diligenter hæc veritas à nobis est enucleanda.

§. I.

32.
Episcopi non
possunt prohibere munus ex-

orcizandi.

Quoad potesta-

rem generalem

à Christo, & à

iure communi

acceptam.

DIENDUM ergo ex Martino Nauarro *Consiliorum lib. 1. de offic. Iudic. Ordinarij Consil. 6.* de hac exorcizandi potestate posse dupliciter loqui: Vel quoad potestatem generalem, quam omnes Christiani habent à iure diuino, ejiciendi dæmonia, & adiurandi increpatoriæ; Vel quoad particularem potestatem, quam habent quidam in aliquibus terris particulariter deputati ab Episcopis ad officium huiusmodi exorcizandi arreptitios cum superpelliceo, & stola, & quibusdam alijs. cæremonijs.

Quoad primam facultatem non videretur posse restringi saltem ab inferiore Papa: quia tale statutum videretur contra ordinationem ab ipsomet Christo factam Marci ultimo, *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo demonia ejicient.* Quam tollere non potest inferior Papa. Imò nec ipse Papa in totum, saltem sine iusta causa. c. sunt quidam. 25. q. 1. Quæ doctrina valet etiam pro Benedictione infirmorum. Sic testantur præter Nauartum *loco cit. num. 4.* Vgolinus *de officio*, & potestate Episcopi *cap. 47. nn. 6.* Philibertus Marchinus *tract. 2. de Sacramento Ordinis*

par. 4. cap. 5. Franciscus Cespedes tract. de Exemptione Regularium cap. 6. dub. 135. Aloysius Bariola Aphoris. Inquis. verbo Exorcizandi, & Franciscus Pelizzarius in Manuale Regularium tom. 2. de Exemptione Regulariū tract. 8. c. 6. sect. 1. nū. 54. afferentes Episcopos non posse regulariter prohibere Clericis sibi subditis exorcizare: Nam de iure diuino est, ut unusquisq; actum sui Ordinis exerceat. Exorcizare autem est actus Ordinis Exorcistatus; cum hoc possit etiam facere quilibet Christianus per fidem in nomine Iesu Christi, dæmonem increpando die, noctuq; idquæ frequenter facimus, ut ait ipse Nauarrus loco citato, aspergendo nos aqua benedicta, & dicentes: Ecce crucem Domini, fugite partes aduersa, & cat.

Quo verò ad particularem potestatem videtur, quid qui deputauit eos, posset astringere ad aliqua seruanda, quæ non tenerentur seruare alij, qui volūt vti sola potestate à Christo tradita: qualiter multi Sancti sine aliquo apparatu solo, verbo puta, præcepto facto in Nomine Iesu, vexatos à dæmonijs liberatunt. Quod sustinet etiam Suarez tom. 2. de Religione lib. 4. de Adiuratione cap. 4. num. 5. dicens. Supposita necessitate hominis à dæmonie obſeffi, vel alia ſimili, poſſunt Miniftri Eccleſiae ex officio obligari, (puta ab Epifcopo) ad dæmonem adiurandum, ſeu, exorcizandum iuxta formam, & ritum Eccleſie: quia tenentur ſubuenire neceſſitati ſuorum fidelium per remedia conuenientia, & ab Eccleſia inſtituta. Vnum autem ex remedijs pro illa graui neceſſitate deſtinatum ab Eccleſia eſt exorcismus.

§. II.

Ob aliquam autem iustum causam benè potest Episcopus ſuspendere iūos ſubditos ab exercitio talis Ordinis, puta, ob aliquod scandalum ex huiusmodi exercitij abuſu exortum. Quæ ſuſpensiō potest eſſe generalis respectu omnium ſuorum ſubditorum quoad functionem publicam, & ministerialem. Quò verò ad functionem priuatam factam ſine villa cæremonia, ſolūm per inuocationem Sanctissimi Nominis Iesu, non debet eſſe generalis respectu omnium; ſed tantum respectu eorum, qui in tali functione obeunda deliquerunt: quia unusquisq; hoc habet à iure diuino, Beneficium autem iuriſ nemini eſt auferendum, niſi in ius ipsum peccauerit. L. 4. Si quis condemnatus ff. de re iudicata.

Posset tamen Episcopus ſtatuerē, nè quis inordinate, ac immodestè vt̄ retur huiusmodi potestate; quia id non eſſet legem nouam facere; ſed cōfirmare legem naturalem, qua tenemur benè, ac modestè facere, quæ facimus. Velle autem prohibere, nè in ædib⁹ laicalibus, locisq; priuatib⁹; ſed in Eccleſiae loco aperto, & conſpicuo: neq; in omni, & quavis Eccleſia; ſed in ijs, quas certas Episcopos ſtatuerit, fiat exorcismus: Item nè ante octum, nec post occasum Solis quisquam exorcizetur. Et qui exorcizat, Sacerdos ſit; & antequam exorcismum inchoet, Miffæ ſacrificium faciat: tantas reſtrictiones non videri eſſe facultatis Epifcopalis, censet Nauartus loco citato num. 5.

Vt illimum tamē erit, ſi Epifcopi, vel ipſimet, vel per ſuos Theologos

33.
Poſſunt Epifco-
pi prohibere
munus exorci-
zandi quoad
potestatē par-
ticularem.

34.
Ob aliquam
iustum cauam
poſſunt ſuſpen-
dere ſuos ſu-
bitos quoad fu-
nctionem publi-
cam.
Quoad priuatā
tantum delin-
quentes in ea.

35.
Poſſunt ſtatue-
re, ut ſubditī
modestē, & or-
dinatē piantur
tali facultate.

36.

Possunt exami-
nare eos de mo-
dis, & formu-
lis, quibus uti-
tur.

curauerint, suos Clericos Exorcistæ munere fungentes, sicut & quoscunq; alios siuè viros, siuè mulieres priuatim per domos obsessos , aut maleficiatos , aut quoscumq; ægrotos benedicentes de modo , ac formulis , quibus vtuntur , diligenter interrogari , & examinari ; nè digni , & indigni se huic muneri, præcipuè exorcizandi tumultuariè exercendo se immisceant cum scandalo pusillorum, qui ecclesiasticam potestatem aut vanam, aut debilem reputant , si post exorcismorum reiterationes laudabilis non sequatur effe-ctus , & talis, qui ab ipsis expectatur . Similiter nè formulis vtantur super-stitiosis ; vel aliquod cum dæmone pactum habeant explicitum , vel impli-citum , vt sæpiùs cum maximo Reipublicæ Christianæ detimento euenire contingit.

Cum ergo Episcopi exorcizandi munus siuè publicè quoad omnes : siuè priuatim quoad delinquentes in tali munere , nè exerceatur absq; eorum licentia, prohibere possint, ac consueuerint , dixi, præter potestatem Ordinis, requiri potestatem iurisdictionis siuè ordinariæ, de qua nunc loquimur : siuè delegatæ, de qua agitur articulo sequenti .

§. III.

37.

Potestas ordi-
naria fluit à
Papa
In (Prelatos .
In (Plebanos .

I Urbsdictio ordinaria primò , & principalissimè residet in Summo Pontifice , quæ ita ampla est , & tanta , vt ad omnes orbis plagas se exten-dat : cum illam acceperit à Christo Domino, can. *Sacrosancta, dist. 22. cui data est omnis potestas in Celo, & in terra.* Matthæi 28. non limitaram , sed amplissimam , quando Petro Pontificum apici dictum est Ioannis 21. *Pasce oves meas.* Quam illi priùs promiserat collatum Matthæi 16. dic-ens : *Tibi dabo claves regni Calorum.* Et quodcumq; ligaueris super terram , erit ligatum & in Cœlis : & quodcumq; solueris super terram , erit solutum & in Cœlis . Quare in eo tanquam in Christi Vicario residet suprema potestatis plenitudo, quæ in cæteros Ecclesiæ prælatos, tanquam in partem sollicitudinis pastoralis vocatos, deriuatur . Ex quibus postea fluit in Curatos, qui Ecclesijs particularibus in vnaquaq; Diœcesi præficiuntur : cum hac râmen differentia, quòd Papalis à duabus reliquis differt tum origine ; èò quòd im-mediata à Christo procedit, can. *In nouo testamento. dist. 21.* tum indepen-dentia ; quia non dependet ab alijs, can. *Omnis. dist. 22.* tum vniuersitate ; èò quòd restricta non est : can. *Quamvis vniuersæ dist. 21.* sed ad omnes vi-bes in vniuerso mundo, ad omnia loca, personas, & causas extenditur .

§. IV.

38.

Ab utrisq; exer-
cetur laudabi-
liter in Ener-
gumenos .

Ab Episcopis
multis fuit pra-
dicata .

E X quo sequitur, omnes illos ordinaria potestate pollere , qui ratione-
dignitatis, aut Beneficij curam habent animarum ; atquè ea vti possè-
ad Energumenos exorcizandos, dæmonesq; pellendos ex corporibus . Sic Ecclesiastica narrat historia, plures Episcopos huic ministerio quantumuis laborioso laudabiliter incubuisse : vt S. Basilius apud *Amphibolium in vita eius*, S. Gregorius Thiaumaturgus apud *Gregorium Nyssenum*, S. Martinus. Turo-

Turonensis in vita eius apud Vineenium Belvacensem, S. Virsmarus apud Rairtherium tom. 2. Surij, S. Adelelinus Sagiensis in vita S. Opportuna, S. Mau- rilius Andegauensis in vita eius cap. 10. S. Ambrosius Archiepiscopus, vt colligitur ex exorcismis, ac documentis ad dæmones effugandos ab ipso traditis, S. Vbaldus Eugubinus, S. Zenon Veronensis, & alij multi, quos, longum, ac tædiosum esset, recensere.

Et certè aptissimè, & efficacissimè. Cum enim sint Apostolorum successores, quomodo cōuenientiū tales fese exhibere possunt, quām Apostolorū mores imitando, quos Energumenis liberandis, & soluendis dæmoniacis operibus iuxta præceptum Domini vacasle, ex Euangeliō, & Historia Sacra, est certissimum? Pr̄fertim cum maiori potestate gaudentes, maiori conatu tarrareas potestates aggrediantur, quæ sustinere non possunt manus illius applicationem, qui Sacerdotes ordinat, auctoritatem confert remittendi peccata, & sacrificium incruentum pro viuis, & mortuis offerendi: dat facultatem prædicandi verbum Dei, & regendi populum eius; aliaque facit, quæ Episcopali dignitatē conueniunt; pr̄cipuè Exorcistis dæmones adiurandi, & è corporibus obfessis ejiciendi potestatem tradit. Mitto ædificationem, quæ ex tam sancto opere consurgit.

§. V.

Ad quod munus obeundum omnes Episcopos nedum ex charitate, sed ex iustitia teneri vel per se, vel per suos Clericos, Parochos, vel alios Sacerdotes, aut Exorcistas, videlicet, prouidere suorum subditorum necessitatibus, quando aliquis eorum à dæmone diuexatur, nemini est ambigendum. Quod facile colligitur ex verbis Principis Apostolorum Petri scriptis ad Clementem de vniuersis Episcopis, relatis à Barbosa de Episcopali munere. Titul. 11. Glosa 12. nu. 7 Ecclesiarum omnium, ait, curam habentes misericordes, & benevoli effore in omni verbo, & opere pro viribus agite: omnisq; Pontifex sacro Chrismate perunctus carus, & pretiosus omnibus esse debet. Hac est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam. Quomodo autem benefacient suis subditis, si, cum à dæmone stœvissimo tortore diuexantur, eis opitulari non curant? Quod magis, ac magis ex eorum nominibus deducitur. Inter enim nomina, ait Augustinus Barbosa de Episcopi nominis ethymologia, & significatione cap. 2. nu. 18. quibus insignitur Episcopus, sortitur nomen militis armati, Custodis, Leonis, Angeli, & aliorum, quæ à S. Gregorio Nazianzeno connumerantur in carmine ad Episcopos; vt sua insuperabili potestate dæmonum impetus perfringat. Et in summa quot sunt necessitates hominum, tot ferè nomina attributa sunt Episcopis ex earum similitudine, vt norint se totidem officia obtainere. Vnde Episcopus Græcè dictus, Latīnè dicitur Speculator, vel superintendens: cò quòd illius pr̄cipuè munus sit, gregis sibi commissi mores, & vitam explorare, & inspicere, eorumquæ necessitatibus prouidere. Quænam autem maior necessitas potest homini obuenire, quām cum à dæmone spiritu potentiissimo, & iniquissimo arripitur, affligitur, acriterquæ torquetur? Quæ-

39.

Ad quod mu-
nus exerceندū
vel

(Per se,

(Per alios.

Tenentur ex
(Charitate,
(Institutio.

22 Part I. Cap I. De Exorc. Potest. donato

nam virgenter indigentia, quam cum quod ad desperationem, & per hanc ad collisionem, præfocationem, in ignem proiectionem, ad præcipitia horrenda, ceteraque pericula mortem inferentia, quibus anima simul cum corpore interire, necesse est, trahitur, & inducitur? Quæ omnia practice in dies multis euenire energumenis, incomperito est.

40.

Quot enim obsessi à dæmonie, etiam hoc nostro anno, se aquis præfocarunt? Quot in ignem se próiecserunt? Quot mortem sibi violentam intulerunt? Nec alia de re à lupo fuerunt arrepti, nisi quia non habuerunt pæstorem, qui eos à lupi voracitate, ac perniciitate tueretur.

Quare Episcopi, ne Deus de manibus eorum animas ouium suarum requirat, tenentur in suis Diæcessibus inuigilare, ut Parochi omnes in sua Parochia, cum necessitas postulat, Exorcistæ munere fungantur, per præcepta in nomine Iesu dæmonibus facta, artes eorum, sciuinq; auerni principem calcare, ac disperdere studeant; luporumq; infernalium rabiem, ac sciuianam omni, quo possunt, conatu depriment, ac confingant; ut sic oues suas ab eorum infestationibus, ac vexationibus illætas tueantur, ac securas ad ouile celestis Beatitudinis perducant.

§. V I.

41.
Ad idem obeūdum tenentur Parochi vel per seipso, usq; per alios.

Hinc ergo pari modo, sed non æqua potestate, hoc munus exercere debent Parochi, quibus animarum cura commissa est. Hi namque ordinaria potestate in energumenorum liberatione vti possunt, ac debent. Nam eo ipso, quod animarum curam suscepunt, sibi ex officio incumbere, oues suas à dæmonum insultibus, siue visibiliter, siue inuisibiliter, siue in anima tentando, siue in corpore affligendo diuertentur, tueri, ac protegere, procerò sciant. Et hoc per Exorcismos ab Ecclesia traditos, vel per præcepta dæmoni facta, Nomine Iesu Christi interposito. Quod etiam docet Barbosa: de Iure Ecclesiast. vniuers. lib. 1. de Acol. & alijs Min. Ordin. cap. 38, num. 16. vbi ait: *Est exorcismus adiuratio contra dæmones, qua non solum circa corpora obsessa; verum etiam circa obsessas animas per peccatum, vel infidelitatem exercetur.* Nec possunt Episcopi prohibere, nisi iusta de causa, quin tam publicè Parochi in sua Parochia, quam priuatim per domos, cum opus est, suos Parochianos obsessos, vel maleficiatos exorcizent, ac pro suo posse à dæmoniacis vexationibus eripiant; sicut nec possunt, nisi iusta de causa, ab audiendis subditorum cōfessionibus, ceterisq; Sacramentis administrandis eos impedire: cum hoc eis competat à iure. *Beneficium autem iuris nemini est auferendum.* L. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudicata. Quod intelligitur, nisi in ius ipsum peccauerint.

§. VII.

42.
Charitate. Injustitia.

Dico ergo, Curarum, seu Parochum, cum necessitas postulat, quod alius quis ex suis Parochianis à dæmonie vegatur, teneri vel per seipsum, vel per alium idoneum Exorcistam, non tantum ex charitate, sed etiam ex iustitia.

iustitia, illum exorcizare, ac per remedia spiritualia pro virili se gerere, vt demonis tyrannidem perstringat, illius audaciam reprimat, ac meliori modo, quo potest, è corpore obfessi expellat, & extiudat. Secùs faciens peccatum mortaliter, vt docet Io. Baptista Possevinius de officio Curati extra Sacramenta cap. 12. q. 25. Et ego addo, illum teneri ad resarcienda omnia damnata, quæ ex sua negligentia, vel malitia sequuntur, ac cum viam viajueris carnis ingredi cogetur, tenebitur ante Iudicem superimum atque etiissimum eorum omnium, qui ob eius negligentiam, aut crudelem inhumanitatem perierunt, rationem reddere.

Colligitur ex Nauarto apertissimè cap. 24. num. 18. & Leonardo Lessio de iustitia, & iure lib. 2. cap. 9. dub. 3. num. 94. afferentibus, Episcopos, & Parochos ex officio obligari ad suorum subditorum defensionem secundum modum sua potestatis, & media sua gubernationis; sed in ordine duntaxat ad spiritualia. Et bene. Nam potestas Episcoporum, & Parochorum, & media sua gubernationis non respiciunt defensionem per naturalia, ac corporalia adiutoria, puta, per vim armorum, ac robur militiam, exceptis maximis necessitatibus; sed per auxilia spiritualia, ac supernaturalia adiutoria: vt per administrationem Sacramentorum, ac sacramentalium. Sed quænam remedia requiruntur ad demonis audaciam, ac stoliditatem confringendam, si aliquis ab eo diuexatur, ac male habetur? An gladius? An scutum? An magna cohors militum? At non est nobis collectatio; ait Paulus Ephes. 6. aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitia in celestibus. Non ergo alia media requiruntur, quam spiritualia, puta, precepta facta, demoni in Nomine Iesu maxima in Deum fiducia, ac cetera huiusmodi, de quibus rot. 3. par. pertractatur, & infra cap. sequenti articulo de Fiducia. Que propriè, ac principaliter à Parocco sumi adhibenda ad tartareas actes profligandas, & ab infernali lupo rabiis, ac sauitia oves suas intactas conseruandas.

Confirmat hanc veritatem Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. de Adiuratione cap. 4. num. 5. Supposita, ait, necessitate hominis à demoni obfessi, vel alia simili, Ministri Ecclesie possunt ex officio obligari ad demonem adiurandum, seu exorcizandum: quia tenentur subvenire necessitati suorum fidelium per remediu conuenientia, & ab Ecclesia instituta; unde autem ex remedij pro illa gratia necessitatem destinatum ab Ecclesia est ex brevis.

§. VIII.

Ratio dictat à simili. Quemadmodum Medicis a Communitate salariati, tenentur ex iustitia, quotiescumque necessitas postulat, agrotis remedia exhibere corporalia, & diligenter adhibere in visitando infirmis, & alia suo muneri necessaria adimplendo; & si notabiliter sint negligentes, vel negent alicui subvenire agroti, peccant mortaliter, & tenentur ad resarcienda omnia damnata. Nam qui causam danni dat (etiam damnum non impediendo, quando ad id obligatus ex officio) damnum dedisse

43.
Probatur
Auctoritate
Theologorum.

44.

45.
Ratione à simili.

24 Par.I. Cap.I. De Exorc. Potest. donato

videtur. L. qui occidit s. pen. ff. ad legem Aquiliam. c. de cetero. de homic. c. studeat. dist. 50. Et colligitur ex Sylvestro verbo Medicus. quæst. I. & Nauarro in Manuali c. 17. nu. 17. & alij apud eundem.

Ita Parochi, cū sua intersit, Parochianos suos à dæmoniis insultibus tueri; ac maximoperè in necessitatibus spiritualibus, cum mala & animæ, & corpori damnum inferunt, eis ex officio opitulari teneantur; si ob negligentiam studendi arti exorcisticae, vel se præparandi ad præliandum contra spirituales nequicias in celestibus, & aduersus infernales prædones dimicandum: vel quia non credunt, aliquem maleficio vniquam esse affectum, nolunt huiusmodi functionibus incumbere, nec per alios satisfacere curant, si aliquis ex suis Parochianis periclitetur, puta, à diabolo suffocetur, vel aquis submergatur, vel maleficio interficiatur, vel quoquis modo à dæmone obsidente, vel possidente inductus ipse sibi met mortem inferat, vel etiam graue damnum subeat, dicti Parochi mortaliter peccant, & tenentur ad omnia, damna secuta resarcenda, ac restauranda. Nam *vbi est eadem ratio, ibi idem ius esse debet. L. illud. ff. ad legem Aquilam cum similibus.* Immò Medicis Parochi èò grauius peccant, & strictriori vinculo tenentur ad restituionem, quò maius est damnum, quod obsessi, vel eorum consanguinei ob ipsorum negligentiam, vel malitiam patiuntur: cum multò anima corpore sit pretiosior. Medici enim duntraxat damnificant in corpore, & bonis temporalibus, sed Parochi exorcisticaam functionem, cum necessitas virget, negligentes, vel contemnentes, & animæ, & corpori, & rebus temporalibus damnum ferunt.

§. IX.

46.

Nec excusantur, èò quod nimis graue sit onus.

AT fortasse nonnulli dicent, hoc onus nimis graue, ac periculosum est, ideoq; nolle ei colla supponere?

At meminerint (vellém) illius dicti triti, ac vulgati *Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis. §. I. Instit. de legitima patronorum tutela.* Ad quid enim isti eliguntur? An vt tantum bonis temporalibus perfruantur? At dices: Ad Sacraenta administranda, ac funeralia exequenda. Sed hoc non sufficit. Nonne ad cætera etiam sacramentalia confienda, & exercenda pro loco, & tempore, ac necessitate exigente? Nec eos ignorantia, vel pusillanimitas excusat. Nam quod per se facere non possunt, vel non audent, per alios facere tenentur.

47.

Nec prohibere possunt, quin sui subditi, cum aliquo afficiuntur maleficio, vel à dæmone possidente, vel obsidente diuexantur, accedant ad eos, ad quos spectat de iure, vt per exorcismos, ac præcepta ecclesiastica à dæmonis vexatione liberentur.

Quod magis, ac magis per simile confirmatur. Sicut Princeps, vel dominus temporalis prohibere non potest suos subditos, cum ægrotantur, ne ad Medicos accedant, sanitatis corporalis gratia consequendæ, cum hoc à iure naturali, ac diuinovnicuiq; sit concessum: ita Parochus prohibere non potest, quin sui subditi, cùm à dæmone vexantur, libere ad quoscumq; Exorcistas,

cistas accedant , vt à démonis vexatione liberentur.

Immò si aliquis daretur homo , qui publicè coram populi multitudine congregata pertinaciter asséqueret, nullā in tali Ciuitate, aut oppido, vel vico esse sagam , nullum esse maleficum , qui valeat aliquem maleficio afficere, & consequenter nullum esse infirmum maleficio affectum , omnesq; infirmitates esse naturales : iste vt magorum , maleficorum , ac sagarum saltem indirectè occultator , ac fautor censendus esset . Probat à simili de hæreticis occultantibus Farinacius de Hæresi quæst. 182. nu. 75. & 95. plures cumulans Auctores . Ratio est , quia per huiusmodi verba , vel operationes saltē indirectè impediret , vel occultaret , si qui essent magi , malefici , vel sagæ , ne Tribunali S. Inquisitionis denunciarentur , & ad manus curiæ deueniret.

48.

ARTICVLVS IV.

Iurisdictionis delegatae.

Graui officiorum ecclesiasticorum oneri ferendo non sufficit vñus in tanta humanarum virium infirmitate , & mole occupationum in diversa trahentium ; ex quo necesse est , Superiores alijs quasi coadiutoribus ecclesiasticam potestatem ad id muneris necessariam impartire , cum illos in partem sollicitudinis vocant . Et ita Parochus in sua Parochia alios delegat , vt constat in c. *Omnis viriusq; sexus* . Episcopus in sua Diœcesi , vt probatur ex c. *quoniam* , & c. *inter cetera de officiis iudic. ordin.* & Summus Pontifex in toto orbe terrariorum plenitudinem potestatis . *can. Decreto.* 2. q. 6. & *Glossa in c. Consequens est, dist. II.* & in c. *Vt debitus, de Appellat.* Quilibet enim illorum ita potestatem iurisdictionis accepit , vt illa tam per se , quam per alios vti possit , nisi Superior inferioris delegationem impeditat.

Quare præter potestatē ordinariam alia datur extraordinaria , seu commissa , & delegata , quæ duplex est . Quædam est limitata solùm ad arbitrium committentis , & per se nullo iure suffulta . Quædam verò media inter ordinariam , & cōmissam , quæ seruata forma à iure statuta , ampliari potest arbitrio committentis .

Virtute prima simplices Sacerdotes , quos Plebani assumunt in leuamen laboris (siue commissio fiat generaliter ad omnes Parochianos , siue ad aliquos , siue ad vnum singulariter) possunt publicè , ac ministerialiter energumenos exorcizare in ijs Diœcesis , in quibus exorcizandi munus Episcopis non referuatur . Et eò magis , quod sine tali delegatione hoc eis licet , sicut omnibus Exorcistis , quibus id nullo iure prohibetur eo modo , quo dictum est supra num. 31. & sequentibus .

49.

Potestas delegata duplex .

50.

(Limitata .
Media .

51.

Per primam ;
Clerici exorcizant .

§. I.

Virtute secundæ Regulares idem munus obeunt , qui gaudent media illa potestate , seruata forma expressa in c. *Dudum de Sepulturis in Clement.* Et illam accipiunt à Summo Pontifice , qui est Hierarchos , & Principeps

52.

Per secundam
Regulares absq;

26 Par. I. Cap. I. De Exorc. Potest. donato

licentia Episcopi hoc munus exercere possunt.

ceps in Ecclesia. Iuxta quam energumenis, ac maleficiatis illud impende-re possunt. Nec ad id necessarium est, licentiam ab Episcopo petere: vt aperte docent Portel. in dub. Regularium verb. Exorcif. Diana p. 3. Resolut. Moral. tract. 2. de Dubijs Regul. Resol. 36. Pelizzatius Manuale Regul. tom. 2. de Exempt. Regular. tract. 8. c. 6. nu. 54. Peirinus in Formul. Prelat. c. 36. littera E. nu. 5. Cespedes tract. de Exempt. Regular. c. 6. dub. 135. Bordonus Resolut. 7. nu. 144. Lopus Comment. in Edict. S. Inquisit. p. 3. lib. 22. dist. 4. art. 3. diffic. 4. & Lezana de Oblig. Reg. c. 11. nu. 21.

53.

Ratio est: quia id iure communi non prohibetur; sed omnibus Exorcistis, & Sacerdotibus permittitur; ideoq; Regularibus licet, etiam si Episcopus in sua Diocesi id fieri prohibuerit, sine eius licentia exercere: quia talis Constitutio solos Clericos ligat Episcopo subditos; non vero Religiosos, qui ab eius iurisdictione sunt exempti per multa priuilegia, quae obseruari iubentur per c. *Nimis inqua.* c. *Nimis prava.* de excessibus Pralatorum. Clement. 1. *codem tis.* Clement. 2. de Censibus. Concilium Trid. sess. 25. de Regular. ac nouissime per Constitutionem Gregorij XV. incipit, *Inscrutabili.* Nam eti si in dictis Decretis, & Constitutionibus aliqua excipiuntur, in quibus Regulares exempti Ordinariis subsunt; tamen inter huiusmodi excep-tiones vsus exorcizandi non comprehenditur. Vnde cum non excipiatur neque a iure communi antiquo, neq; a iure novo, intelligitur concillus: quia exceptio firmat Regulam in contrarium. L. quasitum. S. deniq; ff. de fundo instrument.

§. II.

54.
Regulares non incident in penas ab Episcopis latas contra Exorcizantes.

Hinc ex hac conclusione colligit Cespedes, nullo pacto Regulares incidere in illas penas Episcoporum, quas fulminant in exorcizantes, vt sicut ver. gr. pena latas ab Episcopo Partiensi 1621. teste Bordonio. Primo ne Exorcizantes aliquid recipiant licet sponte oblatum etiam nomine eleemosina ab obsessis, vel eorum consanguineis, sub pena suspensionis ipso facto incurrienda. Secundo ne audeant ullo modo aegrotis praebere antimonium, oleum, aut quodvis genus medicinae, nisi de consensu Medici sub pena suspensionis, & ceter. Quae leges utique iustae, ac sanctae sunt, ac debent ab omnibus Exorcistis obseruari, sic enim evitarentur scandala, que ex eorum transgressione oriuntur. De quibus infra nu. 312. & sequentibus.

55.
Ad hoc munus obeundum Regulares praepue mendicantes tenentur ex charitate.

Quare licet hoc munus dæmones adiurandi, obsessos, ac maleficio affec-tos a dæmoniis vexationibus liberandi, aegrotos sacris benedictionibus muniendi ex officio Parochis incumbat, vt pluribus supra demonstratum est; Nihilominus etiam Religiosi, præcipue Mendicantes, qui quasi Patro-chorum coadiutores, & in partem sollicitudinis vocati ecclesiastica potestate sunt insigniti, ardentiore devotione, armisq; spiritualibus ad infensissimum hostem proligandum vt plurimum sunt suffulti, si non ex officio, saltem ex charitate tenentur, cum necessitas urget, huiusmodi obire iniuria. Immo ipsi, quia sapienter orationi inagi, quam aliqui Parochi sunt intenti, nec vitam inter mundanas degunt vanitates, atq; in spiritualibus exer-

22

exercitijs magis sunt versati , faciliori , ac prstantiori modo dæmones in fugam vertere , eorumq; opera malefica destruere valent , si ad huiusmodi munera obcunda sint idonei .

Nonne huiusmodi onera subiere ferè omnes SS. Patres , ac Religionum Sacrarum Institutores ? Quot dæmones profligarunt , & è corporibus obsessis eiecerunt . S. Antonius , S. Benedictus , S. Hilarion , S. Bernardus , S. Gallus , Pontius Boncuallis , Isidorus , Petrus Santutius Cœlestinus Neotericus , & alij plures Abbates ? Quot S. Dominicus , alijq; eius sectatores ? Quot Seraphicus P. S. Franciscus ab Urbe Arretijs , & alibi à pluribus encrumentis deturbauit , vt rectè Baretius de Baretij*s in eius vita cap. 2.* illum comparauerit Angelo Raphaeli , qui dæmonem exclusit à Sara Tobiae uxore : Dauidi , qui Iebusæum ab Urbe Ierosolima eiecit : Simeoni , qui aduenas ab arce effugavit ? Quot B. Ioannes à Capistrano , B. Bernardinus à Feltria , B. Iacobus a Marchia , & alij D. Francisci sectatores ? Quot S. Ignatius Loyola ? Quot ceteri Theodicati ab hominibus obsessis , à domibus , Ciuitatibus , alijsq; rebus ad vsum hominum spectantibus infernales prædones eiecerunt , vt omnes sacra historiæ contestantur ? Nonne hi cuncti zelum domus Dei , ac monasticæ Religionis habuere ? & tamen vrgentibus necessitatibus vitæ solitariae quieti sapius cesserunt , vt huiusmodi charitatis exercitio opus suum impenderent .

Quare Religionum Prælati , ac Superiores , si quos nouerint ex suis subditis scientia , prudentia , morum grauitate , ac vitæ probitate conspicuos ad huiusmodi munera obeunda esse idoneos , cum fuerint requisiti , ac necessitas vrgeat , alicui obsesto , vel maleficiato suum prestanti auxilium , libenti animo obedientia merito eos excitem , ac miniant , animosq; augeant ad huiusmodi munere fungendum . Et subditi ipsi non recusent tale , eti graue , subire onus , memores vtriq; scilicet , tam Superiorum , quam subditi dicti Saluatoris N. Iesu Christi Matthæi 7. *Omnia quæcumq; vultis , vt faciant vobis homines , & vos facite illis .* & Luca 6. *Estate misericordes , sicut & Pater vester misericors est . Eadem quippe mensura , qua mensi fueritis , remetietur vobis .* & 1. Ioan. 3. *Filioli non diligamus verbo , neq; lingua , sed opere , & veritate , nostro opitulando proximo , cum in angustijs , ac necessitatibus versatur . Nam uniuersus mandauit Deus de proximo suo , ait Sapiens filius Sirach Ecclis. 17.*

Cap. II. De Exorcista scientia prædicto .

CVM nulla morbi alicuius curatio exacta haberi possit , nisi prius cognoscatur morbus : nec perfectè morbus aliquis cognosci queat , nisi perfecta ipsius causarum , ac principiorum cognitio comparetur , vt docet Arist. 1. Poster. 1. *Vnumquodq; ait arbitramur cognoscere , cum causas eius cognoscimus .* Non poterit Exorcista accuratiù apertā de morborū demoniacorum curatione notitiam habere , quam causas eorum in-

57.
*Institutores
Religionum , ac
Prælati huic
muneri vaca-
runt .*

58.

59.
*Exorcista de-
bet cognoscere
causas malef-
ciorum .
Qua in defini-*

28 Par.I. Cap.II. De Exorc.scientia prædito

*tione maleficij
includuntur.*

*Quid sit male-
ficum.*

*Causa malefi-
cij sunt*

Demon.

Maleficus.

Res naturales.

Deus.

60.

indagare. Quas certè difficile non erit adinuenire, si scrutemur, quid sit maleficium, quod (relictis varijs Auctorum definitionibus) possumus sic definire: *Maleficium est prava operatio in corpore per virtutem demonis ex patto tacito, vel expresso cum homine inito, & rerum naturalium applicationem, atq[ue] eiusdem hominis ad suam malitiam explendam ministerium, iusto semper, et si occulto, Dei permittentis iudicio facta.* Ex qua definitione (quæ clarè, & distinctè complectitur omnia ad eius essentiam pertinentia) colligitur, quatuor causas ad maleficia patranda concurrere, quamuis diuersimodè: Dæmonem, Maleficum, Res naturales, & Deum: Dæmonem ut cauſam efficientem: Maleficum ut cooperantein: Res naturales, ut moralem, vel physicam: Deum, ut permissiuam. Quarum omnium, sicut & signorum externorum, quæ in obſessionum, ac morborum maleficorum cognitionem ducunt, Exorcista, ut notitiam habeat perfectam, omni, quo potest studio conari debet; ut sic dicatur ſimilis Filio hominis, oculos habens igneos, idest lucidos, & inflammatos, quibus non ſolum obſefforum, ac maleficio affectorum indigentias, & angustias acutissimè videre poffit, eisq[ue] remedia ad eas tollendas, ac remouendas spiritualia adhibere; verū etiam illos instruere, & edocere ad fidei, ac confidentiæ in Deum, nec non detestacionis in dæmonem actus eliciendos: atq[ue] ad amorem ardentem erga Deum, & proximum inflammare. *Quod preſtabit, si ſequentes articulos ſepiùs præ oculis habuerit.*

A R T I C V L V S 1.

De Dæmonie ut maleficiarum, & obſessionum cauſa effidente.

61.

*Dæmon est cau-
ſa efficiens ma-
leficiorum, &
obſessionum.*

Quemadmodum Deus misericors, & piissimus, ac summè bonus est causa omnium bonorum, quæ in mundo fiunt: ita è conuerso dæmon impius, iniquilus, ac pefſimus cauſa est efficiens omnium obſeffionum, ac maleficiarum, eorumq[ue] architec̄tus est eximius; eò ad malefaciendum, ac nocendum promptior, quò magis scientia, potentia, & malitia armatus ſcit, potest, & vult maleficia operari.

Scientia enim magna, & eminenti sapientia à Deo donatum fuifile infauſis ſuæ creationis primordijs, testatur Ezechiel cap. 28. cum illum alloquentur dicens: *Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus sapientia, & perfectus de- core.* Quæ scientia longo interuallo superior est omni creata scientia, quæ in hominibus reperitur. Dæmon enim, viget ſubtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione ſupernorum ſpirituū: vt benè docet B. Isidorus in libro de ſummo bono, quem ſequitur Angles in 2. d. 11. q. vñica de demonibus ar. 2. dub. 5. ac communiter Theologi in 2.

62.

*In maleficij
concinnandis
dæmon utitur
Scientia,
q[ue] eft maxima.*

Sic triplici huiusce scientiæ acumine dæmon præditus, quæ tripliciter extenditur ad præterita, præſentia, & futura, quæ habent cauſam naturalem determinatam, quid non poterit in adinueniendis maleficijs, & varijs attibus, quibus innumera inducit mala? Perspicaciffimè enim cognoscit celorum motus, stellarum influentias, planetarum coniunctiones, elementorum mixtio-

mixtiones, virtutes lapidum, operationes metallorum, qualitates mixtorū, herbarum vites, animalium proprietates, hominum temperaments, occultas, & admirandas rerum omnium facultates, earumq; inter se sympathiam, vel antipathiam: insuper quomodo inuicem applicari, & temperari debeant: quo tempore opus sit ad tempestiuè operandum: quid prætensoſ effectus impediſre, retardare, vel iuuare possit: præterea feligere materiam, cui naturalis inſit facultas alterandi, frigefaciendi, calefaciendi, nec non aperiendi, obſtruendi, diuidendi, euacuandi, & vrendi: deniq; quid mixtis, plantis, animantibus hominibus obesse, vel prodeſſe possit, & alteratioñes, morbos, cruciatus, mortem ipsam, aut alia quæuis nocumenta inferre: cum vniuersiūsq; rei specificæ per species sibi congenitas, aut acquisitas eſſentiam, causas, principia, effectus, antecedentia, concomitantia, ac consequentia clarissimè, ac perfectissimè agnoscat, vt testantur D. Augustinus *super Genes. cap. 1. & 4.* D. Bonau. *in 2. d. 3. ar. 4. q. 1.* Scotus *ibi q. 10.* D. Thom. *1. par. q. 55. ar. 2.* & communiter Theologi, vbi de *Angelorum cognitione*. Nec est mirandum si spiritus tam sagax, & subtilis in maleficiorum inuentionibus tot, tanta, & tam mira operetur, cum potentia eius sit tam magna, vt non sit potestas *super terram*, qua comparetur ei. *Iob. 41.* Non enim superueniente peccato imminuta est; sed post peccatum integra remansit quoad actum primum, & eadem, quæ à Creatore summo in eorū primordijs naturæ angelicæ indita erat; vt docet D. Gregorius illa verba explicans *lib. 34. Moralium cap. 16.* *Potestas demonis*, inquit, *super terram cunctis eminentiōribus perhibetur: quia et si actionis sua merito infra homines cecidit, omne tamen humanū genus natura angelicæ conditione transcendent*. Quod ibi *Glossa* confirmat: *Omnia demon humana superat, et si meritis Sanctorū subiaceat; quamvis enim interne felicitatis beatitudinem perdidit, natura tamen magnitudinem non amisi, cuius adhuc viribus humana omnia superat.* Cui potentia adhæret voluntas mala, & tam mala, quòd, teste D. Bernardino *ser. 6. de misericordia perfectione art. 2. cap. 3.* *vult semper quod peius potest, si eius potestas esset quoad omnia libera, & soluta ineffabili modo sine omni ordine, & mensura subuerteret totum statum inferiorum.*

§. I.

Propterea eius potentia est ligata, vt non operetur omne, ad quod maligna eius voluntas impellit.

Cepit autem à Deo alligari vsq; ab origine mundi immediatè post Luciferi peccatum: nō quoad homines tentandum; sed quoad eos seducendum, & vexandum: Nam sicut, cùm superba eius mens propriæ excellentiæ cupiditate intumescens à Deo auersa ad seipſam conuersa est, vtiusquè sapientiæ supernaturalis, practicæ, ne mpe, ac speculatiuæ iacturam fecit: quia practica, quæ est causa efficax amoris Dei totaliter ei fuit ablata, & speculatiuæ multūm diminuta, cum in statu damnationis non nouerit tot mysteria supernaturalia, quot agnouisset, si in cognitione beata fuisset: vt docet Augustinus *lib. 9. de Cinit. Dei cap. 21.* Sic ob superbiam peccatum merito

63.

*Potestia,
qua est eminen-
tissima.*

*Malitia,
Quæ est insi-
gnis.*

64.

*Potestas demo-
nis capit ali-
qualiter ligari
ab origine mū-
di.*

Sup. num. 23.

merito capít à Deo cohibeti eius potestas, vt non posset ea omnia perficere, quæ vellet. Nam licet post peccatum integra remanserint eius naturalia quantum ad fundamentum, & quoad substantialia, id est, quoad actum primum, vt dictum est supra : non tamen quoad actum secundum; id est, quantum ad libertatem omnium operationum, & executionem earum. Quod perlucide testatur Alexander Aens. par. 2. q. 100. mem. 2. ar. 2. Licet ex prima, ait, potestate sibi data possent demones super huiusmodi creaturas ex ordine naturali; tamen in panam peccatorum eorum, & bonum hominum cohibetur eorum potestas.

§. II.

65.

*Per Passionem
Christi demo-
num potestas
sublata.*

*Quomodo sit
ligata.*

P E R Passionem verò, ac mortem Christi cōfracta est, ac sublata demum potentia; sed respectuè, ac dependenter à Dei voluntate. Hoc probat ipsa veritas Io. 12. Nunc princeps, ait, huius mundi ejicietur foras. Quæ verba exponens S. Cyrillus Alexandrinus. Habuit, inquit, quidem prius demon per tyrannidem principatum in totum genus humanum, & dominatum crudeliter exercuit in omnes. Atqui virtute mortis Christi, & sanguinis confracta est illius potestas, & sublata potentia; & quos iniuste detinuit captiuos, iuste perdidit. Hilarion Monachus super eadem verba: Nunc princeps, & cæt. loquens in persona Christi ait: Nunc morte mea fiet, vt dominatum in homines omnino amittat diabolus, qui peccato primorum parentum in omnes acerbissime principabatur. Et subdit: Quis igitur ad hanc mentionem non latetur? non gratias agat continuè pro liberatore? Glosa ordinaria: Nunc princeps, & cæt. Vnde tam nunc Sanctos omnes non tenendo possidet; sed tentando persequitur. Nam quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos pugnat extrinsecus; & qui inius dominium perdidit, bella molitur foris. Ioannes Maldonatus ibi Nunc princeps, & cæt. ait: Perinde ac si dicat, deturbabitur de possessione sua, ejicietur ex arce sua. Eiectus foras dicitur, non quod in mundo non sit, & in multis etiam non dominetur; sed quod quantum in Christo fuit, eiectus fuerit; ita vt si homines velint, nihil prorsus in ipsis haberet potestatē. Eodem sensu dicitur Apoc. 12. de celo in terram projectus, id est extra Ecclesiam, qua per celum significatur, in terra, id est, in tenebras suas in infernum. & cap. 20. dicitur esse ligatus per annos mille. Non quod aut reuera extra Ecclesiam eiectus, aut omnino ligatus sit; sed quod coercita sit eius potentia, atq; tyrannis, ita vt si homines velint, nihil illis nocere possit. Idem affirmit Tostatus in cap. 8. Matthei quæst. 123. vbi querit: An conueniens fuerit, Christum facere miracula ejendi demones de hominibus? Et inter alias rationes affirmatiuas, quas adducit, vnam, ait, esse, ad dandum nobis spem, quod liberaremur de potestate demonis, & de inferno.

Colligitur hæc veritas etiam ex Vilhelmo Lindano Panoplia Euangelica lib. 4. cap. 78. post medium: Sicut Christus, ait, olim suos misit discipulos hac potestate munitos, vt diabolum ex hominum siue pectoribus, siue corporibus etiam profigarent: ita certo Clericorum generi ea post fuit cura à Maioribus credita, vt homines, vel ante Baptismum, vel post demone obcessos, & occupatos vindicarentur.

vindicarent, & in libertatem per Christum partam affererent. Quid igitur agit Exorcista, dum aliquem obsessum à dæmonis potestate eripit, nisi illū vindicare in libertate in, qua per crucem, ac passionem Christi fuerat iam donatus?

Q V A E S T I O I.

Pro quibus potestas dæmonis sit ligata?

Respondetur, dæmonis potestatem quoad actum secundum in ordine Rad daimna inferenda animæ, vel corpori, esse ligatam pro his, quos Deus vult protegere, & à dæmonum infestationibus præseruare, vel ob eorum fidem, qua firmiter in Christum credunt: vel ob eorum confidentiam in protectione Dei, vel in Sanctissimo Nominе Iesu collocatam: vel ob aliud bonum publicum, aut priuatum. Ita Laetantius lib. 2. Diuin. Inst. c. 16. in hæc verba: *Non nocent dæmones ijs, quos manus Dei potens, & excelsa protegit.* Tostatus loco cit. de credentibus in Christum, ait, *Futurum erat, quod per virtutem Deitatis Christi excluderetur potestas dæmonum ab hominibus credituris in ipsum:* iuxta illud Ioan. 2. *Nunc princeps huius mundi ejicitur foras, scilicet, diabolus.* *Ad ostendendum ergo hoc, conueniens fuit, ut precederent quadam signa s.l. quod Christus expelleret dæmones.* S. Athanas. orat. 1. contra Arianos: *Omnes, ait, qui legitime in Christum fiduciam habent, pedibus conculcant eum, qui hæc verba dicebat: In celum descendam, super astra Dei exaltabo solium meum.* & cetera. Isaiae 14. Idipsum S. Bernardus docet super Psal. 90. in illis verbis: *Qui habitat in adiutorio Altissimi, & cat. Beatus, ait, planè, qui sic habitat in adiutorio Altissimi: quia in protectione Dei celi commorabitur.* *Quid ei nocere poterit eorum, quæ sub celo sunt, quem Deus celi protegere, & conservare voluerit?* Porro sub celo sunt quacumq; nocere possunt; sub celo sunt aerea potestates: sub celo prefens seculum nequam, & caro aduersus spiritum concupiscens. Optime igitur dictum est: *In protectione Dei celi commorabitur;* ut nihil eorum, quæ sub celo sunt, timere possit quisquis protectionem eius habere meruerit. Hanc fidem in Christum maxime commendat etiam magnus ille Antonius, vt refert Delrius lib. 6. Disquis. mag. cap. 2. sett. 3. *Magna, inquit, dilectissimi aduersus dæmonem arma sunt vita sincera, & intemerata in Deum fides.* Hanc docuit S. Hermann Pauli discipulum Angelus eius Custos, qui sub forma Pastoris diu cum eo habitauit, vt refert ipse tom. 1. Bibliotheca Veterum Patrum lib. 2. mandato 12. *Quicumq; ait, fide pleni sunt, resistunt diabolo.* & ille recedit ab eis: *quia non habet locum intrandi.*

Quam virtutem in seipso expertus est S. Ambrosius Episcopus, cui, vt memorat S. Panlinus in vita eius, nullus vñquam magus, aut maleficus nocere potuit ob firmissimam in Deum fiduciam. Mortua namq; Iustina Imperatrice Arriana, cum Innocentius Magus in quæstionem raperetur, inter tormenta fassus est, Angelum Ambrosij custodem suum esse tortorem. Nam viua Imperatrice eius iussu se nocte intempesta sub templi tectum ascendiisse,

66.

Potestas dæmonis pro quibus sit ligata.

Maxima Divi Ambrosij in Deum fiducia.

32 Par.I.Cap.II. De Exorcscientia prædicto.

disse, & sacrificasse dixit, vt Ambrosium infamem, inuisumq; faceret plebi; nihilominus amorem in hunc virum, & fidem Catholicam magis, ac magis effloruisse: Missos etiam à se dæmones, qui Ambrosium necarent; sed ijs vltra ædium fores progrederi non licuisse. En quibus excubijs Deus illos défendat, qui omnem in ſe solo collocant fiduciam! En quomodo potestas dæmonis ligatur, & totaliter cohibetur pro his, qui firmiter in Christum credunt, ac in eius protectione suam collocant fiduciam!

§. I.

67. *Potestas dæmonis relaxatur respicere eorum, qui diffidunt de Dei protectione.* **E** Conuersò facilimè colligi potest, cur ſæpiùs dæmonis potestas relaxetur, vt quamplures homines, ac mulieres diabolicis vexationibus afficiantur, nec non maleficiis artibus deuinciantur, aut necentur? Ut plurimū eorum diffidentia in Deum est in causa. Hanc rationem apertè adducit Ioan. Maldonatus ſuper illa verba: *Nunc princeps huiusmodi, & cat. Homines, ait, dæmoni portam arcis aperuerunt, & proditione quadam in ſuam quisq; domum admittit.* Itaq; etiam nunc regnat, & operatur, ſed in filios diffidentie. Eph. 2. Habetū etiam *in c. nec mirum.* §. Magi ſunt. 26. q. 5. *Hi permifſu Dei elementa concutint, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo.* Cui astipulantur S. Isidorus lib. 8. Ethymol. c. 9. Burcardus lib. 10. c. 42. S. Iuo par. 11. c. 67. Panormit. lib. 8. c. 65.

Sed audias, quām perpolitē de hoc rationem reddat P. Hieremias Drexelius de *Conformitate voluntatis* lib. 5. cap. 10. §. 7. *Sed quaras forte, inquit, cur Deus permittat tot homines maleficiis artibus deuinciri, & necari?* Nē mirare: *Summa in Deum diffidentia etiam supplicij genus meretur.* Iure Deus per hos punit, per quos tam variè offenditur: *Multis enim vix alius est Medicus, quām Magus: nec alius pharmacopæus, quām diabolus.* Et paulò infra: *Heu quām in Orbe rari sunt, qui Deo fidant toto animo!* Mores hominum conſidera, & plurimū ubique reperies diffidentia, quæ quotannis penè eadem redit, ac reuiuſcit; & inde tam vani timores. Postea in fine concludit, huiusc diffidentia rationem reddens: *Et hoc inde, ait, quia de Dei bonitate, ac potentia parum recte, parumq; liberaliter sentiunt.*

§. II.

68. *Demon maiore potestatem habet super peccatores, quām super iustos.* **H**inc, cum peccatores vt plurimū in Deum nullam, vel ſaltem exiguam habeant fiduciam, quia peccatis suis ipsum continuè offendunt, ſuper eos dæmoni etiam maior à Deo permittitur potestas, quām ſuper iustos. Quod videtur annuere Augustinus aduersus Manichæos: *Diabolus, inquit, potestatem habet in eos, qui præcepta Dei contemnunt.* Sed clariss Alexander Alensis par. 2. quæſt. 100. mem. 2. ar. 4. *Diabolus in malis, inquit, potestatem habet ad ſedendum, & ad perditionem, niſi prohibeatur à Domino.* In bonis autem non habet potestatem ad perditionem; ſed ad probandum.

Quam potestatem in corpus hominis exercet, prout ſibi permittitur à Deo.

Deo. In animam verò iuxta varias hominum inclinationes , ac propensiones multiformiter exercere solet , quatenus motus quosdam prauos in corpore excitat, ac praua sensibus externis, & internis obiicit , quibus quodam quasi pondere voluntatem ad malum pertrahit; et si cogere nequeat : vt bene docet Thyreus lib. de Dæmoniacis toto cap. 4. & 5. Quem sequitur Sanchez lib. 2. in precepta Decalogi cap. 42. num. 7.

Hanc autem potestatem dæmon maximè habet in Magos, Maleficos, & Sagas, quorum animam sibi vendicat per consensum in tam immane scelus : sicut in corpus dominatur, quod verberibus quoquè subiicit, si maleficus ad eius beneplacitum seruitutem illi non impendat: vt apertè docet Alexander Alensis loco citato ; ac pluribus exemplis probat Nicolaus Remigius lib. 1. Demonolatr. cap. 13.

Principiè super
Magos, Male-
ficos, & Sagas.

§. III.

Veruntamen huinsimodi dæmonum potestas est limitata , nedū quoad animam , cui nocere nequeunt , nisi ipsa velit; vt docet Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 8. dicens *Dæmon est quasi canis à Christo ligatus, qui latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem.* Sed etiam quoad corpus, quod torquere non possunt, nisi quando , & prout sibi permittitur à Deo ; vt idem Augustinus docet lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 18. *Dæmones, ait, non omnia, quæ volunt facere possunt, nisi quantum illis diuina ordinatione conceditur.* Quam veritatem saepius per os Energumenorum dæmones per vim præcepti sibi à me facti , diuino nomine Iesu interposito , fati coacti sunt; quorum de duobus tantùm hic referam . Anno reparatæ salutis 1648. Venetijs dæmon, à quo possidebatur quidam adolescentis Iustus nuncupatus annos 14. natus filius Ioannis de Taxis , cum à me interrogatus esset : cur ingressus esset in corpus illius Adolescentis; respondit : *Huc ingressus sum, ut puerum hunc de medio tollam: quia sic à Malefico iussus sum.* Idipsum respondit eadem die alias dæmon , qui quandam Adolescentulam 15. annos natam possidebat . Sed mihi adhuc sciscitanti : cur eos nondum occiderant, cum iam integro anno eos possiderent; Responderunt ambo : *quia potestas Dei nos impedit, nec finit facere omne malum, quod volumus.* Qui ambo ab eadem diuina potestate eadem die per invocationem Sanctissimi Nominis Iesu ad meum præceptum ab eorum corporibus egredi coacti sunt.

69.

Hac potestas
demonis est li-
mitata, &
quoad animam, &
quoad corpus.

Q V Æ S T . I O 11.

Cur dæmon maximos peccatores omnes in corpore non possideat?

CVM dæmon super peccatores Magos, Maleficos, & Sagas, nec non super hereticos, schismaticos, & infideles magnam habeat potestatē, cur non omnes illos possidet in corpore, vel maleficijs non afficit ?

Ratio dubitan-
di.

Huic difficultati respondet Leonardus Vairus de Fascino lib. 3. cap. 7.

C

Cum

34 Par.I.Cap.II. De Exorcscientia prædicto.

Damon maximos peccatores raro vexat in corpore, nisi iussus à Deo, ut magis eos inficiat in anima.

Testantur Patres.

*Cum damones, ait, pro certò sciant, hos peccatores sui esse iuris, im præsentiarum raro eos vexant in corpore, quos perfectè possident in anima in perpetuum simul cum corpore torquenda in orco, & affligenada, puta, (nisi iussi à Deo). Quod videtur etiam annuere D. Gregorius lib. 24. Moral. c. 7. dicens: *Damon eos pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit.**

Ratio est, quia finis principalis in hominibus vexandis à dæmone intentus, est, vt illos diuina priuet amicitia, ad peccatum eos inducendo; & ternaq; illos expertes reddat beatitudine: vt benè docet Tostatus *quest. 121.* in *c. 8. Matthæi: Demones, inquit, ex inuidia tentant hominem inducere in peccatum, nè assequatur beatitudinem: quod si non possunt, saltem volunt ei corporaliter nocere, quod est minus nocumentum; & ita desiderant intrare in eum: quia intrando vexant.* Et paulò infra aliam reddens rationem, cur dæmones velint, homines possidere? *vt ostendant, ait, hominibus potestatem suam, ac per hoc ab eis adorentur: sicut fuit inter Gentiles, qui quosdam Deos colebant, credentes se ab eis posse beneficia recipere: alios autem colebant, nè eis nocerent.* Sed clariùs huius rationem reddit Suarez *par. 2. tom. 1. de Angelis lib. 8. cap. 20. num. 3.* *Demon hoc modo, inquit, nocet homini, vt illum ad impatientiam, desperationem, blasphemiam, vel aliud simile vitium inducat.* At quia huiusmodi Magi, Malefici, ac Sagæ, sicut & heretici, aliquè huiusmodi peccatores quām maximè in malo sunt obstinati, semperquè præcipites ad malum currunt, continuèq; abominandis criminibus se obnoxios reddunt, Deum grauissimè offendentes blasphemij execrandis, abominandis sacrilegijs, impietatibus intollerandis, ac iniustitijs detestandis dæmonis voluntati in omnibus ferè obsequentes; nec seipso tantùm criminibus continuis illaqueantes; sed vt diaboli ministri alios seducere tentantes, & ad perditionem trahere conantes; propterea sicut dæmon eos pulsare negligit in anima: quia quieto iure eos possidet; ita non curat illos affligere in corpore, nisi vel iussus à Deo, vel fortassis cùm aliquando sibi ad beneplacatum suum obsequium, ac seruitutem non impendunt: quia dum sanitatem pollent, plura, & atrociora peccata in Diuinæ Maiestatis offensam, ac contemptum perpetrare non cessant; dæmonique ipsi diuinatris cultum, & honorem (vt faciunt Magi, & Malefici) tribuere non detredant.

**71.
Experiencia docet.**

Quām veritatem faſlus est etiam quidam dæmoniorum princeps Beelzebub nūncupatus in Gallia apud Oppidum Laudunum, vt refert Bartholomæus Faius Regius in Senatu Parisiensi Consiliarius, ac Inquisitionum Preſes in suo Energumenico: *Dum enim, ait, Bursus Billius Cathedralis Ecclesiæ Canonicus quandam Nicolam Energumenam exorcizaret, pluribus Hereticis presentibus, à prædicto dæmons, qui eam possidebat, quæsiuit: cur tot vafris Hereticis omisssis simplicem Catholicam abortus effet?* Respondit dæmon: *Pleteres tibi morigeros?* Si enim dæmon huiusmodi peccatores obstinatos maleficijs, ac ditis vexationibus sæpè affligeret in corpore, non possent tot crimina patrare: idcirco dæmon versipellis sæpius desinit, afflictionibus corporeis, quæ minora sunt mala, eos afficere, vt illos pluribus criminibus, & atrocioribus delictis, quæ maiora sunt mala, magis illaqueet, & obnoxios reddat. Et licet quandoq; vexationes corporeæ Vexatū inducant ad blasphemias,

mias, ad desperationem, & alia peccata ; nihilominus etiam quandoq; peccatores reducunt ad sanam mentem , ad suorum petendam veniam peccatorum, ad dæmonem spernendum , & ad castra Dei configiendum . Nam sæpè vexatio dat intellectum : *E mala, qua nos hic premunt, ait Gregorius, ad Deum citius nos ire compellunt.* Quare hac de causa dæmon, licet maiore super maximos peccatores, quām super iustos, habeat potestatem , eos tamen non sæpius, sed raro vexat in corpore, nisi iubeatur à Deo, vt magis ac magis eos vexare possit in anima in perpetuum simul cum corpore flaminis gehennalibus vſtulanda, & affligenda .

Lib. Moral.

Q V A E S T I O 111.

Quas molestias dæmon soleat hominibus inferre existens extra corpora ipsorum?

REspondetur, dæmonem quinque modis regulariter solere extrinsecè homines vexare .

Primò per imaginarias apparitiones ; solet enim species in imaginatio-ne eorum, quos vexare desiderat , commouere ; ita vt se ab eo agitari, molestia affici , aut etiam occidi , & iugulari putent . Quod fit aliquando in vigilia, & aliquando in somnis .

In vigilia enim accidunt, cùm homines nihil minus cogitantes subito terrore corripiuntur . Imaginatio etenim, cum sit corporalis potentia, quæ alias phantasia dicitur, inter cognoscitivæ media, nempè sensum extēnū, cui est superior, & intellectum, cui est inferior, diabolicae operationi est subiecta; atquæ in ea species intentionales, quas vocant rerum aut existentiū, aut fictitiarum simulacra , ad libitum mouet , & accommodat ; quibus ea, quæ ipse exhibere desiderat, representantur . Hoc testantur D. Augustinus lib. de cura pro mortuis agen. cap. 12. D. Bonavent. in 2. diff. 8. art. 4. q. 3. Tostatus in c. 8. Matthæi quest. 16, & Ioseph Angles ibi quest. 8. diffic. 12.

In somnis verò hæ visiones haud raro contingunt . Obscura enim falsa, & horrenda excitat somnia . Nam cum in dormientibus potentia intellegitiva sopitæ maneat ; sensitiva verò interna, & maximè appetitiva sint cibo, ac potu obstupefactæ, naturali propensione vel immoderatè delectantur, vel tristantur, dum variæ species, ac simulacra vel delectabilia, vel tristitia sibi obijciuntur, ac representantur . Quod si ijs naturalibus dispositiō-nibus virtus accedat diabolica, quid nō patitur miser homo phantasticis, & imaginarijs visionibus ! quasi tot furijs agitatur : timor artus occupans, pallor dispersus per totum corpus, clamores insoliti, vlokatus lamentabiles, sudor per omnes poros emissus, longa suspiria ex imo pectori educta, horren-di fremitus, violenta membrorum agitatio , totumq; corpus effutum id testantur . Que accidentia sæpè sunt præludia futuræ diabolicae obsessionis, nisi Patiens ad diuina configiat remedia . Illaq; experiuntur vt plurimum ijs, qui aliquo maleficio tangi incipiunt : dæmones enim sua operationis primordia contestantur , vt pluries in varijs obsessis, ac maleficariis experientia

72.

Dæmon homi-nes vexat ex-trinsecè.

Per apparitio-nes imagina-rias.

Aliquando in-vigilia .

Et quomodo .

73.

Aliquando in-somnis .

Vexationes ima-ginaria sūt præludia fute-ra obsessionis .

36 Par.I.Cap.II. De Exorc. scientia prædicto.

rientia comprobauit. Qui si statim ac incipiunt huiusmodi visiones pati imaginarias, ad peritum accedant Exorcistam, facillimè à quacumq; dæmoniaca vexatione liberantur, ac præseruantur.

§. I.

74.
Molestia à dæmonie effecta & visiones corporales.

Vndē mos exor-
tus, os signo ♦.
crucis munien-
di, cum homo
oscitare.

Secundò per Visiones corporales. Aliqui enim ante dæmonis ingressum in corpus suum vident eum sub varijs figuris, ac phantasmatibus apparentem. Alij sub forma leonis, vel vrsi, vel serpentis, vel draconis: alij sub forma tauri, vel canis, vel lupi, aut felis: alij sub forma gallinæ, vel corui, aut vulturis: alij sub specie hominis atri, aut mulieris recenter mortuæ, vel alterius spectri terribilis, & horrendi: alij sub specie ingentis muscæ, aut araneæ, vel alicuius ramenti, aut minutioris pilæ, quæ oculis obuersantur, & in faucis se ingerunt, vt ex plurib; Energumenis experimentaliter cognoui. Vndē quidam profectam hinc volunt consuetudinem, quæ apud Catholicos viget, quando oscitant, os signo ♦ crucis munire, quasi hac crucis signature dæmonum in corpora ingressus prohibeatur. De his legendi sunt Tostatus in cap. 8. Matthæi quæst. 115. Delrius Disquisit. Magic. lib. 2. quæst. 26. sect. 3. ac Petrus Thyreus lib. 1. de apparit. spirituum cap. 16.

§. II.

75.
Molestia per auditum.

Tertiò per Auditum. Percipiuntur enim aliquando voces tām interiores, quām exteriores, tām de locis remotis, quām de propinquis, leues strepitus, simulati incessus, risus, cachinni, suspiria, gemitus, clamores, & alia, quæ sub aurium sensum cadunt, atquè à spiritibus excitantur. Qui spiritus vulgo apud Italos Foletti nuncupantur. Veruntamen hos quandoque rumores causant etiam alij dæmones, & antequam corpus alicuius hominis possideant, & etiam postquam illud ingressi sunt. Volunt namq; Dei, & Angelorum mores contraria æmulatione sectari: vt quemadmodum illi aduentu suo operationes suas externis signis quibusdam, magnisq; argumentis testantur, & indicant; ita spiritus nequam suam presentiam volunt innotescere sensibili aliquo signo, vel modo, nè in hac re ipsi videantur inferides; cum hac tamen differentia, quod illi cupiunt omnes quieto esse animo, ad quos diuertunt; hi turbatum volunt, & territum; vndē terriculamenta, & perturbantia adhibent signa, antequam miseros homines inuadant. De quibus latissimè Delrius plures cumulans Autores lib. 2. Disquisit. Magic. quæst. 27. & 28.

§. III.

76.
Molestia per odoratum.

Quarto per Odoratum. Hic enim sensus səpiùs fætorem sustinet intollerabilem, qui in omnibus dæmoniacis operibus ferè interuenit, vestesq; astantium, domas, aerem, & circumstantia loca sic replet;

vt longo tempore duret. Quare dæmonum fœderati, vt sunt Magi, Malefici, & Striges vt plurimū fœtent, atq; è vestibus ore, & corpore graueolentia emittunt non ferenda: quia cum dæmone familiariter conuersantur, qui fœtoribus, & putotibus aerei inficere solet, quoties se præbet visibilem, vt omnia historiae contestantur.

Quintò per Gustum. Sæpius enim hic sensus malè à dæmone afficitur, quando vñà cum cibo, aut potu in os hominis latenter dæmon ingreditur, & mox in corpus ingressus magna tyrannidis exempla dat, vt suo damno sensit Virgo illa, de qua Gregorius lib. 1. *Dialogorum cap. 4.* narrat, quod cum laetitia dæmonem latitatem hausit, à quo statim possessa est. Quare vt plurimū solent Magi, & Malefici pomum, aut quid simile edendum præbere ijs, quos maleficio inficere conantur. Id pluribus exemplis testatur Remigius lib. 3. c. 5. Cuiusdam Cathinæ Gillotiae insignis maleficæ sua manu poma, pruna, aliaq; esculenta præbentis ijs, quos vel per maleficia debilitare, vel sanitatem donare cupiebat. Lib. 2. c. 7. Alterius beneficæ Barbelinæ Rayel medicatum pyruin in via deponentis, quasi id è viatoris pecta forte excidisset; quo imprudenter à quodam Ludouico, à quo iniuriam passa erat, sublato, ac gustato, statim graui morbo correptus vix præ dolore dominum pedes se referre sustinuit. Aliorum plurium refert exempla lib. 2. c. 4. & lib. 3. c. 3.

Sed quid immoror circa ista? vnicum referam eorum, qui hoc modo à dæmone malè afficti ad me accesserunt gratia sanitatis consequendæ. Anno Domini 1648. vltima die Augusti coram me fuit adducta Venetijs adolescentula quædam annos 14. nata, nomine Magdalena Forlana à Castro Franco Oppido Diæcesis Taruisinæ, à dæmone obsessa, quæ præsente eius auia, alijsq; pluribus personis mihi enarravit, se vigilia S. Laurentij postquam accepisset quoddam pomum à quadam vetula sua conterranea, quæ vulgo malefica existimabatur, illicò sensisse sibi stomachū quasi igne aduri, sèpè terribiles habere vomitus, nihil tamen eruçtare potuisse: frequenter ita sensibus destitui, vt planè mortua videretur: quæ omnia successuè sic dæmon à me iussus in nomine Iesu, illi palam intulit, sine vlla tamen iuuençula læsione. Quibus visis, & auditis, ipsa ante pedes meos genuflexa, dæmoni præcepi in nomine Iesu, vt & ipse enarraret per os iuuençula quando, & quomodo in corpus illius esset ingressus. Qui statim respondit, se ingressum esse illius corpus vigilia S. Laurentij subter pomum latens, quod à malefica adolescentulæ Magdalena traditū fuit ad edendum: quo comeso cepisse omnia prædicta tormenta illi inferre: quia sic iusserat malefica, vt illam sic torqueret toto tempore vitæ eius. At iniquus tortor, cum à me iuuençula illa in fide, ac confidentia in Deum fuisse instruta, facto illi præcepto in nomine Iesu, vt egredieretur, illicò ab ea recedere coactus est, eius guttur fœtore sulphureo in suo exitu repletum relinquendo. Ex quo videas, quomodo homines vexat nedum in sensu odoratus per fœtores; sed & in gusto per esculenta, & cætera comedibilia.

77.
Molestia per
gustum.

Exemplis com-
probatur.

78.
Exemplum ab
Autore rela-
tum.

§. IV.

79.
*Molestia per
vatum.*

DEniq; per tactum varias in hominibus causat afflictiones. Aliquando enim illi tenebriones hominum aures vellicant: aliquando è lecto detrahunt: aliás crines abradunt: modò accubare cum eis tentant in eodē lecto: nunc propulsant, & prostrant renitentes: nunc fustibus excipiunt: modò allidunt ad angulos: aliquando præcipites agunt: sèpiùs vñstiones, & verbera infligunt, alijsq; malis dormientes, & vigilantes molestant antequam morbos inferant, vel ipsam mortem. Quæ præstare possunt vel per assumpta corpora: vel vi, & potestate ipsis innata, more hominum, qui aut fuste, gladio, hasta, & huiusmodi instrumentis vtuntur in vulneribus infligendis: aut opera concitati aeris, cuius vi deiiciuntur ædes, concitantur maria, arbores radicibus euelluntur: aut robore naturali corporibus nervosis indito. His tribus modis à dæmone plures vexati inueniuntur, alijs tali hora determinata diei: alijs tali hebdomadae die: alijs se in mense; quo tempore sensuum alienatione, crurium morsibus, cordis punctionibus, & alijs huiusmodi molestijs afficiuntur. Quam veritatem docet Tostatus in cap. 8. *Matthæi quæst. 120.* & Petrus Thyr. lib. 1. de Apparit. spirituum. Et praxis in multis à dæmone vexatis docet in dies.

§. V.

80.
*Damones sa-
pius simulant
se esse animas
defunctorum.*

SE D hostes versipelles, vt magis homines decipient, & in nassari trahant, sèpiùs fingunt, se esse animas defunctorum, præcipue animam alicuius scelerati hominis; Et hoc vel vt inducāt homines in illam heresim, quæ asserit animas sceleratorum hominum post mortem in dæmones, & in quæcumq; animalia bruta suis meritis congrua conuerti. De qua Augustinus lib. de *Heresibus* cap. 86. Vel vt se aspicientes errore aliquo decipient, puta animam alicuius maximi peccatoris, qui absq; peccatorum suorum confessione, vel villo doloris, aut contritionis actu interno, & externo signo è viuis ad mortuos migravit, esse in tuto saluationis loco, viuentibus persuadeant: Sic mortuos in peccato mortali pena gehennæ æterna non puniri credant. Vel si mortui sunt sancti diuina iam beatitudine perfruentes, eos infamant dicentes, magnos in Purgatorio pro suis delictis sustinere cruciatus: ita eruditè docet Augustinus lib. 10. de *Cinuit. Dei*, cap. 11. à medio. Chrysostomus homil. 29. in *Matthæum*. D. Thom. 1. par. quæst. 117. ar. 4. ad 2. Sanchez tom. 1. *Decalogi* lib. 2. c. 38. num. 23. Syluester verbo maleficium q. 4. dict. 2. Victoria de *Magia Relect.* 12. q. 4. nu. 17. Sotus de iust. lib. 8. q. 2. ar. 2. colum. 4. vers. Sed rogat. Ciruelo de *superst.* par. 3. c. 8. Padraza in *summa* in 1. præcepto. §. 10. Delrius lib. 2. *Disquis. Magic.* quæst. 26. sct. 7. & Stephan. Facundez par. 1. lib. 1. in 1. præceptum. *Decalogi* cap. 36. num. 10.

Et quamvis bona consulant, petantq; suffragia fieri, aut aliquid restituī, hoc faciunt gratia postea faciliūs decipiendi; vt benè docet Pedraza, Victoria

ria ibidem, & Petrus Thyraeus de spirituum apparitionibus cap. 16. num. 9. Ideoq; magna cautela in talibus apparitionibus est vtendum. Nam absq; particulari Dei gratia nemo potest in ijs esse tutus: cum discretio spirituum sit gratuitum Dei donum, teste Paulo Apostolo 1. Corinth. 13.

§. VI.

Veruntamen à Doctoribus varia traduntur signa, malos à bonis spiritibus, & veras animas ab illusionibus diabolici discernentia, quæ etiā non certam fidem, probabilem tamen opinionem faciunt; quorum aliqua breuiter hic referam ex Petro Thyreо loco citato, Delrio lib. 2. Disquis. Magic. quæst. 26. sect. 3. vers. metum nobis hic obstrudunt, & Peltano de Purgatorio cap. 5.

Primo si signum crucis, nomen Iesu, Mariæ, vel aliotum Sanctorum, cereumue, reliquias, agni Dei ceream effigiem, lustralem aquam, panem, salem, aliaq; huiusmodi sacramentalia, vel Catholicæ religionis symbola fugiant, aut detestentur, diabolus est.

Secundò si postquam exegerunt semel id, quod volebant, adhuc frustra iterum appareant, & sint importuniores (nam animæ veræ, cum illis satifeceris, vel amplius non apparent; vel semel tantum, vt gratias agant; & cōtra dæmones causas ex causis, vt funiculum nestant, vt vel obsideant, vel saltum grauiter decipient) his ergo concurrentibus diabolus est.

Tertiò si prætexit apparitioni causam falsam, vel malam; ver. gr. dicit, se apparere coactum vi coniurationis magicæ, vel vt reuelet curiosa, parùm necessaria, aut qua nesciri expediret, dæmon est.

Quartò si aliter eius oratio sit falsa, superstitionis, desperati, libidinosi, vindictæ appetentis, aut aliter perturbati præferens aniimi ostentationem, dæmon est.

Quintò si appareat forma non humana formosa, & bene formata; sed tetrica, deformi, aut vili, vel Canis, Serpentis, Suis, Draconis, Aranei, Bufonis, vel similium, vel nigri Æthyopis, malus est genius: si vero forma humana bona, Angeli, vel Beati, vel Christi; tunc consideranda operatio: si ex genere suo est improba, vt blasphemia, superstitionis, mendacij, homicidij, luxuria, & cæt. vel dolosa ex modo operationis, vt si primo congressu laritiam afferat animo, & tranquillitatem, postea horrorem, turbationem, vel desolationem, vel etiam magno cum fætore, strepitu, vel clade abeat, dæmon est. Sic D. Antonius hanc suis cautionem tradidit his fermè verbis: *Non est difficilis bonorum, malorumq; spirituum discretio, si enim post timorem successerit gaudium, à Domino sciamus venisse auxilium: si autem incussa forma ido permanserit, hostis est, qui videtur.*

Sexto si dicat, se animam esse alicuius damnati, mentitur, & dæmon est. Non est credens, vt plurimum, vix enim umquam damnatorum animæ sinuntur egredi.

Ex hoc sequitur, semper mentiri dæmonem, quando in dæmoniaco loquitor dicens, se talis, vel talis defuncti damnati, vel non damnati animain esse: quia anima defuncti numquam alterius hominis corpus ingreditur: Non est credens, vt dū dæmoni defuncti per os obsesse, se esse animam defuncti.

81.

Modi, quibus
cogoscentur
mali à bonis
spiritibus, &
anima vera ab
illusionib. dia-
bolis.

vt docent Sanchez tom. 1. *Decalogi lib. 2. cap.38. num. 24.* Delrius in *Anacephal. monit. 1. & lib. 2. q. 26.* latissimè Tostatus *cap. 8. in Matthæum qu. 124. ad 1.* Ideò non est faciendum, quod præscribunt. Nam ex his occasio-nem querunt vel homines in errorem aliquem inducendi quoad animam : vel eos in corpore possidendi.

Q V A E S T I O N E .

Quomodo dæmones humana corpora ingrediantur?

82.

Dæmon in cor-pus peccatorum maximorum ingreditur ali-quando nedum permisus, sed à Deo iussus.

SVpposita diuina permissione , sine qua nec minimum quidem nocumē-tum dæmon hominibus inferre potest , dico illum ingredi corpora hu-mana , Aliquando ob diuinam iussionem , nempè quia sic iubetur à Deo , vt talem puniat hominem in corpore propter aliquod grauissimum pecca-tum : Et tunc dæmon non per magorum , aut maleficorum , vel strigarum , aut aliorum hominum pessimorum ; sed per seipsum tantum malum indu-cit . Ratio est, quam affert Suarez *lib. 8. de Angelis cap. 20. nn. 7.* quia quo-ties dæmon , vt pena , vel malum aliquod vni inferat , alium ad peccandū inducit : vel quando pena ipsa inrrinsecè includit similem inductionem (vt contingit , quando instigatio , seu tentatio ad vnum peccatum est pena prioris peccati) tunc pena illa non prouenit iubente Deo , sed permittente : quia intrinsecè inuoluit tentationem , & suggestionem mali culpæ , cuius Deus auctor esse non potest . Quod confirmat D. Anselmus *lib. 1. Cur Deus homo. cap. 7.* dicens : *hoc ministerium malum inferendi* (intellige , quan-do aliquo modo includit culpam) *à dæmonie numquam fieri Deo iubente, sed tantum permittente.* At quando dæmon immediatè per seipsum , vel per creaturam irrationalem malum purè penale infert homini , tunc nihil verat , quin dæmon , non solum permittente , sed etiam iubente Deo id faciat : Quia de se non inuoluit malum culpæ , nec eius causalitatem ; sed solius tantum penæ . Dico autem de se : quia non obstabit , quod dæmon semper pecca-turus sit , illud mandatum Dei exequendo : vel semper id faciens ex odio contra hominem : vel dolens , quod illa vindicta , & actio sua in gloriam Dei cedar : vel quod Deo obediare cogatur . Hoc , inquam , non obstat ; quia hec malitia non est per se coniuncta tali actioni , sed per accidens adiungitur ex prauitate operantis , quam Deus impedit , aut vitare non tenetur ; & ideo licet Deus iubeat dæmoni actionem , & executionem iustitiae erga pec-catorem ; nihilominus malitiam , quam dæmon admiscet , Deus solum permittit .

Hoc modo B. Paulus Corinthium incæstuosum Sathanæ tradidit , 1. Corint. 5. nec non Alexandrum , & Himenæum blasphemos dæmoni torqué-dos permisit . 1. Tim. 1. sic multorum peccatorum exempla affert Delrius *lib. 3. Disquis. Magic. par. 1. quæst. 7. sect. 2.* qui per dæmonum possessio-nem , ac diram vexationem , & per mortem ipsam penas suis sceleribus debitas soluerunt .

Ali-

§. I.

Aliquando ingreditur per timorem, vt dicunt aliqui, quando, scilicet corporales, aliasq; patitur à dæmone molestias exteriores, de quibus supra à num. 72. & sequent. vel inuenitur in aliquo periculo, vel loco obscuro: vel mina illi graues intentantur; tunc enim dæmon suggestus illius imaginationi, quod in tali loco sint dæmones, spiritus, umbræ, animæ mortuorum, aliquis absconditus, serpentes, busones, feræ, & id generis monstruosa animalia, vt timeat, ac sic timore animo consternato in fide tepescat, ac dæmoni intrandi in corpus ianuam aperiat.

Sed nè error nos capiat, est adnotandum, quod dæmon ex timore potestatem non accipit intrandi in corpus hominis timore correpti. Nam ait Tostatus in cap. 8. *Matt. quæst. 122.* quod Deus permittit homines torqueri à dæmonibus, ut timeant ipsos dæmones, & careant eorum futurum consortium. Non ergo timere dæmonem est causa, quod ille corpus timentis ingredietur. Si enim, cum huiusmodi timor aduenit, homo ex tali timore motus statim se signo crucis muniat, ad Deum confugiat, sanctissimum nomen Iesu deuotissimè inuocet, ac in eo totam suam collocet fiduciam, illicè dæmon aufugit, timor abscedit, nec malum ullum incurrit, Deo ipsum protegente, ac custodiente. Quod benè admonet D. Bernardus super illa verba Psal. 90. *Non timebis à timore nocturno.* Quia timor ipse, ait, tentatio est, congrue dictum est ei, qui circundatur scuto Domini, quod à tentatione hac non timebit. *Caminus est timor iste;* sed vt examinet, non exurat, Veritas facit.

At cum homo timore consternatus Dei protégentis obliuiscitur, de eius diffidit bonitate, ac protectione, nec credit Deum velle in se confidentes tueri, atq; defendere, murmuratq; de Dei prouidentia, bonitate, ac liberalitate; hic dum Deum deserit, meretur aliquo modo deseriri à Deo: sic aliquando contingit, quod dæmoni à Deo licentia concedatur, corpus illius possidédi, ac diris cruciatibus vexādi, quod benè docet Drexelius de *Conformatio-*
nate voluntatis lib. 5. cap. 5. §. 5. super illa verba Prouer. c. 3. *Habe fiduciā in Domino ex toto corde tuo.* Porrò, ait, qui hac fiducia sunt vacui, humana tantum circumspiciunt, omniaq; humanis viribus metiuntur. Et fere contingit, vt hos in manu consiliū sui destituat Deus. & cap. 10. §. 7. ait: Sed quæras fortè, cur Deus permittat tot homines maleficiis artibus deuinciri, & necari? Nè mirare: *Summa in Deum diffidentia etiam supplicij genus meretur.* Quod idem prorsus fatendum etiam in his, qui sine maleficorum co-operatione à Dæmone possidentur. Nam, vt subdit idem Doctor, *Plerunq;* qualis est hominis in Deum confidentia, talis est Dei in hominem liberalitas. Vnde qui valde timent diabolum, ac timore consternati ad Deum non confugiunt, ostendunt se de diuina diffidere bonitate, ac protectione. Cuius rei monitum saluberrimū dedit Angelus Custos sub forma pastoris S. Hermæ discipulo Pauli Apostoli ei apparens, secumq; visibiliter, ac domesticè usq; ad finem vitæ eius conuersans, vt habetur *rum. 1. Bibliotheca Veterum PP.*

83.
Quandoq; dæ-
mon corpora in-
greditur per ti-
morem.

Hic modus ex-
plicatur.

84.
Ratione diffidē-
tia.

PP. lib. 2. mandato 12. Quicumq; ait, fide pleni non sunt, timent diabolum, quasi potestatem habentem. Quicumq; pleni sunt fide, resistunt illi fortiter, & ille recedit ab eis: quia non habet locum intrandi. Tunc vadit ad illos, qui non sunt in fide pleni, & quoniam habet locum, inde intrat in illos, & quemq; vult, facit illis, & sunt famuli eius. & mandato 7. Diabolum, ait, ne timeas: timens enim Dominum dominaberis illius: quia virtus in eo nulla est; In quo autem non est virtus, is timendus non est. In quo vero est virtus gloria, is etiam timendus. & loco supra citato. Diabolus timorem facit, sed timor illius vanus est: Nolite ergo timere eum, & fugiet a vobis. Et Lactantius Firm. lib. 2. Diuin. Inst. c. 16. Nocent, ait, demones quidem, sed ipsi, a quibus timentur, quos manus Dei potens, & excelsa non protegit.

§. II.

85.

*Quandoq; da-
mon in corpus
alicuius ingre-
ditur, sumpta
occasione ex
eius ira, vel in-
dignatione, vel
alio defectu.*

Aliquando dæmon occasionem sumit intrandi in corpus alicuius hominis, illudq; possidendi, dum talis homo, vel mulier grauiter irascitur, & indignatur. Non quod indignatio, ira, aut furor sint causa ingressus dæmonum; nam sequeretur, quod quotiescumq; aliquis irascitur, vel indignatur, aut furit, a dæmone possideretur, quod est falsum; sed quia nouit versipellis, qui teste Augustino lib. 18. de Cinit. Dei cap. 12. ex se nocendi cupidissimus est, quod dum homo per aliquam actionem, qua Deo displacebit, Deum offendit, tunc Deus etiam aliquo modo ipsum deserit, sic facilis dæmoni intrandi in corpus eius, illudq; possidendi permittitur potestas; ideo tali occasione iræ, indignationis, furoris, libidinis, ebrietatis, crapulæ, vel alterius sibi oblata, intrandi occasionem querit. Hanc veritatem eruditè docet Hieremias Drexellius loco citato cap. 10. §. 7. loquens de peccato Saulis super illa verba 1. Regum. c. 28. Coarctor nimis, siquidem Philistij pugnant aduersum me, & Deus recessit a me; sic ait: Non recessisset a te o rex, nisi tu prius ab illo. Hoc & tu mi Christiane cogites: neminem deserit Deus, nisi desertus.

86.

*Exemplū me-
morabile rela-
tum ab Au-
ctō-
re.*

Ob huiusmodi rationem quidam dæmon per os cuiusdam Energumeni fassus est mihi se illum hominem obsedisse (quicquid sit de veritate verbi dæmonis, Deus scit) factum sanè memorabile referam. Anno Domini 1648. die 4. Septembris Venetijs in Conuentu S. Bonaventurae coram me fuit adductus Bartholomæus de Boniannis à Castro Franco Oppido Diocesis Taruisinæ annos natus 32. vir simplex, & idiota, in cuius corpus ingressus erat dæmon dictus Beelzebub, ille met, qui à Sathanæ, seu Lucifero dæmoniorum principe (vt ipse dixit) illi ab ortu nativitatis eius ad tentandum illum, & ad malum inducendum destinatus fuerat. Quem, vt seduceret, & ad peccatum traheret, cum varias adhibuisse artes; nec tamen ad graue aliquod, sed ad leuia duntaxat peccata inducere potuisset; eò quod vir bonus esset, rectus, ac timens Deum, ac Sanctissima sepiùs frequentans Sacraenta, tandem eum zelotipia erga vxorem torquere decreuit. Idecirco una dierum solemnium Pentecostes dæmon occasione accepta, quod prefatus homo ex vino, quod biberat, semiebrius erat, domum ingredienti

pre-

præstigiator apparuit sub specie iuuenis incogniti , propè vxorem ipsius ad lectum sedentem in cubiculo manentis , qui eam amplexari videbatur . Tunc prædictus homo hoc viso ita percitus , ac indignatione repletus illico districto ense , vt vxorem occideret , aduersum illam istum iecit : sed iuuenis ille virum amplexus , impediuit , neoccideret : ex quo istu in manu tantum graue vultur accepit , & statim iuuenis ille disparuit . Tunc præfatus homo putans iuuenem illum per scalam aufugisse deorsum , illum est infuscatus gladio districto , vt de medio tolleret : sed cū ad imum scalæ pessuisset , illic fratrem vxoris suæ inuenit , cum quo plures habere cepit de sorore eius querimonias , quod sibi coniugij fidelitate in non seruasset . Quia de re homo ille admiratione repletus rogauit , vt omnia distinctè enarraret : quibus auditis , cum nec ille , nec vllus alius illum vidissent iuuenem , quem cum vxore sua concubuisse asterebat , aufugientem , vxorisq; iniusto vulnere fauciara lacrymas , gemitusq; effundens Deum pro sua innocentia contestatur ; parentes , & amici eius ebrietati hoc attribuendum rati sunt . At præfatus Bartholomæus his acquiescere nequiuit ; sed acriter erga vxorem cæpit zelotipia comedì , grauiterq; in stomacho , ventre , cruribus affligi , ac tortueri : & veluti ventum , seù formicarum multitudinem sentire in corpore discurrentem : nexus omnes , ac nodos corporis ligatos habere , ita quod vix posset aliquis pro sui ipsius , vxoris , & filiorum alimentis acquitendis operari . Tandem die 30. Augusti totius mali inuentor se patefecit , dum forma ingentis musæ assumpta in os eius intravit ; ex quo delirio repentina , ac phrenesi vehementi laborare , ac furijs ita agitari cœpit , vt ab alto loco , nisi à parentibus impeditus fuisset , præcipitem se date vellet . Cum ergo in conspectu meo esset in Capella Saluatori nostro Iesu Christo dica ta , quæ est in viridario præfati Conuentus , præsentibus fratre eius maiore natu , & altero homine eius conterraneo , statim per os prædicti obcessi dæmon voce tremula dicere cœpit vulgari idiomate : *Egrediar , egrediar illico , si sic præcipis , ex corpore istius : quia non possum amplius manere in eo .* Quam promptitudinem egrediendi antiqui aduersarij ego conspiciens , præcepi illi in nomine Iesu , nè egredetur , donec ego sic illi præcepisssem . Statimq; prohibui , nè loqueretur , nec hominem illum vlla afficeret molestia , nec sensus eius siue interiores , siue exteriores impediret , quin omnia , quæ sibi eueniisset , mihi clarè , ac distinctè enarrare posset . Qui sensibus , ac potentijs omnibus benè valens , ac plenè mentis compos omnia , vt supra clarè , ac distinctè mihi explicauit . Quibus auditis , dæmoni præcepi in nomine Iesu , vt omnia sua facinora patefaceret , & lingua obcessi vteretur , sed auditum , cæterasq; potentias sensitivas nedum exteriores , sed etiam interiores non impediret , vt ipsemet obcessus , ac cæteri astantes clarè , ac distinctè omnia audire possent , vxorisq; ipsius agnoscerre innocentiam . Sic dæmon omnia supradicta enarrauit , dixitq; mulierem illam esse puram , & innocentem ; ac vitum illum bonum , ac iustum : & addidit : *Cum virurculum hunc varijs modis impetere contendarem , nec ei prenale possem . Ab alijs demonibus ut ignauis irridebar , ac subsannabar , sed præcipue à principe nostro Lucifero arguebar . Et ut iners , & segnis acriter reprehendebar . Quare illum*

vt saltem Zelotipia affligerem, & inter ipsum, & vxorem rixas disseminarem, odiaq, souerem, iuuenis illius speciem assumpsi; sed cum vir vellet vxorem suam occidere, prohibui, ne faceret: quia sic eum impedire mihi precepit Deus: nec, vt tot mala inferrem, mihi permettere voluit. Tunc autem quando ex oculis eius euanui, corpus ipsius sum ingressus, & in eo quas pertulit omnes hoc quadrimestre, prestiti afflictiones; sed cum amplius clam manere non potuisssem, ingentis musca forma assumpta, eius guttur violenter penetraui, eum agitando, mortemq, illi inferre tentando: quod utiq, nisi Deus prohibuisset, ope re compleuisse. Dixit insuper se esse vnum ex ultimo Angelorum ordine Beelzebub nuncupatum; non quia esset dæmoniorum princeps; sed ratione officij, quo fungebatur: quia à Lucifero datus illi erat ad seducendum, & ad peccata illum inducendum: *Beelzebub enim interpretatur vir muscarum, idest animarum peccantium, qua reliquerunt verum Sponsum Christum.* At tandem cum illi precepisssem, vt diceret an ingressus esset missus ab aliqua Saga opere maleficij? Respondit, non. Cur ego, dixi, ingressus es, & venisti ad torquendum hunc simplicem, & pauperulum? Respondit: quia sic mihi placuit. Sed ego adhuc. Vnde hac tua complacencia? Et ille: *Ex mea voluntate.* Et deniq, coactus fuit dicere: quod ex malitia sua, & improba voluntate ad maleficendum ingressus erat. Qui auditio precepto à me sibi facto in nomine Iesu, vt ex corpore illius egredetur, statim sine vlla mora egressus est; & ille bonus vir totus hilaris à dæmonis tyranide ereptus, & zelotipia erga vxorem deposita, vnà cum alijs suis conterraneis ad propriā domum reuersus est. Ex quo video, quomodo aliquando dæmon nullo Magorum, aut Maleficorum opere interueniente, ex aliquo peccato, vel viatio etiam leui occasione accepta, corpus hominum ingredi, ac vexare conatur, prout sibi à Deo permittitur.

§. III.

32.
Sapiens dæmon
ingreditur per
maleficia.

Quando quis
dicitur male-
ficiatus, vel
energumenus.

Aliquando dæmon ingreditur per maleficia; & hic modus cæteris est frequentior; facto enim maleficio contra aliquam determinatam personam, dæmon ex pacto cum Malefico inito, nisi à causa superiori impediatur, ingreditur corpus illius, ac illud possidet: vel in aliqua tantum parte, puta in stomacho, vel in corde, vel in capite, vel in sanguine, vel in venis, vt mox dicetur; & tunc dicitur maleficiata. Vel in toto corpore habet potestatem, in illiusq; potentijs sensitivis internis, & externis varias habet operationes; & tunc dicitur energumenus, seu arreptitus; vt docet Archidiaconus in *Glossa cap. Exorcista. dist. 23.*

Verūm quia maleficia ex se nullam vim augent dæmonibus, vt quæ prius non poterant in aliqua creatura, postea valeant efficere, nisi velimus dicere cum Victoria, *Relectione de Arte magica*, dæmones non adeò impediti nocere per Magos, Maleficos, & Sagas, cæterosq; homines iniquos, sicut per seipsum. Et ratio fortasse est: quia sicut homo ex diuina permissione, quæ committitur suæ libertati, potest per seipsum malefacere, puta vnu alteru occidere, veneno afficere, & id generis mala inferre; ita etiam potest per inuo-

invocationem dæmonis ex pacto cū ipso inito maleficia inferre, mediante eius ope, si Deus permittat. Veruntamen, cum haec maior libertas dæmoni non adueniat ex opere maleficij, sed à Deo, dicendum est si Deus permittit dæmonibus per maleficia alicui maiora damna inferre, hoc est vel ratione ipsius minima, vel nulle in Deum confidentia, ut dictum est supra nn. 67. & sequentibus: vel ob aliquam aliarum causarum, de quibus infra, vbi de ratione diuinæ permissionis num. 133. & sequentibus.

Quomodo dæmon posestatem sumat intrandi per maleficia.

§. IV.

Aliquando dæmon ingredi dicitur per imaginationem. Quod potest dupliciter intelligi: Aut mediante imaginatione: Aut secundum imaginationem. Primo modo, cùm quis imaginatur se à dæmonie esse obsecsum, licet non sit; nec credit se protegi à Deo, vel protectum fuisse contra dæmonem, ac spreto diuino auxilio ad Magos confugit, ut liberetur, murmurans dei prouidentia, ac detrahens eius bonitati: hic cum Deum deserat, meretur aliquo modo deseriri à Deo; Sic aliquando contingit, vt qui tantum imaginariè erat obsecus, mereatur verè, ac realiter à dæmonie possideri. Secundo modo dicuntur obsecsi à dæmonie, qui imaginantur, se esse obsecos, nec tamen sunt obsecsi: sed aliqua naturali laborant ægritudine. Hoc præcipue contingere solet in mulieribus menstruorum patientibus defœtum; Humores enim illi, seu vapores venenosí ad stomachum ascendunt, cibum conturbant, inficiunt, atq; corruptunt, in eoq; plures cruditates generant, & sic cibi noui attrahendi tollunt appetitum. Deinde se eleuant ad cerebrum, ac in phantasia phantasmatu confundunt; vnde ex tali confusione phrenesi laborare videntur; ex quo ab aliquibus energumenæ creduntur. Tandem à capite descendunt, ac per corpus discurrunt, creduntq; sapienti, illos esse spitis. Vnde tales mulieres actus admodum vexatorum similes quandoq; faciunt. Quare prudens Exorcista non sit præcepis ad iudicandum de vexatione in mulieribus; sed prudenter obseruet mores, & verba: quæ si appareant sine ratione dicta, & extra propositum, & in dicendo, & agendo patiens non perseveret in eodem, semper declinans à proposito, & multa dicens; nec ad aliquod præceptum instruictiuum, vel lenitium det responsum, nec ullum signum præbeat euidens presentia diabolicae, sunt effectus humorum matricalium.

Eadem ratione humores melancholici dant causam apparentis vexationis, sed hi cognoscuntur tum per medicamenta, quæ comprimunt illos; sicut etiam humores matricales: tum per patientis complexionem, ac Medici iudicium, qui vñà cum Exorcista poterit soluere difficultatem, ac salutaria ægrotu adhibere pharmaca, ille corporalia, iste spiritualia.

In puerulos verò, & infantes, qui adhuc usus rationis sunt expertes, ac sub cura parentum vitam degunt, dæmon ingreditur ut plurimum ob eorum parentum, vel curam habentium negligentiam in eos commendando diuinæ protectioni, signando signo crucis, rebus sacris muniendo, angelicæ custodiæ consignando, & confidendo in Deum, quod ob suam infinitam boni-

88.

Quandoq; dæmon ingreditur
Vel mediante
imaginatione.

Vel secundum
imaginatione.

89.

Cur dæmoni
ingrediantur ali-
quando in cor-
pora infantuum?

bonitatem, ac liberalitatem ab omni maleficio, ac dæmoniaca infestatione, & à cunctis periculis illos sit seruaturus. Quod rectè docet Augustinus serm. 2. Dom. 23. post Trinitatem. Mox, ait, ut homo seculo nascitur, & vitam plenam miseria velut propheta futuri laboris sui praconio lacrymosa vocis ingreditur, etiam si nondum in animo suo, in animo tamen parentum suorum, vel quorumlibet hominum, in quorum manibus nutrienda eius infirmitas sicut, tentari iam potest, & diaboli circumuentibus rapi, aut per ligaturas execrabilium remediorum: aut per sacrilega sacra gentium: aut si forte mors urget, negligenter renuntiationis in Baptismo salutari; & vi breui complectar, tenatur illa ætas, cum à suis in mundo diligitur, & in Christo negligitur.

QVÆ STIO V.

Quomodo dæmones existant. in corpore humano?

90.

Dæmones aliquando plures, aliquando unus existunt in corpore humano.

Quomodo insinuuntur corpori humano.

Joseph Angles in 2. dist. 8. q. 2. diffic. 3. & 4.

91.

In qua parte corporis resident.

Lib. de dæmoniacis c. 8.

Existentia talis est, vt aliquando unus, aliquando plures sint in uno corpore. Nam in nocendo homini gaudent societate. Vnde aliquando integra legio, quæ 6666. idest, sex millibus, sexcentis, ac sexaginta sex dæmonibus constans in uno corpore reperitur: vt probatur ex dæmoniaco Lucæ 8. & dicto Christi afferentis Lucæ 11. imminundum spiritum suis sedibus expulsum septem alios spiritus nequiores se, per quos multitudo dæmonum intelligitur, assument, atq; in dominum reuertit, ex qua exierat. Hi autem spiritus non insunt vt accidentia suis subiectis: nam sunt substantiae perfectæ. Nec vt partes suis totis, & compositis: quia partes corporis, aut animæ non sunt; vt benè docet etiam Tostatus in cap. 8. Matthæi. q. 113. ad 1. Non enim ex dæmons, & corpore fit vnum per se, sicut ex materia, & forma. Nec vtriusq; nec alterius supplere possunt vices, si idem homo viuus perseuereret. Neque totum quoddam, & absolutum in aliquo supposito referre queunt concurrentibus duabus perfectis naturis in vnam hypostasim: hoc enim soli Christo Domino conuenit; sed insunt vt motores rebus motis: nam corpora mouent; sed ita vt nullum istis dent nouum esse; nec propriæ vnum quid cum obsessis constituunt. Et licet in corpore simul sint cū Anima; non tamen eodem modo existunt in illo: Nam anima est per modum informantis: Dæmon verò per modum assistentis, vel possidentis, sicut motor in mobili. Anima simul cum corpore, in corpore, & in essentia corporis, vt essentia, est: Dæmon simul cum corpore, & in corpore; sed non in essentia corporis, vt essentia, est, vt testatur Abulensis loco cit. ad 2.

Sic dæmones existentes in corpore aliquandò totum corpus hominis occupant: Aliquando membrum aliquod, caput, brachia, tibia, pectus, & huiusmodi partes singulares, in quibus suas sedes ponunt: Aliquando in summa, & imperceptibili hominis particula, in qua latent; cum sint spiritus corporis expertes; nec tamen ita insunt in illis, vt semper in eadem parte permaneant: cum sèpè mutent stationes, & nunc plures possideant, nuc pauciores, vt suo damno probant in dies maleficiati, & à dæmons possessi: Aliquando ad tempus deserunt, sed postea redeunt: Ira docet Petrus Thyreus,

reus, & Sanchez. Et licet sint in corpore, & possint esse in quacumq[ue] parte corporis; non tamen possunt esse intra animam, nec ei illabi, quod solius est Factoris; vt docet August. lib. de Ecclesiast. dogmatib. cap. 81. tom. 3. *Dæmones, inquit, per energiam operationem non credimus substantialiter illabi anima; sed applicatione, & oppressione vniiri: Illabi autem menti illi soli possibile est, qui eam creauit, qui natura subsistens incorporeus, capax est sua factura.* Idem pluribus probat Tostatus loco cit. ad 3.

Lib. 2. in præcept. Decal. cap. 42. nu. 7.
Non possunt il-labi anima.

Q V A S T I O V I .

Quid Dæmones operentur in corpore, quod possident?

Omissis, quæ dæmones in sensibus tum externis, tum internis extra corpus manentes operantur, de quibus supra breuitet num. 72. & sequ. Dico eos intùs manentes operari: Primò sensibus internis illudendo, maximè imaginatiuæ, ac phantasie, quam etsi nouæ speciei impressione immutare non possint, & per consequens efficere, vt qui numquam vidi colores externos, elegantiam tabellæ pietæ discernat: aut qui non audiuimus, iudicet de musicæ sono; possunt tamen potentias illas decipere, & turbare, vel corpus formando phantasticum, quod oculis obijciant; Vel species eorum, quæ homo vidit aliquando, confundendo, & ex illa cognitione formando nouas species eorum, quæ numquam vidit; Vel spiritus animales, qui interiorum sensuum functionibus peragendis inseruiunt, mouendo; Vel in corpore concitando motiones, & affectiones varias; atq[ue] ita ex illis formatiōnibus, concitationibus, commixtionibus, & agitationibus specierum, assumptis etiam vaporibus instituto accommodatis, efficere, vt homo videat, aut se videre credit ea, quæ non sunt nec visa, nec auditæ vñquam fuere: quod facit ostendendo præsens, quod non est; aut aliter quām est; aut abscondendo, quod præsens est, vt docet August. lib. de cura pro mortuis agen. cap. 12. D. Bonau. n. 2. dist. 8. par. 2. ar. 1. q. 3. & Tostat. in c. 8. Matthæi. q. 116.

92.
Dæmones in corpore existentes sensibus internis illudunt.

Infra nū. 569

Ex quibus operationibus horrendæ procedunt infirmitates: cum omnes extraordinarij effectus, qui in energumenorum corpore constituuntur, & à dæmonibus causantur, huic perturbatæ potentia ab incredulis, qui possessiones reales negant, assignentur. Tam enim potens est in homine agitando, vt eius effectus omnem naturæ virtutem prætergredi videantur. Inter plura exempla, quibus hæc veritas comprobari posset, vnicum referam cū iusdam Pasqualini de Tondellis à Ceneta annos nati 40. Hic Anno 1649. Calendis Decembribus Taruilijs ad me accessit, dicens, se multa extraordinaria contra suam voluntatem solitum esse operari, ac multa videre insolita; præcipue quod sœpius obscura nox sibi videbatur clara dies; idcirco media nocte è domo egressus per Ciuitatem huc illuc discurrebat. Cū esset colonus, dum frumentū seminabat in agro, sibi videbatur, manū plenam habere serpentibus, eosq[ue] quaquaversum proiecere, ac dispergere. Dum Ecclesiam Cathedralem ingredi volebat, illa sibi videbatur à summitate vsq[ue] ad solum totam plenam esse puluere, ac plumis ita densis, vt ipsius oculos replerent, quod.

93.
Ex illusionibus procedunt infirmitates, & effectus extraordinarij.
Exemplum ab Autore relatū.

quòd in Ecclesiam ingredi non posset: At quia in mente sua cognoscebat, hanc esse deceptionem, vim sibi ipsi faciebat, ac se signo crucis lignans, ipso facto præstigium euanescebat, & ipse templum introibat. Cum transiret ante quandam crucem grandem, quæ est ante ianuam Ecclesiæ S. Francisci, illa crux sibi videbatur esse suus currus, ex quo cum decidere clavis videtur, ipse accepto malleo, vel lapide fortiter crucem percutiebat, putans clavum in suo curru infigere. Plura alia saepius videbat, putâ vnam rem pro alia; ita ut nunc hic, nunc illuc se absconderet; nunc fugeret ab hominum consortio; nunc alia huiusmodi perageret, pro quibus ab omnibus ut stultus putabatur. Qua prædicta, sicut & alia mihi enarravit etiam ipsius vxor, dicens, hæc illi sexdecim annis continua euenisse. Quibus à me auditis experiti volui, an præstigia huiusmodi fierent à dæmonе extrinsecus manente, vel intrinsecus eum possidente. Sic dæmoni iussi in nomine Iesu, quòd si in corpore illius existeret, se manifestaret. Et ecce statim præstigator antiquus seipsum propalauit, hominem torquendo, ac consternatum agitando; sed statim dæmoni iussi, ut cessaret à vexatione, nec illi ullum afferret nocumentum. Postea instruxi hominem in fide, ac confidentia in Deū collocanda, ac potestate à Deo, & ab Ecclesia ad dæmones expellendos mihi tradita, eumquè admonui, ut interim per orationem se disposeret, ac post aliquot horas rediret. Sic tempore debito regreslus præsentibus RR. PP. Antonio à Cadoro Guardiano illius Conuentus; Bernardo Veneto Vicario, & Egidio à Melo Sacrae Theologiæ Lectore, Concionatore Ecclesiæ Cathedralis, & Consultore generali S. Officij Taruisij, quibus Pasqualinus præfatus omnia supra dicta enarrauerat, iterum obfesso instructo, & excitato ad actus confidentiarum in Deum, ac detestationis in dæmonem eliciendos, capi dæmonem acriter obiurgare, qui per obfessum pugnis me impetrare minabatur; numquam tamen me offendere potuit; sed post alias breues vexationes, in terram collisiones, ac volutationes, quibus exagitauit obfessum, ab illo per præceptum à me factum in nomine Iesu exire coactus est. Sic homo ille totus hilaris Dæo gratias agens pro sua liberatione, ad suam patriam remeauit.

§. I.

94.
Demon in cor-
pore excitat
humores.

SEcundò humores mouet, ac perturbat; Excitat enim atram bilem, quā adauger admotis causis opportunis, vel detento ipso humore, nè expurgetur; fuligines in cerebrum, & internos sensuum meatus propellit; noxia excrementa coaceruat ad iuncturas; spirituosa ex ipso sanguine substantiam expurgat à crassitiæ materiæ, & ea inficit spiritus vitales, atq; diuersas infert noxias: Vndè Codroncus Medicus timoratus, & doctus lib. 3. cap. 2. de morbis veneficis: Si aliquem, ait, melancholia morbo dæmon afficeret, melancolicum succum augeret; vel iam genitum, aut arctum commouet in cerebrum, atq; in internum sensuum sedes vapores atros defert. Quod si apoplexiā, catochum, & alios similes affectus excitare staruerit, crassos succos ad cerebrum defert, quibus venas cerebri, vel eius ventres, vel nervorum origines obstruit.

obstruit. Si cæcitatem, excrementa ad oculos traducit: vel etiam humorem aqueum chryſtallinum oppoſitum agitat, vel crasſefacit, vt ſpiritus viſui permeare non poffit. Simili ratione ſurditatem infert, vel excrementa aceruando: vel retinendo aerem congenitū, quominus moueatur. Hęc Codtoñcūs.

Vel hoc pŕeftat, virium, & potentiarum debilitatione, diſſolutione, & deſtruotione. Nam ſi integræ, & ſuī loci conſtitutæ ſua exequuntur mu-nia, non dubium eſt, quin ad illā pŕeftanda reddantur inēptæ, ſi debiliten-tur, diſſoluantur, aut deſtruantur: vt cū cæcitatem vult inſerre, heruos viſorios ita comprimit, quominus ſpecies viſuā per eos recipiatur. Sic cū ſurditatem, neruum auditoriū, quominus ſuum valeat exequi munus. Comprobatur exemplio illius dæmoniaci, quem, ait Lucas cap. 11. dæmonis ope-ratione mutum fuiffe; Apud Mattheum non ſolum mutus, ſed & cacus fuiffe narratn: vt docet Beda, ac Remigius. Theophilactus non ſolū mutum, ſed ſurdum vocat. Qui autem, ait, Domino oblatus fuit; & mutus erat lingua, & ſurdus auditu.

§. II.

Tertiò nocet homini organa corrumpendo, quibus ſensuſ ſunt alligati. Nam ſic eos, vel heberat, vel noxiè afficit. Cum enīm non poffit corpus ritè operari, niſi illis mediantibus, tunc à dæmonē eis corruptis, non ſolū desinunt ſuas exequi functiones; ſed omnino fatigantur, franguntur, languescent, & pereunt. Vel nocet contractione, & diſtractione membro-rum, vnde maximi excitantur dolores. Nam ſi parturientes tanta patiuntur, quid maleficijs affecti, cum membra contrahantur, & diſtrahantur tam atrociter, vt in equuleo torqueri videantur? Simili diabolica vexatione, affecta erat mulier illa, qua, vt ait Lucas c. 13. annis 18. habebat ſpiritum infirmitatis; & erat inclinata, nec omnino poterat ſursum rēſpicere, quam ait Christus, Sathanam alligasse.

Quartò hominibus obſeffis dæmon, nocet impellendo eos in varia peri-cula, nunc in ignem, vt flammis conſumimetur: nunc in aquam, vt ſuffo-centur: nunc in prēcipitia, vt collidantur, aut aliās miserè pereant; cuius impulsionis Marci 9. luculentum habeimus exemplum in illo dæmoniaco, qui ad huiusmodi malā incurrenda à dæmonē impellebatur, qui à Christo fuit à dæmoniaca tyrannide liberatus.

Tandem ſæpè mortem ipsam variè infert: Nam, vt benè etiam docet Tostatus cap. 8. in Mattheum queſt. 120. Dæmones plurimos homines occidunt; nec longa mora opus eſt ad hoc, quia ſubito poterunt multos occidere; ſic fuit de dæmonē, qui occidit ſeptem viros Saræ, Tobiae 3. ſic etiam dæmones occiderunt vna hora in Aegyptō omnia primogenita hominum, & pecorum: Exod. 12. fuerunt autem dæmones, qui hoc fecerunt. Psal. 77. ſeſilicet, Misit in eos iram indignationis ſua, & cat. immissiones per Angelos malos. Quando n. permittuntur à Deo occidere, occidunt. Hęc ergo, & aliae ſimiles ſunt operationes dæmonum malignar, quibus homines intrinſecè vexare conſuescant.

80

95.
vires debilitat-
diſſoluit, de-
ſtruit.

96.
organa corrū-
pit.

Membra di-
ſtrahit, vel co-
trahit.

97.
Impellit in va-
ria pericula.

Mortem ipsam
infert.

§. III.

98.

Predicta mala possunt fieri à demonibus extra corpora manentibus.

Hoc autem operationum nonnullæ à dæmoni, siue intra corpus, siue extra corpus existente exerceri valent. Potest enim extra manens sic torquere arreptitios (dummodo sint intra spheram aetitutatis suę) eos cogendo cadere in ignem, vel aquam; sicut illum, de quo Matthœi 17. & Marci 9. Mouere ex impetu ad discurrendum huc, illucq; ut dicitur de quodā arreptitio Luc. 8. qui ruptis vinculis agebatur à dæmonio in desertū: Inducere, ut se torqueant, ut ille, qui se cōcidebat lapidibus Marci 5. Aliaq; huiusmodi opera in eis exercere; sicut Actuum 19. de arreptitio, qui inuuluit contra duos, ita ut nudi, & vulnerati fugerent de manibus eius. Quę omnia possumt fieri à dæmonie extra corpus manente per solam applicationem virtutis motiue ad impellendum; licet melius fiant existente dæmonie intra corpus: quia melius potest sibi coaptare illud ad mouendum, quam si extra manserit: ut latè docet Tostatus in cap. 8. Matthœi quæst. 113. sicut predictis Energumenis, actualiter dæmonie existente intra corpus, omnia predicta euenisse, credendum est.

99.

Quedam operationes sunt à demonibus non nisi intra corpora existentibus: ut perfectè loqui.

Aliæ verò sunt operationes, ad quas regulariter dæmon est intra corpus; vt per os Energumeni perfectè loqui. Multa enim arreptitij loquuntur, quæ, constat, eos non dicere, sed dæmones per illos: cum sœpè ipsis non se intelligent. Ad hoc autem necesse est, ait Tostatus loco citato, dæmonem esse in corpore: quia locutio fit per motum organorum interiorum, quæ à dæmonie mouentur prout est in corpore.

§. IV.

100.

Dæmones se ipsi simè sunt incorpore etiam non loquantur.

Constat ex varijs locis Euæ gelij.

SED non solum regulariter, quando per homines loquuntur dæmones, sunt in corpore; sed etiam sœpius quamvis non loquuntur. Nonne Iesus, Lucæ 11. erat eiicens dæmonium, & illud erat mutum? Ad quid enim Christus, cum aliquem sanabat arreptitum, de corpore exire dæmoni præcepisset, nisi in corpore fuisset? Hunc namq; modum loquendi: *Exi ab homine spiritus immundus*, non ad operationem tantum; sed ad personam dæmonis in corpore existentis, & operantis dirigi planè constat. Quarum locutionum formulæ extant Matthœi 8. Marci 5. Lucæ 8. Vnde non solum verum est de spiritibus loquentibus, ut dicitur Marci. 1. & Lucæ 4. scilicet, *Exibant demonia à multis clamantia, & dicentia: Tu es filius Dei.* & Actuum 16. dixit Paulus spiritui: *Principio tibi in nomine Iesu exire ab ea*, & dicitur, quod exiit eadem hora. Sed etiam de spiritibus non loquentibus: sic patet Marci 9. de illo dæmoni, qui allidebat puerum, & cogebat spumare, & proiecibat in ignem, & in aquam, & tamen non loquebatur; quia erat spiritus mutus, & surdus, sicut Christus dixit illi: *Exi ab eo*, & amplius nè introeas in eum. Poteratnè clarius Christus explicare, ac demonstrare, dæmonem esse in corpore secundum suam substantiam, & existentiam? Si in tantum in corpore suam habuisset operationem, ut dicunt quidam, cum possit

possit operari in corpore etiam manendo extra corpus, Christus tantummodo præcepisset dæmoni, nè amplius noceret homini; nec usus fuisset illo verbo: *Exi ab homine, nec introeas:* quæ verba ex vi propria respiciunt dæmonis substantiam, & existentiam, & non puram operationem: cum dæmon possit manere in corpore definituè, & nullam sensibilem efficere operationem. Sic generaliter quandcumq; agitur de sanatione arreptitionū dicitur, quòd ejciuntur dæmonia, ut habetur Matt. 10. *Dedit Discipulis suis potestatem spirituum immundorum;* ut ejicerent illos; qui neutiquam ejici dicerentur, nisi priùs intra corpus existentiam haberent. Quam veritatem docet Tostatus quest. 113. in cap. 8. Matthæi, Scotus in 2. d. 2. q. 5. & 6. Ioseph Angles ibi quest. 3. diffic. 2. cum tota Scotistarum Schola. Hæc de dæmonie. Qui maiora videre cupit, legat Deltrium lib. 2. *Disquis. Mag. per totum, Theologos in 2. vbi de Angelis, Pelbartum tom. 2. Rosarij. ver. De demon. Malleum Maleficarum, Anan. de natura dæmonum, Compendium Malefic. Guaccij, ac ceteros supra in hoc articulo allegatos.*

ARTICVLVS II.

De Maleficio, ut causa Maleficiorum.

Certissimum est apud omnes, qui de maleficijs tractant, ut maleficium aliquod perficiatur, præter diuinam permissionem de qua infra art. 4. & diaboli operationem, de qua supra, requiri libetam hominis ex malitia in illud consentientis voluntatem, sine qua opus malum etiam à Deo permisum, & à dæmonie consummatum maleficium dici nou potest. Ex quo tentationes, morbi, calamitates, cæteraq; mala, quibus dæmon per seipsum Sanctos insequitur, ut S. Job, S. Antonium, & alios, sicut & tormenta, ac punitiones, quibus aliquando in hac vita aliqui peccatores iniqui torquentur, ut Saul, & nonnulli tyranni, non maleficia, sed opera diabolica vocitantur; & Sancti, & homines illi iniqui ijs affecti haud maleficiati, sed vexati dicuntur: nam licet omnes maleficiati sint vexati à dæmonie; non tamen omnes vexati à dæmonie sunt maleficiati. Quare ad perfectionem operis malefici non sufficit, dæmonem id malum efficere; sed necesse est, hominem maleficum libero arbitrio, & malitioso consensu, & voluntate determinata ad illud concurrere, ut ex operatione diabolica, & humana cooperatione eius consurgat integritas, ut testatur Deltrius *Disquis. Mag. lib. 3. par. 1. q. 1.* Binsfeldius *tract. de Confess. malefic. pralud. 1. 2. & 3.* & communiter omnes, qui de maleficijs tractant.

101.

*Ad maleficium
requiritur li-
bera hominis in
maleficium co-
sentientis vo-
luntas.*

§. I.

HI autem Malefici à Doctoribus, qui de maleficijs tractant, varijs nominib; insigniuntur, prout sunt varia eorum studia, in hoc tamen uno omnibus conuenientes, quòd maleficijs exercendis, quibus ope dæmonū alijs dæmonum paratur, operam nauant.

102.

*Maleficorum
varia nomina.*

Magi vocantur ob abstusam rerum naturalium, & effectuum mirabilium notitiam, quam præseferunt. Venefici: quia veneno homines, & animalia inficere, & interficere consueuerunt. Incantatores: quia verbis, & carminibus opera magica perficiunt. Sortilegi ob sortilegium, quod vniuersaliter acceptum omnes diabolicas artes complectitur. Sortiarij ob sortes immislas in creaturas. Sagax à satis agendo, aut sagiendo: quia in officio satis, & nimis agunt, nimiaq; scite desiderant. Striges ab aue Poetarum fabulosa, quæ nocturno tempore infantes necare, & rapere, eorumq; sanguinem sugere, & absorbere dicitur. Lamia à bestia monstruosa, quæ foetus dilaniare creditur. Pharmaceutriæ à Virgilio: quia pharmacia siue noxia, siue proficia sanis, vel ægrotis propinare solent. Et communiori vocabulo Malefici à malefaciendo: èo quod studio, operatione, & conatu malis inferendis insudant; nec aliud magis auent, quæm impellente, & operante dæmone maleficis non solùm homines, sed & alias creaturas, quæ ad homines spectant, inficere, ac diuexare. vt habetur 26. q. 5. can.. Nec mirum. & L. Nemo. C. de malef. & mathemat. & ita eos communiter appellat vulgus.

Q V A E S T I O N E

Quibus modis Malefici concinnent sua maleficia.

Respondetur, Maleficos varijs modis, operante dæmone, sua maleficia concinnare: quæ omnia ad triplex maleficij genus reuocati possunt, nempè ad Somniferum, Amatorium, & Hostile:

103.
Per maleficium
somniferum quid
operentur Ma-
lefici.

Somnifero maleficio hominibus damnum infertnt Malefici, dum eos potionem aliquam, vel malo carmine, aut certis ritibus soporant, vt interea ei venenum infundant; vel infantulos rapiant, aut necent; vel furtim quid subtrahant; vel stupro, adulteriouè aliquam mulierem contaminent: Quod faciunt interdum Malefici, & fieri potest naturalibus sopiferis venenis. De his plurima exempla congerunt Binsfeldius de Confessionibus malefic. p. 1. conclus. 5. Reinigitus lib. 2. cap. 4. demonol. Delius lib. 3. p. 1. Disquis. magic. quæst. 2. & patet exemplo, quod narratur in vita D. Bernardi lib. 2. c. 6. nam ibi tot annis adiacenter maritum incubus vxoris fecellit, quod eo dormiente factum oportuit. Simile mihi enarravit anno Domini 1649. quædam vidua, quæ viginti, & amplius annis à dæmone incubo vexata erat; qui singulis noctibus cum ea carnaliter, acsi maritus eius esset, commiscebatur, loquebatur, ac familiariter conuersabatur; imò, vt ipsa dixit, noctu in cameram quandoq; introducebat Magos, ac Maleficos, qui eam comprebeant: & dum maritus adhuc vixeret, & cum ea in eodem lecto decumberet, eo dormiente dæmon incubus forma viri assumpta illam cuiuslibet generis spurciis carnalibus fecerat; quod non ita facile dæmoni assecutus fuisset, nisi prius illius maritum somnifero maleficio soporaret.

§. I.

Maleficio amatorio homines affici dicuntur, dum dæmone suis maleficis philtoris, & poculis amatorijs operante, ad impurum amorem tam validè flectuntur, vt non amare, sed furere videantur. Quod dæmonem perficere posse, diuinæ testantur scripturæ. Osee 4. Hostis humani generis vocatur *spiritus fornicationis*: quia potest incendere hominem ad libidinem, non tamen cogere nisi volentem, vt explicat Cassianus Collat. 7. cap. 32. Nahum. 3. Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosa, & grata, & habentis maleficia. Quod de maleficijs amatorijs recte interpretatus est Franciscus Ribera. Ferè similia verba sunt apud Baruch in epistola Ieremia. 8. vers. 42.

Idem Patres asseuerant, S. Irenæus lib. 1. c. 9. S. Gregor. Nazianzenus orat. 29. in laudem Cypriani, S. Gregorius Roman. lib. 1. Dialogorum c. 4. S. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra hæres. Ebionitar. Arnobius lib. 1. contra Gentes, & S. Hieronymus lib. 3. Comment. in epist. ad Ephes. c. 6. qui docet, aliquos esse dæmones amoribus, & amatorijs canticos seruientes.

Theologi vno ore talem admittunt potestatem, S. Thom. D. Bonau. Petrus de Palude in 4. sent. dist. 34. Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta heretic. punit. cap. 15. Michael Medina lib. 2. de recta fide in Deum cap. 7. & moder- ni omnes sequuntur.

Idipsum confirmant leges, quæ sub grauioribus penit pœnula amatoria vetant. l. Constantiniana. Eorum. C. de Maleficis, & Mathem. L. 3. §. Adiectionis. ff. Ad legem Corneliam. de Sicarijs. & L. Si quis aliquid. §. Abortionis, aut poculum amatorium. ff. de penis. Quibus astipulantur omnes Iurisperiti. Idem testantur Philosophi, Medici, ac Poetæ, quos omnes videre licet apud Delium Disquisit. Mag. lib. 3. par. 1. quæst. 3. vbi etiam explicat modum, quo huiusmodi formantur maleficia, & effectus, quos dæmones in hominibus operantur, ad quem remitto Lectorem.

§. II.

HO C vnum non reticendum censeo: vz. quod in ijs operationibus magicis quantumuis efficacibus, numquam voluntas, seu liberum arbitrium potest cogi. Nam etsi diabolus possit mouere corpus, turbarephantasiam, & medijs sensibus internis, & externis in intellectum cogitationes excitare; tamen non sic mouere voluntatem potest, vt in suo actu cogatur: quia implicat contradictionem, illam esse liberam, & tamen quoad actum suum interiore cogi, vt eruditè docet D. Bonaventura in 2. dist. 25. par. 2. quæst. 5. & sustinent communiter Theologi. Si quid enim vult, ex hoc, quod libera est, liberè vult: & si aliquid vult, voluntariè vult. Si autem cogeretur, aliquid seruiliter vellet, & inuitè vellet, & sic simul, & semel actum haberet liberum, & seruilem; voluntarium, & inuoluntarium, quod est impossibile. Ideò totum, quod facit veterator ille, est liberū arbitrium

104.
Maleficiū
amatoriū quid
operetur in ho-
minibus.

105.
Per maleficiū
amatorium nō
potest cogi vo-
luntas ad opa-
ndum.

§ 4 Par. I. Cap. II. De Exorc. scientia prædicto.

trium allicere, & libidinis pabulū ministrare per concupiscentiæ motus, & cogitationes intrinsecūs commotas, & excitatas.

Vndè si quis per maleficium amoris inductus. moueatur ad aliquam mulierem concupiscentiam, eamq; in sponsam ducendam, matrimonium tenet, nec potest dirimi: quia licet ibi fuerit inducō; non tamen ibi fuit coactio: Actus enim voluntatis, quo præstigit consensum fuit liber, quod sufficit ad validitatem contractus.

§. III.

106.
*Maleficiū
hostile
que
damna homini
inférat.*

Nocet Anima.

Suarez lib. 8.
de Angelis. c.
20. num. 8.

*Corpori damna
infert*

*Varia in vse
matrimonij.*

107.
*Mulieribus
pregnantibus.*

Hostili maleficio. quot modis, putas, sc̄uit in homines furens eorum inimicus, qui nomine *Abaddon* Hebraicē vocatus, Græcē *Apollyon*, Latinē *Exterminans* dicitur? & re, & facto talem se exhibere desiderat, generalia in bonis animæ, & corporis, & fortunæ exterminia inducendo, hostilibus maleficijs, aut damnnum inferentibus, aut aptis inferre, aut ideò adhibitis, ut inferatur: dum actu, potentia, & intentione hominem à facie terræ exterminare, sc̄u ut explicat S. Antonius à Padua serm. 24. extra terminos vita eterna ponere conatur; quod pr̄stet multipliciter.

Primò enim dæmones animam maleficijs aggrediuntur, dum errorem in intellectum, in voluntatem odium, in memoriam obliuionem inducunt; vt docet Tostatus in c. 8. Matthæi quæst. 121. Dæmones, ait, sunt valde inuidi, & summe desiderant nocere homini; ideò ex inuidia tentant eum inducere in peccatum, nè assequatur beatitudinem; quod intellige tentant, siue per seippos, siue per Maleficos.

Secundò si non possunt anima nocere, saltem tentant damna corpori inferre, vt prosequitur Tostatus; quod vt plurimum exequuntur per suos Symmitas, nempe per Maleficos, qui hominibus nocent, nunc deuouendo, id est dæmonem in brutorum, vel hominum corpora sola imprecatione immitendo, vt pluribus exemplis Remigius lib. 2. cap. 9. & 10. *dæmonolatria* confirmat. Nunc viros, ac mulieres malè afficiendo: Et hos quidem genitalium languedine, retractione, absconsione, subtractione, castratione, seminis exsiccatione, infrigidatione, & spirituum vitalium ad membra generationis prohibitione: Illas verò muliebrum locorum arctatione, obserratione, dilatatione, matricis indignatione, & concubitus horrore: Vtrosquè impotentia coeundi, odio reciproco, impedimento contactus, cohærentia mutua canum more, varijsquè modis. De quibus Paludanus in 4. dist. 34. quæst. 2. art. 3. Petrus Gregorius in *Syntaxi Artis mirabilis* tom. 1. lib. 7. c. 7. Autores Mallei Malefic. par. 1. q. 8. Bitisfeldius tract. de Confessionibus malefic. par. 1. quæstionis, conclus. 6. & communiter Theologi in 4. dist. 34. Canonistæ in tit. de frigidis, & malefic. & dist. 33. q. 1. c. si per sortiarias.

§. IV.

Insuper dæmonum ope Malefici, ac Striges mulieribus vterum gerentibus abortus, vel vehementissimos partus dolores mittunt: vt habetur L. si

Art. II. In ordine ad Maleficos.

55

L. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de penis. & L. pregnantem. codem ff.
Aliquando lac mulierum ita desiccant, vt etiam maturos edant partus,
tanen illo semper carent. *Quod etiam operantur in fennellis animalium;*
vt exemplis confirmat Paulus Grillandus tract. de Sortilegijs quæst. 6. Tandem miseros homines varijs ægritudinibus vexant, dolore capitis, dentium,
pectoris, stomachi, ventris, renum, membrorum debilitatione, neruorum
attractione, carnis tumefactione, hydropisi, paralyysi, ipsaque morte, vt su-
pra prosecuti sumus num. 92. & sequentibus. Maximè autem, ac sæpius no-
cent infantibus; quia hoc securius præstant, cum illi eos de offensa, &
dilectio accusare non valeant. Hos autem nunc fascinatione, nunc strigatione
è medio tollere conantur; vt testantur Deltrius Disquisit. Magic. lib. 3. q. 4.
scit. 1. ac Bartholomæus Spineus Magister Sacri Palatij q. 8. de Strigibus.

§. V.

Tertiò Malefici post perturbatas animas, & læsa corpora in bona fortu-
næ grassantur præcipue per incendia, quæ excitant in domibus depo-
nendo gladium, hastam, scipionem, linteolum, quo inuolutæ sunt minu-
tiæ quædam instar feni dissecti, aliaquæ id generis ignis, & caloris expertiæ;
ex quibus postea flamma prorumpens inextinguibilis citè ædes absumit,
quicquid doinestici in contrarium nitantur: vt certissimo exemplo cuiusdā
Ianæ Nigræ Armacuriæ confirmat Remigius lib. 2. cap. 13. demon. Vel
ijdem à dæmone ollam plenam ignitis carbonibus accipientes, eam in do-
mos, pagos, & oppida inuertunt, vt breui tempore consumantur (Sicut
Oppido Schiltaco in Heluetia intra horâ igne consupto accidit) vt referunt
Erasmus in Epistolis, & Lycosthenes in prodigijs. Ex incendijs colligere
licet, quid possint in tempestatibus, grandinibus, nebulis, pruinis, aquarum
diluuijs, inundationibus, submersionibus, bruchis, vermis, peste, fame,
alijsq; publicis calamitatibus excitandis, quorum omnium exemplis abund-
ant omnes Auctores, qui de Maleficis, ac maleficijs traçtant. Rationem
reddit Tost. in c. 8. Matt. q. 126. Tanto, ait, ardore demones hominibus no-
cere desiderant, quod si non possunt nocere eis in seipsis, saltē volunt nocere in
quibuscumq; rebus eorum.

108.

In bonis formu-
na.

Petrus Binsf.
de Conf. Ma-
lefic.

§. VI.

Prædicta omnia Magorum, ac Maleficorum detestanda crimina com-
plectitur, detestatur, ac pænis debitibus expiari iubet Innocentius VIII.
Bulla sequenti, quæ meritò hic est describenda pro incredulis, qui huiusmo-
di Maleficorum facinora intoleranda negant.

Sanè nuper, inquit, ad nostrum non sine ingenti molestia peruenit auditum,
quod in nonnullis partibus Alemaniae superioris, nec non in Moguniten. Co-
loniens. Trevirens. Salzburg. & Bremen. Prouincijs, Ciuitatibus, terris, locis, &
diecessibus complures virijsq; sexus persona propriæ salvii immemores, & à
fide Catholica deviantes cum demonibus incubis, & succubis, ac suis incantatio-

109.

Crimina Ma-
gorum puniri
iubet Innocen-
tius VIII.

tionibus, carminibus, & coniurationibus, alijsq; nefandis superstitionibus, & fortilegijs, excessibus, criminibus, & delictis, mulierum partus, animalium fetus, terra fruges, vinearum ruas, & arborum fructus: nec non homines, mulieres, pecora, pecudes, & alia diuersorum generum animalia; vineas quoq; pomeria, prata, pascua, blada, frumenta, & alia terræ legumina perire, suffocari, & extingui facere, & procurare; ipsosq; homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & animalia diris tam intrinsecis, quam extrinsecis doloribus, & tormentis afficere, & excruciare, ac eosdem homines, ne gignere, & mulieres, ne concipere, virosq; ne viroribus, & mulieres, ne viris actus coniugales reddere valeant, impedire: Fidem præterea ipsam, quam in sacri susceptione Baptismi suscepereunt, ore sacrilego abnegare: Aliaq; quam plurima nefanda, excessus, & crimina, instigante humani generis inimico committere, & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, Diuina Maiestatis offensam, ac scandalum plurimorum, & ceterum. Postea huiusmodi criminosos debitas suis criminibus penas soluere præcipit.

Quæ maleficia Malefici, ac Sagæ perficiunt de monis ope aliquando per seipsum operantis; Aliquando mediantibus rebus naturalibus. Cum per seipsum operatur, tunc Exorcista remedij spiritualibus, cum patiens est bene dispositus iuxta regulas infra explicatas, potest tollere, ac destruere maleficium: At cum in maleficio adhibita sunt media naturalia, seruanda sunt, quæ traduntur articulo sequenti.

ARTICVLVS III.

110.

Damon in maleficijs vitetur
rebus naturalibus.

Velut
Causis natura-
libus,
Causis morali-
bus.

De Rebus Naturalibus, ut sunt causa maleficiorum.

QVAMVIS communis humani generis hostis sœpè sine rebus naturalibus homines diuersimodè lædere consueuerit; illis tamen semper in maleficijs vti, quandocumque alicui malefaciendo operatur, incomerto est. Quas vult à Maleficiis adhiberi, vel ut causas naturales: vel ut causas morales.

QUESTIO I.

Quanam sint cause naturales maleficiorum.

Causa natura-
les vim habent
nocendi à na-
tura.

Quibus demon-
vitetur.
Vel per motum
localem:

REPLICA. causas naturales esse omnes illas, quæ nocendi vim à natura inditam habent, & naturaliter agunt in eum, cui vel ingeruntur interiùs: vel exteriùs applicantur. In confessio namquæ est, dæmonem non semper præstigiosè, sed sibi verè, & realiter operari, præcipue cum infirmitates, incendia, tempestates, &c id generis mala excitare desiderat. Quod duobus modis facere consueuit: Altero per motum localem, quo inferiora corpora Angelis parent; vt docent D. Augustinus lib. de Diuinat. Damon. c. 3. & 5. & lib. 3. de Trinit. cap. 7. 8. & 9. D. Thom. Sotus, Victoria, Angelus, & alij relati à Deltio lib. 2. Disquis. Magic. quæst. 8. Altero per alterationem, actiua

actiua passiuis applicando, qui modus ipsi facillimus est. Noscit enim rerum omnium, quæ in mundo sunt, vires, sympathias, antipathias hominibus ignotas, ipsi notissimas; & idè illa feligere solet, quæ optatum effec-
tum producere possunt. Si perturbationes in animo sunt excitandæ, & morbi in corpus immittendi, scit, quæ res naturalis phantasmata commo-
uere, turbare imaginationem, insanias, & deliria causare valet: quæ hu-
mores vitiosos agitare, inquinare spiritus animales, detrudere neruos, &
generate paralysim, epilepsiam, febres phreneticas, ceterasq; infirmitates.
Noscit, quomodo apte applicari debeant; cum optimè sciat, quid vniuersi-
tusq; valetudini noxiū, aut commodum sit: quo loco, tempore, circum-
stantijs debeant adhiberi: qua arte corporibus vel secundum totam suam
substantiam, vel secundum ipsarum partem spirituosam, & maximè effic-
acem claram ingerendæ sint: quænam morbum, & dolorem in aliqua corpo-
ris parte determinata alijs lœsis, alijs illœsis excitent; cum sint multa vene-
na, quæ à tota substantia habent facultatem ledendi aliquam partem, vt
Medicis manifestum est. Noscit deniq; ybinam locorum lateant illæ, qui-
bus opus habet; & eas undecimq; & à quocumq; vult, maxima facilitate,
& celeritate asportat, & applicat, earumq; virtutem auget, vt earum auxi-
lio illa peragere queat, quæ folius naturæ operatio numquam efficeret.

§. I.

HO C autem Dæmon præstat, agentia naturalia sumendo vt instrumen-
ta; vt docet D. August. lib. de Genes. ad lit. c. 17. Instrumenti verò
conditio est, effectus non tantum naturali suæ virtuti æquales, sed longè
excellentes, & facultati agentis principalis à quo mouentur respon-
dentes producere. Vndè sicut securis, quæ in se virtutem habet secandi
duntaxat, potest, quatenus instrumentum est periti fabri, à quo scitè moue-
tur, statuam elegantem, aut mensam artificiosam perficere: Et calor na-
tuus, qui est in humano semine, quæ calor est, potest calefacere, rareface-
re, segregare, condensare; sed quæ instrumentum est animæ, ossa, neruos,
& carnem generare potest; ita causæ naturales, quæ secundum communem
naturæ cursum natæ sunt aliquos particulares effectus producere, possunt
alios edere suis viribus præstantiores, si à dæmonibus applicentur, qui illis
tanquam notis instrumentis vtentes, quoad substantiam, modum, vel cele-
ritatem admiranda operantur; vt benè docet Delrius *loco citato*.

Hæc tamen numquam naturæ cancellos effugint; aut excedunt caufæ
vim naturalem; vt benè docet D. Thomas 1. par. q. 110. art. 7. ad 3. & lib.
3. contra Gentes cap. 103. Insunt enim reuera hi effectus ipsis naturalibus
agentibus eo modo applicatis, quibus dæmon applicando nihil confert præ-
ter conditionem, sine qua effectus isti non producerentur. Licet namq; vi
rerum naturalium applicatarum vtatur; operatur tamen potissimum per
modum artificiosum. Vndè in ijs admirandis productionibus nec sola acti-
uitas rei naturalis secundum se debet attendi, nec sola quoquæ secundum
se dæmonis applicatio; sed ambo simul, idest vis naturalis applicata à dæmo-
ne,

*Vel per altera-
tionem actiua-
passiuis appli-
cando.*

III.
*Dæmon utitur
agèib; natu-
ralib; vt in-
strumentis.*

112.
*Res predictæ nō
excedunt natu-
ræ terminos: vel
vim naturæ
causa.*

ne, secundum quod causa instrumentalis ijs operationibus est res applicata; Causa verò principalis ipse dæmon applicans. Tunc enim naturaliter effectus producitur, cùm vtriusq; cause coniunctæ non superat facultates.

Quare dæmon illas omnes rerum proprietates, virtutes, & potentias naturales perspectas habens, cùm vult mala inducere, ea iubet à maleficiis adhiberi, quæ naturalem habent actionem in ordine ad effectus, quos producere intendunt; & sic applicari venena ad interficiendum, herbas ad sanandum, pulueres, & vñctiones ad malefaciendum. Quæ omnia à Dæmonie iubente, & Malefico operante ritè composita, causæ verè reales, & physicæ illarum egritudinum sunt, & appellantur: eò quòd alicui passo applicata propriè physicè, & ex natura sua habent vim attingendi effectum, quæ producunt, videlicet causandi talē agritudinem.

Q V A E S T I O N E S.

Quænam sint causæ morales maleficiorum?

113.
Causa Morales sunt res, quibus dæmon utitur, ut signis.

Respond. causas morales maleficiorum esse res illas, quæ virtutem non habent ex se producendi tales effectus, quales Dæmon, & Malefici intendunt; atq; applicantur non vt causæ physicæ, & reales egritudinum operatione malefica immissarum; sed vt causæ morales, vel saltem causæ, sine quibus non, ut potè signa, & symbola externa, quibus positis Maleficus dæmonem inuocat; & dæmon ad Malefici placitum operatur. Cum enim dæmon in omnibus studeat Deum emulari, signis mirificè delectatur.

Deus propria ductus bonitate signa quædam sacra, quæ sacramenta vocamus, ad salutē humani generis instituere dignatus est, quæ secundū Scotum in 4. d. 1. q. 4. sunt veræ, & propriæ causæ instrumentales morales gratiae, non physicæ, idest non ex sua vi naturali; sed ex virtute principalis agentis, seu ex diuina institutione. His verò ita assistit, vt quoties administrantur, roties gratiam dignè suscipientibus infundant: illosq; spiritualibus donis sanctificant iuxta propriam cuiusq; institutionem. Ità dæmon eius emulus coniuratus pro sua multiplici nequitia vult ad hominum exitium promouendum, salutemq; euertendam, sensibilia signa instituere, quibus it. semper assistit, vt quoties à Malefico adhibentur, nisi à Deo impediatur, peragat maleficium, de quo ambo ex pacto conuenerunt. Solet enim cum illo pactum inire, vt quandiu ligatura, ver. gr. sic annodata fuerit, vel quid tale defossum sub limine, aut talis imago igni applicata, tantiū talis persona sit malificata; aut qui tali porta domum intrabunt, vel exhibent, tali dolore corripiantur: non quòd illa vim habeant ex natura sua, & per se producendi, & attingendi noxios illos effectus; sed quòd ex pacto dæmonem ad illos producendos inuitent, & disponant, vt latè Delitiis Disquis. Magic. lib. 6. cap. 2. s. t. 1. quæst. 3. innumeros cumulans Auctores.

114.
Signa maleficiorum sunt falsa, & deceptoria.

Vnde non sunt signa certa, & infallibilia, qualia sunt Sacramenta; sed falsa; & deceptoria: quia dæmoni inuocatus non semper adest, & multoties Maleficum irridet, nec vult ad votum illum audire; vel quia non potest; vel quia non permittitur; vel quia sic lubet.

Illa

Illa tamen vult apponi, cùm aliquid ab eo eius minister postulat, vt sicut Deus in Sacramentis colitur, ita ipse in maleficijs honoretur. Quod Augustinus lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 6. aperte docet ijs verbis: *Demones*, inquit, *illiciuntur per varia genera herbarum, lapidum, lignorum, animalium, carminum, rituum, non vt animalia cibis; sed vt spiritus signis, inquaniis, scilicet hac eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.* Vnde ad malefaciendum saepius non operantur etiam plures invocati, nisi signa pacti ponantur, res nempē sensibiles, puta cortices, herbe, plantæ, plumæ, ossa, capilli, & id generis quisquiliarum, vt hac ratione malefici suam exhibant seruitutem, debitumq; testentur obsequium: vt docent Leonardus Lessius lib. 2. de Iust. & Iure. cap. 44. de Magia, dub. 6. Delrius loco citato. Binsfel. Comment. in C. de malef. & mathem. Auctores Mallei, ac omnes, qui de maleficijs tractant.

QVÆ ST 10 111.

Anspectet ad Medicum, vel Exorcistam iudicare de rebus naturalibus in maleficijs adhibitis.

Dico 1. Quando res naturales adhibentur, vt cause physicæ naturaliter operantes, ad Medicum spectat iudicare de illis; ipse enim qui de rerum naturalium proprietatibus, actionibus, vi, & efficacia vincuiq; ad suos proprios, & naturales effectus producendos à natura ingenita disputat, sententiam ferre debet, an naturalis virtus insit (puta huic minerali, auripigmento, alumini, ijs herbarum radicibus, folijs, capillamentis, ijs aurum rostris, vnguibus, plumis, ijs animalium ossibus, pellibus, intestinis, ijs oleis, vnguentis, pulueribus, quæ in lectis, culcitris, vestimentis, aut domibus reperiuntur, eorum, qui maleficio sunt affecti) naturaliter inducendi talem morbum, quo hic vir, aut mulier laborat. Et an vi operantis natura solidata, puta acus, lapilli, ossa ex eorum ore prodeuntia in corporibus generari, in ea immitti, in eis retineri, & ex eis egeri valeant. Hac enim, & similia, prout sunt cause naturales naturaliter applicatae, & naturalem operantes effectum, ad Medici cognitionem pertinent, qui circa physicam eorū actionem tanquam de re arti medicæ subiecta determinat, quæ, qualis, & quanta naturaliter esse possit: Et ideo, cùm talia reperiuntur, in quibus subest suspicio maleficij, ipsi offerri debent, vt ex scientiæ Medicæ conclusionibus iudicet, an à tali re naturali huic personæ, vel loco naturaliter applicata talis effectus, qualis videtur in infirmito, vi naturæ, & physica operatione, oriri possit.

§. I.

Quod si rem huiusmodi, quæ maleficij causa esse putatur, cœseat ex artis Medicæ præscripto non habere à natura virtutem inducendi huiusmodi morbum, qualcm maleficiatus patitur, tunc negatiuè fert senti-

*Que demon
vult apponi, ve
per ea honore-
tur.*

115.
*Spectat ad Me-
dicum iudicare
de rebus natu-
ralibus natu-
raliter adhibi-
tis.*

116.
*Medicus potest
sententiæ ferre
de maleficio ne-
gatiuè, & indi-
recte. Et quādo-*

sententiam, & indirectè iudicat esse maleficium . Cùm enim iuxta scientiæ medicæ regulas directè declarat, ex hac herba, ver.gr. aliauè simili re morbum hunc naturaliter non posse procedere, indirectè asserit ; illum aliundè præternaturaliter prouenire . Et cum causam naturalem non habeat, habere præternaturalē, sèu liberam, dæmonem neimpè opus maleficum perficientem, est aslerendum .

§. II.

117.
Cùm maleficia
sunt inducta
per causas na-
turales natu-
raliter operan-
tes, si demon-
nocere ceſſauer-
it, aliquando
curari possunt
à Medico .

Experientia
conſtat.

Non fit preceps
Exorcista in iu-
dicio ferendo de
maleficio .

DIco 2. Pari modo quando res naturales in maleficijs naturaliter, ac physicè sunt applicatae, ac naturalem operantur effectum (puta dolorem in stomacho, vel in capite, vel torsiones in toto corpore) vt cùm à Maleficijs dæmonis ope adhibita sunt venena, aut venenatae potionēs propinatae, vel id generis in corpore immissa; si infirmitates ab huiusmodi causis productæ à perito Medico agnoscantur, nec Dæmon amplius assistat, sed sponte, vel coacte per exorcismos, ac præcepta ecclesiastica, vel alia remedia spiritualia, de quibus infra, ab ægrotō toraliter recesserit, quis non fatetur, posse peritum Medicum remedij naturalibus huiusmodi curare morbos ? Ratio est: quia quæ mediantibus causis naturalibus proueniunt, mediantibus contrarijs eiusdem ordinis tolli possunt. *Nihil enim est tam naturale, quam eodem genere quicquam dissolui, quo colligatum esse reperitur.* L. nihil. ff. de Reg. iuris .

Experientia hoc docet in dies in multis ægrotis, quorum ægritudines partim sunt naturales, & partim transnaturalē. Naturales prout proximè, & immediatè à causa proxima naturali, à rebus nempè naturalibus proueniunt dignoscuntur: Transnaturalē verò prout remotè, & mediatè à dæmonie oriuntur, qui per se, vel per maleficos venena, vel alia huiusmodi noxia interiūs, vel exteriūs adhibendo, varias in corpore excitat infirmitates, ad quas tollendas (præter exorcismos, ac præcepta ecclesiastica, aliaq; id generis spiritualia à perito Exorcista ad causam transnaturalē auferendam remedia adhibita) ægrotis quoq; ad Medicos est confugiendum, qui suis pharmacis vitiosos compescere humores, causasq; morbi naturales auferre satagant, vt sic faciliū perfectam valeant consequi sanitatem .

Quare Exorcista diligentissimè est obseruandum, nè festinanter, ac precipitanter suo iudicio, vel ipsorum afflitorum dictis acquiescat, qui nè pecunias impendant in soluenda Medico mercede, libentiūs, ac faciliūs ad Exorcistas confluunt, quos sciunt, suum gratis præstare, (vel saltem debere præstare) auxilium . Sed circumspiciat cautè, ac prudenter singula perpendat; ac præter signa certa, & euidentia, vel saltem probabilia, de quibus infra art. 5. obseruet etiam causas ægritudinis naturales, de quibus compendiosè infra num. 119. Quod si fortasse morbum deprehendat ab aliquo huiusmodi causarum prouenire, ac omnino esse naturalem, vel per causas naturales à dæmonie immissum, suadeat ægrotis, ad peritos Medicos suum habere recursum; nec ullo modo se intromittere deberet in medicinis corporalibus exhibendis: vt latè infra demonstratur ybi *de Prudentia in erroribus cauendis num. 306. & sequentibus.*

Sæpè

§. III.

Sæpè tamen ex accidenti, & adiunctis circumstantijs contingere potest, quòd ars Medicorum non sufficiat, puta si venenum fuerit validissimum, ita ut statim totius corporis dispositionem inuaserit: aut si nimis diu expectatum fuerit, antequam Medicorum cura sit adhibita, iuxta illud Ouidij lib. 1. de remedio amoris.

Principijs obsta, serò medicina paratur,

Quum mala per longas inualuere moras.

Sed propera, nec te venturas differ in horas.

Aut si subiectum beneficijs infectum, ita sit debilis complexionis, quòd medicinas vsq; ad debitam operationem retinere nequeat, secundum illud eiusdem Ouidij 1. pont. 4.

Non est in Medico semper releuetur vt ager,

Interdum docta plus valet arte malum.

Atq; hoc etiam perpendendum, quòd impij Malefici, & Sagæ frequenter venenis mirificè à dæmonie preparatis, & porrectis vtuntur, quæ sine dubio efficacioris sunt operationis, quæm ea, quæ preparantur arte, & industria humana. Quæ venena solet dæmon non raro in congregatiōne, finita chorea, distribuere, vt ex multorum confessione didicisse fatetur Binsfeldius Comment. in Titul. C. de Malef. & Mathem. quæst. 6. conclus. 2.

§. IV.

Dico 3. Quando Res naturales in maleficijs adhibentur vt causæ morales (vt plurimiū euenit, quòd solus dæmon virtute sua morbum operatur) ad Medicum non spectat de maleficijs iudicare: Ratio est, quia malefici operis cognitio non est medicæ, sed theologicæ scientiæ. Nam Medicina, vt describitur ab Auicentia, & sustinent ceteri Medici, est scientia, qua humani corporis dispositiones nascuntur ex parte, vnde sanatur, vel à sanitate remouetur; vt habita conseruetur, & recuperetur amissa.

Sanitatis yerd, & egritudinis quatuor causas Medici assignant: Materialis, quæ sunt subiectum tūm propinquum, vt membrum, aut spiritum: tūm longinquum, vt humores, & eis longinquiora, elementa. Efficientes, quæ sunt conseruantes, aut permutantes humani corporis dispositionem: vt aerem, aquam, esum, potum, euacuationem, retentionem, motum, quietem, somnum, vigiliam: & alterationes in diversis anni temporibus, regionibus varijs, artibus, & moribus, alijsquè rebus, quæ humano corpori superueniunt, atq; ipsum tangunt, siue sint, siue non sint contra naturam. Formales, quæ sunt complexiones, & virtutes, quæ post eas eueniunt, & compositiones. Finales deniq; sunt operationes. Ijs addunt causarū morbos facientium abolitionēm contrarijs fieri: quia contrariorum contraria sunt medicamina, & pro diversis morbotum causis, eorum etiam medications ex rebus naturalibus, simplicibus, aut inter se compositis) puta minera-

118.

Aliquando rōtingit, et si morbus sit naturalis, quòd ars Medicorum nō sufficit eum tollere.

119.

Quando res naturales adhibentur, vt signa, Medicus non potest recte iudicare de maleficijs. Causa sanitatis, & egritudinis naturalis quanam.

62 Par.I.Cap.II. De Exorc.scientia prædito.

neralibus, herbis, radicibus, ossibus, & corporibus solidis, liquatis, lixatis) & in massam, oleum, pinguedinem redactis sumendas, & conficiendas variati debere.

120.

Medicus per se quid cōsideret.

Ex quibus colligitur, Medicos nihil aliud per se considerare præter humanum corpus ex parte, vnde sanatur, vel à sanitate remouetur; Et hoc secundum causas planè sensibiles, & corporeas, quas per medications simpliciter sensibiles, & corporeas tollere debent; & per consequens, cùm de morborum cognitione agitur, illos nullam aliam causam cognoscere posse præter quatuor elementorum, humorum, partium similium, & instrumentalium symmetriam, vel ametriam, seu moderationem, & immoderationem, quarum illa sanitatis, hæc ægritudinis sunt causa intrinsecæ. Insuper regimen in comedione, & potu; electionem aeris, evacuationem, & retentionem, motum, & quietem corporis; mutationes ætatum, regionum, cæteraq; ex rebus externis extrinsecus aduenientia.

Non potest Medicus ut Medicus est, directè cognoscere maleficia.

Vndè sequitur, maleficiorum cognitionem ad eos pertinente non posse: quia maleficia causam habent intrinsecam, & extrinsecam tamen procreantem, quām sanantem extra naturam corporum, nempe Dæmonem, & Veneficum, qui in causando sunt insensibiles; eò quod neuter per se quoad modum cadit sub sensu, vel phantasmate; ideoq; illorum notitia per principia scientiæ medicinalis haberri non potest, quæ non fertur extra naturam corporum, totamq; haurit à sensu, & phantasmatu cognitionem; morborumq; causas exquirit à sensibilibus, non autem ab insensibilibus, quales sunt dæmones: eò quod à naturali philosophia sua fundamenta mutuantur.

§. V.

121.

Ad Medicos nō spectat curare maleficia, ut maleficia sunt.

Dico 4. Pariter asserendum est ad Medicos non spectare morbos maleficos curare, aut maleficia soluere: Ratio est, quia cum ipsi nihil aliud norint, quām medicamina apponere contraria; & ea iuxta diuersas morborum causas variare, quæ à rebus sensibilibus, & corporalibus desunt (nempè sanguinem emitendo, purgantia pharmaca adhibendo, vietus rationem, vel alia huius generis remedia assignando, pensatis prius debitè causis tamen extēnis, tūn internis, quas à sensibilibus indagare consueuerunt) maleficia aliquo contrario medicamine sensibili curari non possunt: cum enim iuxta Aristotelis doctrinam 2. Topic. & 5. Metaph. Contrariorum contraria sint causa; abolitio causarum morbos facientium oportet; fiat à contrarijs: quia contrariorum contraria sunt medicamina, & pro diuersis morborum causis eorum variantur medications; Ideò quanam ratione morbi malefici, causa dæmoniaca supposita, à Medicis ipsis poterit depelli? quenam sanguinis emissio? quæ concoquentia, quæ purgantia pharmaca? quæ vietus ratio, vel alia huiusmodi remedia erunt demoniaco eius morbo contraria: cum dæmones sint substantia: *Substantia autem nihil sit contrarium: ex Aristotele in Postpradicam?* Nulla ergo procul dubio erit in medicina, per quam tales morbi transnaturales à Medicis per res naturales auferri possint.

Hanc

§. VI.

HAnc veritatem testantur Medici, quorum primus venit Ioannes Fer-
nelius vir sanè doctissimus, qui ad mentem Codronchi tām disertè,
& luculenter egit de morbis beneficis, & eorum causis, differentijs, & effe-
ctibus, ut omnes antiquiores, & recentiores Medicos facilius superae-
rit, & meritò à quolibet studioso, ac Christiano scientiæ medicæ professore
sit audiendus. Ille etenim has affectiones aptissimè transnaturam nuncu-
pat: ed quòd causam arti medicæ non obsequentem obtineant.

Hoc ipsum sēpissimè idem Codroncus in medicina peritissimus docet,
repetit, & inculcat in suis libris *de Veneficijs*, in quorū p̄fatione hoc om-
nibus notum esse voluit, cum dixit: *Quid igitur mirum, si pleriq̄ doctissimi
Medici veneficos morbos, cum causam extrinsecam tūm procreantem, tūm sa-
nanter extra naturam corporum possideant, ignorare cogantur; nec ullam op-
portunam medicinam adhibere possint?* Hæc ille. & lib. 4. c. 2. Experimur,
ait, *remedia naturalia his morbis nihil professe;* & *Medicos frustra laborare in
huiusmodi affectibus curandis.* *Quamuis enim ipsi intemperies adimere, &
ob-
structiones aperire, noxios humores educere, & alia munia obire studeant; dæ-
mones tamen omnes Medicorum conatus irritos reddunt: cum non sinant me-
dicamenta effectus suos sortiri: vel morbos continè soueant, & causas adau-
geant.* Et postquam huiusc veritatis rationem reddidit ex principijs me-
dicinæ desunptam, concludit dicens: *Quinimmo, si Medici rerum omnium
naturalium essent gnari, vt Angeli, & dæmones, & adamussim mederentur;
nihilominus maleficio effectos nequaquam per seipso sanitati restituere possent,
nisi virtus superior dæmonibus maleficium efficientibus à Deo ipsis Medicis
impartita esset.*

Huic se subscriptit lubentissimè in hac parte aliis Medicus Daniel Sen-
nertus lib. de morbis à veneficio inductis c. 10. scribens sic: *Quibuscumq; re-
medij naturalibus in morbis à veneficio inductis nemo certè sanitatem sibi pol-
liceri potest: quia diabolus non solum dispositionibus Medicis vulgo notis uti-
tur, sed & ignotas introducere potest. Et cum Medico ignotum sit, quibus
modis diabolus ad nocendum vsus sit, talia remedia aliquid innare, morbum
verò planè tollere non possunt. Et si Medici non valent morbos maleficos
curare, quomodo poterunt Exorcistæ, qui per medicinas corporales illos
auferre tentant, cum ipsi scientiæ Medicæ sint ignari?*

§. VII.

DIco sc̄. Quamuis res naturales in maleficijs applicatæ, vt causæ physi-
cæ, ac reales suum naturalem producentes effectum, sint de Medi-
cōsideratione, & per consequens earū actio naturalis, prout talis est, ab illō
debeat cognosci, & definiri: veruntamen prout à dæmons, & malefico ap-
plicantur ex pacto ad morbum maleficum, aut quid simile causandum, non
sunt de Medici consideratione; cum ea, quæ dæmonis naturam, & opera-
tio-

122.
Hoc testantur
Medici.

123.
Res naturales
etiam natura-
liter applicata
à Dæmons, &
Maleficijs, du-
rante demonis
operatione, non
sunt de Medi-
cōsideratione.

tionem spectant, Theologo diudicanda remaneant.

Quod ex communi experientia, quæ tria probat, confirmatur.

Probatur experientia ex tribus dictis.

Primum: Has res naturales, cùm applicantur in maleficijs, non solum suum naturalem producere effectum, qui vniuersaliter iuxta naturæ vires competit; sed vltius progreedi, & maiora conari, quam virtus naturalis possit perficere. Quod manifestum signum est dæmoniacæ potestatis virtuti naturali superadditæ, cuius effectum non Medicus, sed Theologus discerneret debet.

Secundum: Has res applicatas, vt plurimum à Medicis non agnoscuntur: quia à dæmone conficiuntur, & postea Maleficis consignantur: vt patet in pulueribus venenarijs, quibus vtuntur, cùm aliquem maleficio afficere cupiunt. Nam si Medico offerantur, definire, & assignare non potest, ex quibus rebus componantur, & rationem reddere, quare horum alij sint atri, alij cineracei, alij rufi coloris: multò minus, cur ater necem, cineraceus morbum grauem, rufus infirmitatem afferat, & albus conferat sanitatem; & eò magis, quare cinereus, seu cineraceus ver. g. per vnum ex Maleficis applicatus infirmitatem, per alterum necem, per aliud morbum afferat, eodem puluere contrarios effectus producente: vt testatur Nicolaus Remigius *demonol.lib. 1.cap.2. & 3.* Iminor nec ipse Maleficus hoc nouit, qui virtutes illorum ignorat.

Tertium: Ratissimè, & ferè numquam res naturales, vt causas physicas ad suum physicum effectum solum producendum in maleficijs applicari; sed preter solitum naturæ cursum aliud agere, & operari; atq; ideò apponi, vt signa conuentionis, & pacti inter dæmonem, & maleficum.

Vnde sequitur, huiusmodi rerum applicationem ad Theologi Exorcistarum pertinet, ut potè iudicis competentis operam Maleficorum; ad cuius tribunal standum ab ijs, qui eorum vi infirmitate detinentur, aut quid simile nocuum patiuntur.

Concluditur, spectare ad Theologum Exorcistam cognoscere, ac curare morbes maleficos.

§. VIII.

124.

Amplius hæc veritas comprobari posset ex ipsis actionibus nedum realibus, & physicis, sed intentionalibus sensibilibus, phantasticis, & intelligibiliibus, ex quibus Medici non obscurè cognoscerent, quid, & quomodo res naturales agere, vel non agere valeant in dæmones; sed de his latè, ac distinctè diuino opitulante Numine tractabitur tempore magis opportuno.

Interim Medicos quæso, vt cùm maleficio vexatis opitulati vocantur, vt moris est, cùm ceteros egrotos inuisere solent, exequantur ea, quæ sunt partes Medicorum, non quæ ad Theologos spectant. Nec intolerandum quorundam Medicorum errorem sequi velint, qui si semel alicuius egroti curam suscepint, & cæperint ei praescribere remedia, quæ ad eius sanationem conducere videntur, etiam latentem dæmonem postea reprehenderint, eò quod in tollendo morbo laborant incassum, irritaque sunt omnia pharmaca, quæ ab ipsis adhibentur; nolunt tamen fateri maleficium; sed in pharmacorum

vñ assignando, & remedij naturalibus applicandis perseuerant ; erroresq; errori adjicientes , non cessant ægrotum à dñe monre vexatum eo modo curare velle , quo sanandus esset , si infirmitate aliqua à causa naturali proueniente corriperetur , quasi è re sit , suum honorem in errore perseuerando tueri , quem labefactari , atq; insigni nota deturpari putarent , si cestarent ab errore , qui tandem cum ipsorum summo dedecore omnibus manifestatur . Sed eorum semitas sequantur , qui hanc obstinatam in malo perseuerantiam iutemeritò damnant sua praxi contraria . Nam , cùm tales infirmi ipsi offeruntur : Primi omnia morbi symptomata , seù quæ prèter naturam eueniunt , omnesq; actus nempè obsessionem , possessionem , seù vexationē dæmoniacam , aut maleficium patientis attenta , exacta , & iusto pondere librata meditatione considerant , & obseruant . Tum illos ad principiorum Medicorum normam , & artis medicæ regulas examinant . Indè quibusdam experimentis , quænam sit causa latens , explorant ; quod facile asequuntur considerando signa , quæ habentur infra art. 5. Et cùm inusitatos effectus , motusq; insolitos deprehendunt , qui à naturali causa ortum habere non possunt , huiusmodi sanandis infirmis non se amplius immiscent ; sed illos ad Theologos Exorcistas , & Ecclesiæ Ministros remittunt , ad quos sciunt talium morborum cognitionem , & curationem pertinere .

§. IX.

Dico 6. Quædocumq; res naturales in maleficijs adhibentur ut causæ Morales , potest Exorcista maleficia tollere , ac destruere per curationem moralem , id est per destructionem signorum , quibus pæctum démonis cum Malefico initum adhæret , nocendi alicui personæ , quamdiu signum durat : hæc enim curatio licita est , & recta , vt latè probat Delius *Disquis. Magic. lib. 6. sçct. 1. quæst. 3.*

Fatemur tamen indubitanter , sine maleficorum signorum destructione posse morbos maleficos depelli , ac démones fugari . Et experientia didicimus multos per præcepta dæmoni facta in nomine Iesu à quacumq; dæmonis vexatione perfectè sanatos fuisse , nullo modo querentes , vel consulentes querere , aut comburere maleficij signa ; sed omni , quo potuimus studio , ac labore conati sumus , Energumenis , ac maleficiatis suadere , eosq; instruere , vt maximè in Dei bonitate , ac liberalitate infinita , eiusq; incommutabili veritate , ac fidelitate , nec non in virtute Sanctissimi Nominis Iesu totam spem suam , ac fiduciam collocarent ; ac Sanctæ Matris Ecclesiæ potestati suis ministris traditæ ad effugandos dæmones , ac maleficia destruenda fidem adhiberent ; ac pro virili dæmonis tyrannidem , & audaciam conculcarent , vt latè docetur infra par. 3. Idcirco tales signorum destructionē ad dæmones expellendos , aut maleficia destruenda necessariam non esse , asserere non ambigimus : quia virtus diuina , ac potestas ecclesiastica indestruendis maleficijs non dependet ab illorum signorum destructione ; nec ullam relationem habet ad talia signa , quæ non physicè , sed Morales tantum sunt causæ maleficiorum . Quod etiam prætulit S. Hilarion Abbas

125.
Exorcista potest licet tollere signa maleficij .

Possunt ramen maleficia destrui sine signorum maleficorum destructione .

Constat exemplo S. Hilarionis .

(vt refert S. Hieronymus *in vita eius*) cum quædam puella à dæmone obfessa ad eum liberanda delata esset. Cum enim dæmon respondisset Hilarioni : *Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor : non exeo, nisi me adolescent, qui tenet, dimiserit.* (vtq; nisi ablatis signis maleficij.) Noluit S. Abbas, antequa purgaret Virginem, signa iubere perquiri : *Ne,* inquit S. Hieronymus , aut solitis incantationibus recessisse damon videretur : aut ipse sermoni eius accommodasse fidem . Non quod inuestigare signa malum esset ; sed simpliciter noluit . *Qua absoluta locutione indicare videtur* (vt obseruauit Suarez tom. 1. de Religione lib. 4. de Superst. cap. 17. num. 18.) non ex neceſſitate, sed ex perfectiori virtute ita se geſiſſe, ac subinde non id omiſſe, quia eſſet malum; sed quia plus de Deo confidebat . Erat enim dignum tali viro, ut altiori virtute, & perfectiori modo dæmonis opera deſtruueret: & ideò de quærendis signis non curauit . Deindè fortasse Hilarion metuebat aliquod scandalum, vt ſignificant illa verba : *Nè solitis incantationibus recessisse videretur, id est nè altantes putarent, quod dæmon nullo modo expelli posset, niſi deſtructis ijs signis, quaſi non eſſet aliud remedium,* puta preceptum dæmoni factum in nomine Iesu, quo dæmones expelli poſſent; facile enim crederent, non poiuiffe dæmonem expelli à Viro Santo inuitum, & non ablatis signis . Vel dicendum, quod noluit S. Abbas, illa signa priùs quæri, ac deſtrui, nè vide-rerur ipſe dictis diaboli fidem preſtasſe, qui negabat, aliter ſe expelli poſſe, niſi signo malefico deſtructo .

§. X.

126.

*Maleficus pene-
nitens non tene-
tur, à dæmone
quarere chiro-
graphum, quod
eft in eius pote-
ſate.*

DIco 7. Quando res naturalis, ſiue artificialis eſt ſignum non maleficij facti, vel faciendi ; ſed primi paeti à Malefico cum dæmonie initi, ſi ſignum, ſeu chirographum ſit in potestate dæmonis, non tenetur Maleficus, cùm ad ſanam mentem reuertitur, & conuertitur ad Deum, illud que-rere à dæmonie, ac conſignare , atq; dilaniare ; ſed ut è dæmonis potefat liberetur, ſufficit, peccatorum ſuorum veram, ac ſinceram agere peniten-tiam ex puro corde peccata detestando, dæmoni abrenunciando, ac toto affectu Dei misericordiam, & auxilium eius implorando : ita tradunt Arſenale S. Inquis. par. 10. ar. 162, Naldus verbo *Damon* nu. 2. & verbo *chirographum* nu. 4. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de ſuperſt. c. 17. nu. 4. Sanchez: in præcep. Decalogi lib. 2. cap. 40. nu. 53. Simanch. tit. 63. nu. 13. & noſter Lupus Comm. S. Inquis. par. 3. lib. 20. diſt. 5. ar. 2. diſc. 2.

Si tamen ipſe Magus, ſeu Maleficus apud ſe chirographum retineat, illiusuē transumptum, cogendus eſt rumpere, aut comburere : Ita docent Sanchez loco citato, & Naldus verbo *chirographum* num. 4. (Regulariter n. cùm aliquis homo Deo abrenunciat, ac dæmoni ſe deuouet, ſolent duo fieri chirographa eiusdem tenoris, in quibus continentur conuentiones, & pacta inita inter dæmonem, & Maleficum, quorum vnum apud dæmonem conseruatur, alterum apud Magum, vel Maleficum.) Vel ſi non datur chirographum (vt puta ſagis ignaris, & vilis plebeculae,) datur aliquod aliud ſignum factum, vel conſignatū propria manu ipsius ſagæ, & ab ipſo dæmonе aliqua

aliqua nota confirmatum, sed duplum: ita quod vnum extat in potestate dæmonis: alterum in potestate sagæ, vt sic per hoc signum extrinsecum cōtinuè testetur, ac protestetur, se semper ratam habere, ac firmam abrenunciationem Deo factam, ac deuotionem & venerationem dæmoni exhibitæ: ac per hoc externum signum, internum voluntatis actum in dæmonis obsequium semper profiteatur. Ita etiam mihi enarravit incidenter quidam solemnis Magus doctissimus, cum quo (Ex mandato Reuerendiss. P. Inquisitoris illius Ciuitatis, vbi ipse morabatur, vt ab erroribus illum reuocarem, & ad sanam mentem reducerem) integro mense disputauit.

Quare licet Magus, aut Maleficus non teneatur, scripturam, vel chirographum, seu aliud signum existens in potestate dæmonis requirere à dæmons, vt scindatur, ac destruatur, vt dicunt præfati DD.; tenetur tamen illud, quod est in sua potestate, rescindere, ac destruere; vel tradere Confessario, si penitentiam agat in foro interno; vel Reuerendissimo P. Inquisitori, si in foro externo, vi per huiusmodi traditionem externam, coram Ecclesiæ Ministris internam testetur dæmoni abrenunciationem; ac veram, & sinceram ad Deum profiteatur conuersionem. Nam manente, ac durante causa morali pacti, ac comuentionis diabolicae, manet, & durat pactum, & conuentio: Quod intellige, quando signum est in potestate Malefici, aut Sagæ, nec illud destruere vult.

§. XI.

Dico 8. Quandocumq; res naturales, vel artificiales, vt signa adhibita in maleficijs, sunt in potestate Malefici, aut Sagæ, ita quod pro libito suo potest illa tollere, ac destruere, illud maleficium dicitur temporale: quia potest tolli, ac destrui opere humano, seu industria humana: Quando verò signa, seu instrumenta maleficij non sunt in potestate Sagæ, aut Malefici, ira quod non potest illa tollere, ac destruere ad suum libitum, suamet industria, & opere humano; sed necesse habet pro destructione recurrere ad dæmonem, tunc maleficium dicitur perpetuum, etiamsi possit à Deo auferri, vel ab Angelis, vel à Ministris Ecclesiæ, vel à Christi fidelibus per fidem, vel ab ipso dæmone: Dicitur enim perpetuum, non respectu Dei, vel Angeli, vel Ecclesiæ, aut creditum in Christi nomine, vel ipsius dæmonis; sed respectu humanoæ industriae, & potentiae: quia humano opere minimè auferri potest: ita latissimè docet Tostatus quæst. 90. in cap. 19. *Matthei*, cui se subscribit Lupus par. 3. *Comm. in Edictum S. Inquis. lib. 20. dist. 8. ar. 2. diffic. 3.* Vndè in maleficio matrimonij, quando maleficium durat per triennium, censetur dissolutum matrimonium, vt habetur in c. laudabilem, & c. littera tua extra de frigidis, & maleficiatis: tunc enim maleficium censetur esse perpetuum eo modo, quo dictum est.

127.
Maleficium
quod dicatur
temporale.

Quando dica-
tur perpetuum.

De Deo , ut causa maleficiorum permisiva .

128.
Damon nihil
potest efficere
sine permissione
divina.

QVAMVIS dēmonum valde magna sit scientia, ac potentia, & Maleficio-
rum in maleficijs concinnandis iniquitas peruersissima; nec desint
eis res naturales, quibus vtuntur vel vt causis physicis, vel vt
causis moralibus ad damna hominibus inferenda; si tamen Deus non con-
curreret permittendo huiusmodi operationes, sed cohiberet, nihil penitus
efficere valerent: videndum ergo imprimis.

*Q V Ä S T I O I.**An maleficia sint à Deo volente , vel tantū permittente .*

129.
Quomodo Deus
maleficia velit.

Premateriali.

Respondetur, in maleficijs, sicut etiam in obſeſſionibus diabolicijs (prout
malum culpa includunt, vel ad malum culpa ſunt inducentia) duo
reperiſti: alterum eſt ſubſtratum, ſeu materiale actionis, quatenus malefici-
cium, vel actio malitiosa eſt entitas quædam poſitiua: Alterum eſt malitiae
ipſa, ſeu deformitas, qua formaliter talis actio mala eſt, & mala vocatur.
Si de maleficij ſubſtrato, ſeu entitate poſitiua, aut materiali loquamur,
Deus illam vult. Nam Deus, cum ſit omnium rerum, quæ celi ambitu
continentur cauſa prima, vniuersaliflamma, actualiſſima, & immediata, vt
eruditè docet D. Bonau. in 1. ſentent. diſt. 45. ar. 1. q. 2. concurrit ad om-
nes operationes ſecundarum cauſarum, ſiuē liberae, ſiuē naturales ſint. Hæc
conclusio eſt D. Augustini 3. de Trinitate, vbi dicitur, Deum per ſuam vo-
luntatem eſſe cauſam omnium motionum liberi arbitrij. Et cum malefici-
cium, aut peccatum pro materiali ſit operatio liberi arbitrij, vel elicit, vel
imperata, ſequitur Deum velle illam entitatem, & ex conſequenti eadem
efficere: Ita docent D. Bonau. S. Thom. Scotus, & Ricard. in 2. ſentent.
diſt. 37. quos refert Angles ibi queſt. 7. ar. 1. diſf. 1.

Appendix.

Hinc colligitur, Deum eſſe cauſam motionis lingue blasphemantis, &
occisionis, & extensionis manus Malefici ad maleficiūm concinnandum.
Et ratio eſt: quia ſicut concurrit Deus cum bruto, & leone ad hominem
deuorandum; ita etiam cum homine, ac dēmone ad peccati actionem effi-
ciendam. Quærenti autem, quid ſit iſte concursus: Respondebis, eſſe vo-
litionēm ſecundam ipſius Dei, qua vult omnes cauſas, tam liberas, quam
naturales poſſe ſuas operationes exercere. Et quia peccatum eſt operatio
hominis, vel dēmonis, vult Deus illam operationem ab illis poſſe physicē
exerceri; & ita talis operationis entitatiæ, & poſitiuæ dicitur eſſe cauſa:
Ita Angles loco citato.

§. I.

130.

VEruntamen per huiusmodi concurſum generalē ad maleficiūm licet
Deus velit actionem ſubſtratam maleficij; non tamen dicitur velle
male-

maleficium, vel esse maleficij causa, nisi permissiuè. Ratio est: quia denominatio actionis non fit à causa vniuersali, & indifferente; sed à causa propria, & particulari. Nam actiones, & passiones, & cuiuscumq; generis operations attribuuntur causis proprijs, & particularibus, & non vniuersalibus teste Arist. 2. *Physic.* Deus, & leo concurrunt ad deuorandum hominem; non tamen dicitur Deus deuorasse hominem, sed leo. Deus, & Maleficus concurrunt ad maleficium concinnandum; non tamen dicitur Deus maleficium concinnasse, sed Maleficus: quia Deus sua generali permissione, & concursu, non vt causa particularis, & propria, sed vt causa vniuersalis, & indifferens concurrit ad maleficia; ideoq; illi talis non est attribuenda operatio.

§. II.

Si de maleficio loquamur pro formalí, scilicet quoad malitiam, seu deformatatem, ac defectum rectitudinis virtutis oppositæ, maleficia, sicut & obſeſſiones diabolicae, prout quædam ſunt tentationes ad malum culpæ inducentes, non ſunt à Deo volente, ac iubente, ſed permittente. Prior pars probatur: Nam D. Paulus Rom. 9. tanquam euidentem veritatem hanc conclusionem conſitetur, quando dicit: *Nunquid iniqutias apud Deum? Absit.* & Psal. 5. *Quoniam non Deus volens iniqutitatem tu es.* Confirmatur rationibus: quia, cum Deus sit omnipotens, non potest deficere, & ex consequenti nequè peccare. Posſe enim peccare, & posſe deficere pro eodem à D. August. accipiuntur.

Deinde Deus eſt ſumma bonitas, qua maiori, & melior excogitari non potest, & ſi poſſet peccare (quod eſt imposſibile) alia maiori bonitas poſſet excogitari, neppè illa, quæ peccare non poſſet. Altera pars probatur. Nam Deus dicitur eſte cauſa maleficiorum, ac peccatorum permiſſiua, quatenus ipſe non impedit, nec prohibet, aut subtrahit ſuum influxum, & concurſum ad illum actum materialem, & ſubstratum, cui annexa eſt deformitas, ac malitia, vt non deſtruat decretum ſuum, quo ſanciuit, vt creatura libera liberè operetur, quod eſt (propriè loquendo) velle permiſſiue.

Confirmat hanc veritatem Suarez par. 2. tratt. de *Angeis* lib. 8. cap. 20. num. 3. loquens de demoniacis obſeſſionibus, ac vexationibus, quibus homines à demone affliguntur. *Sicut facultas, ait, tentandi non eſt ex positiva Dei ordinatione; ſed ex permissione: ita hæc potestas nocendi in ordiné ad talē finem (ſcilicet ad peccatum) tantum eſt ex permissione diuina, ſuppoſita naturali potestate, quam damon ad nocendum habet: eſt enim in utraq; licentia eadem ratio.* Et infra exponens ſententiam D. Anſelmi lib. 1. *Cur Deus homo cap. 7.* aſſerentis, huiusmodi penas à demone iuſtificas numquam fieri Deo iubente, ſed tantum permittente, ait, *quando pena eſt tantum ad probationē, & exercitium, licet ſupponat generalem ſtatim natura lapsę; cum tamē non ſupponat proprium reatum talis pena ex proprio, ac personali peccato contractū, non eſt à Deo volente, ac iubente, ſed permittente: quia non habet intrinſecè illā epiuitatem iusta punitionis, & vindicationis.*

131.
Pro formalī
maleficia non
vult, ſed per-
mittit.

August. lib. 2.
2. de Symbolo
c. 1.

Fauentinus in
4. dist. 14. disp.
8. c. 6. nu. ii.

132.

Solum ergo demonem, vel hominem de monaco cooperante, maleficiorum, & obsessionum causam esse, nemini est ambigendum, qui talento optimo, nempè generali, & indifferenti illo Dei concursu in suam perniciem abutitur, quamvis tam liberaliter illo donatus sit à Patrefamilias, vt eo vtatur ad salutem.

At cum Deus pientissimus sit, ac clementissimus, ac possit dæmonum, tyrannidem, ac Maleficorum iniquitatem cohære, cur non cohibeat, & impedit, patebit sequenti quæstione ex ratione diuinæ permissionis.

Q V A E S T I O N E .

Quare Deus permittat maleficia, & obsessiones.

133.

Mundani male sentiunt de diuina permissione.

Deus licet peccata non vult; illa tamen ab hominibus prætrata ordinat in finem bonū.

Nempè Substratum malitia. Oppositorum illi. Elicitū ex ea.

CVM diuina permissione vulgo hominum, & his, qui de mundo sunt, ac de mundo loquuntur, vix aliud videatur, quæ humana, quæ nihil agendo desider otiosa, & agere volentes non impedit, et si possit; ex quo errore mala gignuntur innumera, præstat rationem agnoscere, & causam diuinæ permissionis. Nam licet Deus mala, quæ tantum permittit, nec approbat, nec velit; illorum tamen ordinationem & vult, & approbat, teste D. Thoma 1. par. quæst. 114. art. 1. Non quòd velit, & approbat ordinem, quo dæmones, vel iniqui homines nos oppugnant; sed quia ait Vasquez ibi disp. 245. cap. 2. nu. 10. *oppugnationem, qua ipsi aduersus nos vtuntur, Deus in fines sua prouidentia referit: sicut etiam peccata non vult, vt fiant, sed facta referit in finem sua prouidentiae.* Propterea dicendum cum Seraphico D. Sancto Bonaventura in 1. sent. dist. 47. q. 3. Deum mala, ac maleficia permettere propter bona, quæ ex huiusmodi permissione procedunt, siue ex ordine rerum in vniuerso: siue ex ordine rerum in finem.

Si ordo attendatur rerum in vniuerso, in confessio est, malum ad Vniuersi accidentalem perfectionem, & decorum occasionaliter conferre, in quantum coniungitur alicui bono, quod est de eius perfectione, nempè vel Substrato, vel Opposito, vel Elicito.

§. I.

Quantum ad bonum substratum.

134.

Quid sit bonū substratum.

Nè libertas arbitrij impedit, Dens maleficia permittit.

PRIMÒ enim malum, ac maleficium ordinatur ad bonum, quod ei subternitur, nempè naturam defectibilem, quæ, vt talis est, Vniuersum decorat, & perficit. Nam sicut reperiuntur creaturæ libera natura defectibiles, nempè homines, quibus Deus dedit libertatem arbitrij, quo liberè possunt bonum, & malum agere; ita debuit permittere, vt illis agentibus ex prescripto naturæ suæ possent operari, nec illa libertate priuarentur: quia ad eius prouidentiam spectat, vt vnaquaque creatura naturæ suæ relinquantur, nec semper impediatur in suis officijs obeundis. *Prudentia* ait S. Dionysius cap. 4. de diuin. nomin. non destruit naturam, sed conservat. & August. lib. 7. de Ciuit. Dei c. 3. *Sic itaq; Deus administrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipsas proprios exercere, & agere motus sinat.*

Hæc

Hæc autem libertas est summum bonum naturæ intellectuæ, ex quo, tanquam è fonte riuli, alia bona scaturiunt, omnes nempè virtutis actiones, & omnia opera meritoria, quæ à mundi exordio facta sunt, & sicut vñquæ in finem. Ideò conueniens fuit, vt Diuina Providentia homines non cogeret; sed sineret vnumquemq; sponte ferri, vel ad bonum, vel ad malum; nè, si malum non permetteretur, & amouerentur naturæ defectibiles, subtraherent tot gradus bonitatis, & pulchritudinis ab Vniuerso: Ita docent D. Bonau. loc. cit. Guillelmus Vorillon dist. ead. D. Bernardus de libero arb. relati à Pelbartio tom. I. Rosarij verbo Permissio §. 4.

Idipsum de dæmonibus testatur Abulensis quæst. 122. in cap. 8. Matthai, vbi querit: quare Deus permittit homines à dæmonibus torqueri. Et inter alias rationes responsiua, quas adducit, vna est: quia nihil debet superfluum manere in Vniuerso; dæmon autem est substantia spiritualis potens aliquid agere, qua si permanisset (puta in gratia) fuisset beata, & Deo assisteret: cum vero ceciderit, & iam non possit esse minister Dei ad bonum, constituit eum Deus ministrum ad malum, idest ad inferendas penas, quæ sunt quoddam malum: conueniens ergo est, quod dæmones aliquando vexent hominem. Hęc ille.

§. II.

Quantum ad bonum oppositum.

Secundò malum habet ordinem ad id, quod est ei oppositum, neimpè bōnum; in quo non patim auger pulchritudinem, & perfectionem Vniuersi, quæ ex illa oppositione consurgit, in quantum per eam bonum & clarius agnoscitur, & ardentius appetitur. Hanc enim stabiliuit diuersitate in hoc mundo, vt vnicuiq; rei contrarium aliquod siue in naturalibus, siue in moralibus assignatum videatur, vt verè dictum sit à Sapiente Ecclis. 33. *Contra bonum malum stat, & contra vitam mors: sic contra iustum peccator;* & sic intuere in omnia opera Aliissimi bina contrabina, & vnum contra vnu: Quare conueniens est, à Deo mala, ac maleficia permitti, vt bonum oppositum & clarius agnoscatur, & ardentius appetatur, per quod mundus noua quotidiè recipit decoris, & perfectionis incrementa.

136.

Deus permittit maleficia, ut bonum oppositū clarius agnoscatur, ardentius appetatur.

§. III.

Quantum ad bonum elicium.

Tertiò malum habet ordinem ad bonum, quod ex illo procedit; & sic confert ad decorum Vniuersi. Nam ex eo, quod aliqui malè operantur, multa bona eliciuntur. Numquam, ait Drexellius de conformatione voluntatis lib. 1. cap. 2. §. 1. Bonitas illa infinita tantam in Orbe malitiā, permitteret, nisi maiora inde bona eliceret, & reperta ad perniciem verteret ad salutem. Permisit Deus fraternalm iniuidiam in Iosephum inn. centem sauire, sed quanto id bono permisit, non solum parentum, & fratribus, sed totius Aegypti? Permisit Deus insontem Dauid ab impio Saule grauissimis iniurijs exagitar; sed Dauidis, totiusq; regni Hebrai bono maximo. Permisit Deus Daniel-

137.

Deus permittit maleficia, quia multa bona elicuntur.

lēm iniquissimē accusatum in leonum voraginem precipitari; sed grandi Danielis ipsius, & plurimorum bono. Sed quid hæc narro? Permisit Deus Filium suum ab impijs, & iniquis crucifigi; sed permisit hoc bono totius humanæ naturæ inexplicabili, vt iure exclamare possimus cum D. Gregorio; immò cum tota Ecclesia: *O felix culpa, qua talem, ac tantum meruit habere Redemptorem.* Quod eruditè testatur August. in Enchyridion c. 11. & 27. Deus, inquit, nullo modo sineret aliquid malum esse in suis operibus, nisi usq; ad eō omnipotens esset, & bonus, ut benefaceret etiam de malo. Et ideo conuenientissimè ex ordine rerum in Vniuerso mala, & maleficia permittenda sunt, vt bonis illis verè magnis summam pulchritudinem, & consummatam perfectionem ipsum consequatur.

§. IV.

138.
Maleficia à
Deo permittun-
tur ex ordine
rerum in finem.

SImul etiam mala, ac maleficia permittēda sunt ex ordine rerum in finē: cum ex tali permissione multa bona elicere soleat Diuina Prouidentia, sine quibus ea non concederet; inter quæ Gloria Dei, Ecclesie splendor, Bonorum profectus, & Malorum pena, vt potiora computantur.

Ob Gloriam Dei.

Gloria Dei ex-
urgit ex male-
ficiorum per-
missione.

August. lib:
18. de Ciuit.
Dei cap. 18.

Greg. Naz. de
libero arbit.
Drexelius de
conform. vo-
lunt. lib. 1.c. 2.
§. I.

MAgna quidem gloria ex malorum, & maleficiorum permissione maiestati eius accedit. Quamuis enim seipsa non possit augeri, cum sit infinita; tamen in nobis noua suscipit incrementa, cùm magis ac magis diuinæ eius perfectiones oculis nostris manifestantur: vt in ijs permissionibus, in quibus præcipue ostenditur

Prouidentia, quæ maleficia, & obsessiones moderatur, & ordinat. Augustinus: *Demones non omnia, qua volunt, facere possunt, nisi quantum Deus illis permiserit.*

Potentia, quæ attingit à fine usq; ad finem fortiter: quæ talis est, ait Gregorius Nazianzenus, *quod solo Dei nomine inuocato demones contremiscunt.*

Sapientia, quæ ex maleficijs, & obsessionibus tot bona elicit. Drexelius. *Ex permissione malorum altius sapere docemur, & admirabilissimam causarum seriem, ac connexionem fateri cogimur, per quam tandem e tantis malis tot emergunt bona.*

Iustitia, quæ per maleficia peccata hominum puniit: Idem Drexelius ibidem: *Si Deus mala non permitteret, & permissa non ordinaret, & ordi- nando in bonum deriuaret, vindicem iustitiam vix agnosceremus..* Iustitia n. Dei in puniendis peccatis maximè elucescit.

Bonitas, ac clementia, dum potestatem dedit omnibus in se credentibus, vt in nomine Iesu demones ejicere valerent. Marci 16. *Signa autem eos, quæ crediderint, haec sequentur: In nomine meo demonia ejicient.*

Quapropter maleficia permittendo, Deus euadit gloriosior non solū coram bonis, sed etiam discolis; illis præcipue, qui nihil aliud existere asseverant, quām quod oculis corporis patet, negantes spiritus, demones, & infer-

infernum, ut Saducæi de quibus Act. 23; immò Angelos; & Deum ipsum, ut Athæci, de quibus latè Fauentinus aduers. impios Athaos. Ipsa enim experientia illos conuincit: quia cùm tot insolitos maleficiorum effectus, & potenteras dæmonum operationes vident, aliquod spirituale magnum, & efficax supra corporalia confiteri coguntur. Nec potest efficacius Saducæorum, & Athæorum error conuinci, quām maleficam operationem eis obijcere, ut rite docet Tostatus quest. 122. in cap. 8. Matthæi; ita ut iure appellare possimus maleficiorum permissionem, Saducæorum, & Athæorum confutationem, & diuinæ gloriae occasionem, cuius splendor sic inimicorum oculos perstringit, ut seipsum etiam inuitis aperiat, & manifestet.

139.

Conuincuntur
(Saducæi.)
(Athæi.)

§. V.

Ob Splendorem Ecclesie.

Similis splendoris accessus fit Ecclesia Sanctæ Dei, quæ à Christo suo sponso potestate accepit dæmones ejiciendi, ac cuncta opera malefica destruendi, cum Marci 16. dixit: *Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient.* Vnde S. Iustinus Martyr de virtute Christianæ Religionis differens ait: *Nos, qui in Crucifixum credimus dæmonia cuncta, spiritusq; malignos adiurantes sub potestate nostra eos habemus subditos.* Ideo merito S. Ecclesia hac potestate munita nedum pulchra ut Luna, & electa ut Sol, sed terribilis ut castrorum acies ordinata est nuncupanda: cum sua potestate tartareas acies, & omnes infernales potestates vim habeat prosternendi, confingendi, in fugam vertendi, ac disperdendi. An aliqua in mundo potestas reperiiri potest huic æquiparanda? Reges potentissimi cum suis exercitibus, & innumera militū manu ab uno dæmons vertuntur in fugam: & fœta dæmonū caterua ab uno Exorcista fugatur, & imbecillis hominio potentes spiritus ita subiicit, ut eos ad sibi exactissimam etiam in actibus submissionis præstandam obedientiam cogat; atq; ita omnibus innotescit, Ecclesiam esse Dei sponsam, que diuina potentia, quam à sponso accepit, ac suis ministris communicat, inimicis inuitis licet, & frementibus dominatur.

140.

Splendor Ec-
clesie lucefit
ex maleficiorū
permissione.

Cantic. 6.

§. VI.

Ob Bonorum profectum.

NEC minor est Bonorum profectus ex illa permissione procedens. Solent enim Boni maleficia patienter, & innocenter ferendo implere omnem iustitiam, quæ in duobus præcipue consistit, declinare à malo, & facere bonum.

Primum certum est: nam culpas ed diligentiori studio vitare contendunt, quod per maleficia in seipsis experiuntur, quanta, & quām dira sit dæmonum tyrannis, qui ita corpora torquentes in animas acrius læuiunt; ideo se à peccato custodiunt, nè ad seruitutem illam intolerabilem redigantur: Ita docet Tostatus quest. 122. in cap. 8. Matthæi.

141.

Boni ob malefi-
cia proficiunt
in schola per-
fectionis,
Declinando à
malo.

Secun-

Bonum operan-
do.

Secundum æquè certum est , neimpè per hanc maleficiorum , ac vexationum diabolicarum tolerantiam obſeffos , ac maleficio affectos ſepiùs meliores, ac perfectiores euadere ad oīnne genus virtutum ſibi viam ſternendū, ac penas peccatis debitas , quorum culpa per penitentiam ſunt deletae, satisfactoryio opere perſoluendum . Quod eruditè docet Ioan. Chrysost. homil. 41. in Act. Apostol. Datur, ait, talis potestas dæmonibus, ut meliores, & modeſtiores boni efficiantur , & ut penas peccatorum hic dantes puri ad Dei conſpetum migremus .

142.

Veruntamen , quia dæmon etiam ad multa mala obſeffos , ac maleficio affectos inducit, & multa impedit bona, vt experientia docet in dies , ſatius erit vexatis, & maleficio affectis , ad Ecclesiæ accedere ministros , ut à dæmoniaca eripiantur potestate , ac Deo cum libertate animæ , & corporis ex toto corde infernire valeant .

§. VII.

Ob malorum penam .

143.
Deus per male-
ficia peccatores
punit .

SE D . in ijs permissionibus malorum pena clariū eniteſcit . Maleficia ſetenim exercentur ab ijs, qui ſe dæmoni denouerunt ; & nocent, ut plurimum ijs, qui ſuis peccatis iram Dei concitarunt : cum ſoleat Diuina Iuſtitia temporali caſtigatione in homines animaduertere in hac vita, nè in alia eternis ignibus illos addicere cogatur . Quare Maleficio permittit maleficijs illos vexare, eiusq; ministerio vtitur, ſicut iudex carnificis opera, ut illorum ſcelera puniat : *Iure Deus* , ait Drexelius , *per hos* (ideſt maleficos) *punit, per quos tam variè offenditur* . Quarum punitionum varia exempla refert Delius *Disquisit. Magic. lib. 3. par. 1. quæſt. 7. ſect. 11.* eorum , qui ob grauifima delicta varijs à dæmonie obſeffionibus , ac diris vexationibus , ac morte ipfa , Deo ſic permittente, vel iubente, affecti ſunt .

Drexel de co-
form. volunt.
lib. 5. c. 10. §. 7.

144.
Rationes diui-
ne permissionis
epilogantur .

HÆC & ſimilia ex maleficiorum , & obſeffionum permissione bona procedunt, quæ Deus ſua prouidentia elicit confeuerter . Quapropter licet colligere iuxta duplē illum ordinem rerum in Vniuerso , & in finem : quare Deus alios maleficia exercere alios maleficia perpeti permittit . Primi exercent : quia illorum libertatem impedire non vult : quāuis multoties impedit, nè producant noxiū effectum, quem illi perfidere curant; ſepiùs enim impedit, nè maleficiū efficax ſit . Secundi patiuntur : quia vel caſtigat peccata propria ſuę mortalia , ſuę venialia : vel ad maiora prouocat , ſcilicet virtutes , gratiam , & gloriam . Deniq; utrique agunt , & patiuntur : quia ex illorum actionibus , & paſſionibus bonis , & malis ſuam , & Ecclesiæ gloriam maniſtent . Vnde mirandum non eſt, ſi non ſolum nocentes , & peccatores, ſed etiam innocentes , & iustos maleficia attingant, & vexent . Illi enim ob peccata mortalia rei ſunt; Iſti ob venialia ; cum nullus ſit, qui quotidie in illa non prolabantur, tēſtante Sapiente

Pro-

Prouerb. 24. *Sepies in die cedit iustus*, quorum vnum solum sine Diuinæ Iustitiæ præjudicio morbis grauioribus, immò ipsa vexatione dæmoniacæ puniri potest; vt innotuit in Abbe Cassiano propter leuiculam iram, apud Cassianum Collat. 7. In Religioso propter tepiditatem, & distractionem, in vita S. Bernardi lib. 2. cap. 21. Et in quadam Religiosa propter gulam præcipitem, & leuem, apud S. Gregorium lib. 1. Dialogorum c. 4.

Idem dicendum est de puerulis, & infantulis, quibus potissimum veneficia nocent: quia ætas illa imbecillior est ad resistendum, incautior ad cauendum, & incapacior ad accusandum, & reuelandum. Hoc enim sinit Deus, vel vt parentes puniat, si mali sint: vel vt eos probet, si boni: vel vt infantem, si baptizatus sit, à peccatis præseruet, & ad celum rapiat, antequā malitia mutet intellectum eius; vt videtur annuere Aug. lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 14: Si verò non sit baptizatus, nè grauiorem ei damnationem imponat propter actualia peccata, quæ commissurus erat, si viueret.

145.

§. IX.

SE D quamvis in vtrisq; adultis scilicet, & puerulis peccata non revertentur, aut merita; iuste tamen Deus posset permittere, illos maleficijs, & diabolicis affici vexationibus, non ad punitionem, aut remuneracionem; sed ad suam gloriam, quæ, cum maximum bonum sit, omni creaturæ malo anteponenda est, & nulli malo postponenda. (Quod maximè Exorcistis, & Parochis attendendum est; & obfessis, maleficiatis, & ægrotis ab ipsis insinuandum, & inculcandum.) Hoc probat dictum Christi Ioan. 9. de illo Cæco nato, dum discipulis suis causam sciscitantibus: cur natus esset cæcus: videlicet, an propter peccata propria, vel parentum: Respondit: *Nequè hic peccauit, nequè parentes eius; sed vt manifestentur opera Dei in illo*, nempe omnipotentia Dei, eiusq; sapientia, ac bonitas, dum Christus ab eo cæcitatem auferret, ac perfectum illi visum restitueret: vt bene explicat Euthimius Zigabonus in Bibliotheca VV. Patrum. Quod magis, ac magis comprobauit ipse Christus Ioan. c. 14. dicens: *Quodcumq; perieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio*; quasi dicat: Si in vestris obfessionibus, infirmitatibus, tribulationibus, ac necessitatibus me inuocaueritis, exaudiam vos: quia sic Deus Pater vobis illas potissimum permittit, vt vobis inuocantibus me, nomen meum honoretur, ac glorificetur Pater in Filio, dum ea, quæ iuste, piè, ac fiducialiter petitis, vobis gratiè conceduntur, ac liberaliter communicantur.

146.

Potissima omnium ratio permissionis maleficiarum est gloria Dei.

Q VÆ S T I O III.

Quomodo Deus obfessiones, & maleficia permittat.

IN ijs maleficijorum, & obfessionum permissionibus maximoperè est cauendum, nè prava illa opinio in animum irrepat, omnino modam tūm demonibus, tūm Maleficis à Deo tribui potestatē; ita vt possint laxatis habenis

147.

Demones, ac Malefici in maleficijs operādis sepius coercentur à Deo.

habenis prorumpere in omne opus maleficum : aut quos volunt , magicis artibus impetrare . Vterq; enim sacerdos coercetur à Deo , vel impeditur tūm per seipsum , tūm per Angelos .

§. I.

Per seipsum.

*Positiuē eos im-
pedit. obſiſten-
do.*

PER seipsum Deus sacerdos dæmonum sauitiam , ac Maleficorum conatus dupliciter impedit , vel coercere solet , positiuē nempe , ac negatiuē .

Positiuē Deus vtiq; eis obſiſtit , cūm eorum vim repellit , ac conſtrigit audaciam diuina sua virtute , quæ certe ſumma eſt , infinita , ac perfectissima , & talis , cui resistere nemo potest ; vt apertè cōfessus eſt Mārdochārus Esther 13. dum in angustijs poſitus memor omnium operum Dei ; ſic illum deprecatuſ eſt : *Domine Domine rex omnipotens , in diritione enim tua cuncta ſunt poſita , & non eſt , qui poſſit tua rēſiſtere voluntati , ſi decreueris ſaluare Iſrael . Tu feciſti celum , & terram , & quidquid celi ambitu continetur : Dominus omniuſ es : nec eſt , qui rēſiſlat Maieſtati tua .* Nil ergo canina diaboli malitia proficiet in ſuis maleficijs , ſi à diuina virtute impediatur : cum vniuersa potentia creaṭa huic comparata ſit radius ad orbem ſolare , gutta ad oceānū , arenula ad totius terraē molem , immō aliquid minus : nec minus ſolum , ſed minimum : nec minimum tantū , ſed nihil . Nonnē ridiculuū ſe p̄abebit dæmon , ſi velit obniti omnipotenti Deo , rumpere non catenam ferream , ſed potentiam infinitam , & tentare impossibilia contra ſtimulum calcitrāndo ?

148.

*Negatiuē im-
pedit , concursū
ſuum subtra-
bendo .*

Negatiuē verò dæmoniacām , ac maleficām potentiam impedit , vel coercet , cum ſuum subtrahit concurſum vel ab ipliſ dæmonibus , aut Maleficijs , vel à rebus naturalibus , quibus vtuntur in ſuis maleficijs concinnandis . Ratio eſt : quia cum omnes cauſae ſecundā à prima dependeant , & ſine eius influxu nec operari , nec eſſe poſſint , vt teſtatur D: Bonau. in 1. diſt. 12. queſt. 2. & 3. dicens : *Cauſa prima , & vniuersalifliffima plus influit in cauſatum , quam ſecunda ; & tanta eſt eius influentia , quod nulla creatura agit ali- quid , eius influentia remota ; ipſa enim vehementius eſt cauſa rei , quam cauſa propinquā , immō ipſa adiuuat cauſam ſecundam ſecundum operationem ſuam , & influit virtutem ſuam ſuper eām , & ſeruat eām .* Si huiusmodi cauſa prima , & vniuersalifliffima , quæ eſt Deus , vt probatum eſt ſupra num. 129. non influat , nullum poſſunt cauſae ſecundā producere effectum . Vnde ſi à dæmon , vel à Maleficijs auctiua paſſiuiſ applicentur , ſi Deus non concurrat , quid illis manebit , niſi confuſio ? Ecce meditentur Malefici noua maleficia , vt hominibus noceant , cūm ipli dæmon ē mediante , cuius eſt malum perficere , operantur , ipſe vtiq; intellectum habet ſubtiliſſimum ad illa inuenienda , voluntatē ad exequenda propenſiſſimam , virtutem maxiſimam ad pre- paranda , & efficienda ; ſed hec intelligere , nec velle , nec agere quicquam p̄terit , ſi Deus non concurrat . Sed dæmon dimittatur liber in ſuis poten- tijs , inueniat intellectuſ , voluntas impellat , virtus exeat ab agente tam ſub- tili , tam voluntrario , tam potente , tentet maleficia , vt ſolet , auctiua paſſiuiſ appli-

applicando; attamen omnia virtute carebunt, si Deus subtrahat suum concussum: ut patet de Sancta Iustina, ac de S. Ambrosio Archiepiscopo, quibus nocere non potuerunt maleficia à Magis contra illos cōcinnata, diuina virtute vel obſiſtente, vel suum concutsum subtrahente. Licet enim res, quibus dēmones vtuntur in maleficijs concinnandis, de se ſint alterabiles; nihilominus non concipient calorem, aut frigus, aut humidum, aut ſiccum, aut alias exteris qualitates, ſi tām ab aetūis, quām à paſſiūis Deus ſuum subtraxerit concussum; atq; ita dēmon, ac Malefici duplīciter illudentur à Deo non concurrēte cum illis, vel rebus ab iſpis applicatis: nec poterunt quantumuis minimum effectum producere, et ſi omnem moueant lapidem, & totam verſent industriam.

§. II.

PE R Angelos etiam ſæpius ſolet Deus dēmonum, ac Maleficorum con-natus impediſt, vel coercere. Quod iſpi preſtant dupli ci virtute, qua pollent, naturali nempē, ac diuina, p̄cipuē illi ſpiritus beati, quibus orbis cura commiſſa eſt, & hominum custodia demandata; ut eruditè docet Alexander Alens. par. 2. quæſt. 100. mem. 2. ar. 6.

Virtute namq; naturali ſuperiores Angelii in natura poſſunt coercere in-feriores, puta dēmones, ſi ordinis ſint inferioris; ut docent S. Augustinus lib. 83. qq. q. 79. S. Thom. 3. par. q. 43. ar. 2. ad 3. & q. 109. ar. 2. & 3. & de Potentia Dei q. 6. ar. 10. Albertus Magnus, & Dyonis. Carthus. in Lucam c. 11. Cassianus Collat. 8. cap. 14. Ioannes à Turrecremata in qq. Euangel. quæſt. 1. dom. 3. Quadrag. Victoria in Relect. de Arte Magic. num. 22. An-gles in 2. ſent. diſt. 11. quæſt. de eadem materia ar. 5. Benedictus Peterius lib. 1. de magia cap. 5. ac Petrus Binsfeldius de Confess. Malefic. dub. 3. concl. 10. Ratio eſt: quia terum ſubordinatū debent quoq; actiones ad inuicem eſſe ſubordinatæ, ut patet in corporib; cœleſtib; quorum motibus, & actionib; actiones, & motus corporum inferiorum, ſicut & iſpa corpora, ſubiſciuntur. At cum inter Angelos alij alijs ſint in naturalib; ſubordi-nati, ſuperiores ſupra inferiores poſteſtatem habent.

Nec virtute tantum naturali Angelii valent cohibere dēmones (ſi iſti illis ſint inferiores) ſed etiam diuina virtute, qua cum omnes polleant, minimus inter illos totam dēmonum cateruam in fugam conuertere poſteſt: quia per gratiam consummatam maior eſt illis dara prelatio, quām ſit præſidentia Luciferi, aut aliorum quorumcumq; Et hoc modo tām ſuperiores, quām in-feriores Angelii diabolicos impediunt conatus; ut probatur ex facto S. Mi-chaelis, qui ut refert S. Iudas in ſua epift. canonica, dum disputans alterca-retur cum diabolo de Moysi corpore, non eſt anſus iudicium inferre blaſphemia, ſed dixit: Imperet tibi Dominus. Vbi vides non naturali, fed diuina virtute illum cohibuisse, nempē interpoſitione diuini nominiſ. Hoc teſtantur Pa-tres, quorū ſententias videre licet inſtra à nn. § 14.

Hinc certò credendum eſt, Angelos tutelares, & cuſtodes à ſuis clienti-bus dēmones arcere, ne illis nocimēta valeant inferre: ac præſides pro-uin-

149.
Per Angelos
Deus dēmones
coercet.

Virtute natu-
rali ſuperiores
coercent infe-
riores.

150.
Virtute diuina
quilibet Ange-
lus poſteſt da-
mones cohibere.

Appendix.

73 Par.I. Cap.II. De Exorc scientia prædicto.

uinciarum frequenter eos impedire, nè detrimēta inferant ciuitatibus, agris, fructibus, & alijs mortalium bonis ad vsum hominis spectantibus, & ordinatis. En quibus modis Deus dæmonum, eorumq; asseclarum impetus cohibeat, nè hominibus diuina fretis protectione, & adiutorio detrimen-
tum, aut vexationem quacumq; arte, vel dolo inferre valeant!

APPENDIX.

151.
*Concluditur,
Exorcistam de-
bere esse imbu-
tum*

EX prædictis quatuor maleficiorum causis facillimum est cognoscere, Theologum Exorcistam sibi speculatiuam, & practicam maleficiorum cognitionem iuremeritò vendicare.

Speculatiuam, dum in palestra theologica sacrae doctrinæ conclusionibus enucleandis, & soluendis quæstionum nodis laudabiliter se exercet.

Practicam, dum in Ecclesia Sancta Dei diuina, & ecclesiastica potestate munitus exorcizandis Energumenis, & dissoluendis maleficiorum operibus perseveranter intendit.

In palestra namq; theologica continuo studio addiscit, quænam sit Angelorum bonorum natura, scientia, potentia, operatio, & malorum lapsus, obstinatio, malitia; quæ societas inter dæmonem, & hominem esse possit: quæ signorum conventionis vis, & efficacia: quæ diuinæ prouidentiae in malis permittendis œconomia; atq; ideò maleficiorum causas probè agnoscit, quas ignorare necesse esset, si illa non nosset. Optimum namquè esset, vt qui exorcizandis Energumenis, & maleficiatis curandis ex ecclesiastico munere deputantur, vt ritè, tutò, ac perfectè valerent suum obire munus, priùs philosophia, ac theologiæ scientijs apprimè imbuerentur, quæm sacro huic muneri vacarent, nè ex defectu scientiæ prolaberentur in intollerandos errores cum ecclesiastici ministerij contemptu, & generali omnium scandalo, si dæmonem occulè operantem non deprehendant; aut circa maleficio affectos non reatum iudicium ferant.

*Philosophia, ac
Theologia sci-
entijs.*

*Nè in variis
incidat errores.*

Quod certè difficillimum esse, nemo negabit, si consideret, hinc quanta sit dæmonis malitiosa potentia, dum varijs artibus, efficacibus modis, & versutijs subdolis sua opera concinnat, & mala innumera non cessat in orbem inuehere, quæ vix, ac nè vix quidem à nobis homoncionibus agnoscuntur: illinc quæm periculosem, de morbo malefico iudicare, qui sepiùs, (si signa externa considerentur) à naturali discerni non potest; & ideò Medicis, & Theologis disputationis ansam præbet, dum quifq; eius cognitionem sibi vendicat. Ex quo aliquando nimis frequéter accidit, vt qui Theologiæ sedulò, ac præcipuè doctrinæ de dæmoniacis operationibus operam non nauarunt: nec non de ægritudinum naturalium causis aliqualem non habuerunt cognitionem, cùm de quocumq; morbo obuij cuiusque infirmi iudicant, transeunt de potentia ad actum; quas enim in libris infirmitates legunt à dæmonie causari posse, eas semper ab illo inductas existimant, & possibile pro facto reputantes, quot vident infirmos, tot maleficiatos credunt. Quare dum cæcutientes isti Exorcistæ cæcos infirmos ducere contendent, seipso, & alios in foueam præcipitant. Vnde frustra ecclesiasticis

*Nè in iudican-
do de maleficijs
cæcutiat:
Ac seipsum, &
agros in foueā
præcipitet.*

reme-

remedijs eum curare nituntur, qui naturali infirmitate laborat. Ex quibus videas, quām necesse sit, Exorcistam theologica scientia probē, & aliquali naturalium causarum ægritudinum notitia imbutum esse, ad illud munus ritē, perfectē, ac tutō obeundum.

Practicē verò Theologus Exorcista maleficia cognoscit, dum actū aliquē exorcizans, & curans per exorcismos, ac præcepta dēmoni facta in nomine Iesu, quibus dēmon cogitur se vertere in fugam, mutationes in infirmis videt insolitas; & sic à posteriori cognitionem eorum nanciscitur, quæ vt plurimūm à priori haberri non potest.

253.

ARTICVLVS V.

De signis, quibus maleficia, & obsessiones cognoscuntur.

SIgnorum extermorum, quibus Exorcista modò obsessum, modò maleficatum deprehendit, alia sunt certa, & euidentia; alia coniecturalia, & probabilitia.

Certa, & euidentia sunt illa, quæ sumuntur ab effectu, qui prouenire non potest à causa naturali; sed necesse est, proueniat à causa superiori, puta à dāmone.

Coniecturalia, seù probabilitia sunt ea, quæ sumuntur ab effectu, qui sāpiùs, vel vt plurimūm procedit à causa transnaturali, nempè dēmone; aliquando tamen prouenire potest à causa naturali.

Signa certa, & euidentia, ex quibus Exorcista certum diabolicæ præsentia, & operationis iudicium formare potest, indicantur signo \oplus .

Signa coniecturalia, seù probabilitia sunt reliqua omnia sine signo, quorū aliqua sunt probabiliora; aliqua minis probabilitia.

Hæc autem signa quadam sumuntur ex potentijis animæ ipsius personæ obsessæ, seù maleficiatae; quadam ex dispositione corporis.

154.
Signa maleficiorum, & obsessionum qua-

QVÆSTIONE.

Quanam signa sumuntur ex potentijis Animæ?

CV M tres sint animæ genericè sumptæ facultates, seù potentiae, nempè Intellectuæ, Sensituæ, & Vegetatiuæ, ex harum qualibet multa dæmoniacæ præsentia signa deprehendimus.

§. I.

Ex Potentijs intellectujs.

Potentia intellexiuæ, seù rationales duæ sunt, videlicet *Intellectus*, & Voluntas, in quibus licet dēmon immediatē nihil operari queat, puta intellectum speciebus illustrando, ac perficiendo, aut voluntatem cogenendo, & impellendo; mediantibus tamen potentijis *sensitujs* exterioribus, & inte-

80 Par.I.Cap.II. De Exorcscientia prædicto.

& interioribus multa in eis operari valet; vt benè docet D. Bonau. *in 2. d. 8. ar. 4. quæst. 4. & 5.* Ideò ex earum operationibus extrinsecis facile cognosci potest, an aliquis sit à dæmone possessus, vel aliqua naturali laborete ægreditur.

Ex Intellectu.

¶ 1. **C**VM aliquis est rudis, & ignarus, si distinctè, & ordinatè discurrat, & disputeret de arduis, & sublimioribus questionibus, vt de philosophicis, vel theologicis; angelicus est, vel dæmoniacus.

¶ 2. Cùm quis delirio, ac phrenesi laborat nulla alia affectus ægritudine, si Exorcista dæmoni (si adsit) conditionaliter præcipiat in nomine Iesu, vt desinat nocere illi, ac cesseret impedire eum in suis functionibus, & operationibus sensituarum potentiarum; si, inquam, immediatè cesseret delirium, ac phrenesis recedat, & ritè, & ordinatè discurrat, & ad omnia se-riò respondeat interrogata, dæmonem adesse præceptum factum intelligentem; signum est eidens.

¶ 3. Quando egrotus est rudis, & lingua latiniæ ignarus, & clare, ac perfectè Exorcistam idiomate latino loquentem, ac præcepta facientem intelligit, dæmoniacæ præsentiae signum est eidens; præcipue si Exorcista vocabulis utatur latinis obscuris, & ab idiomate vulgari totaliter diuersis, quæ impossibile sit, intelligi ab illo idiota, & ignaro.

¶ 4. Quando occulta annunciat, remota adducit, futura prædicit, & similia opera, quæ naturaliter ab intellectu humano sciri, aut fieri nequeunt, nec dæmoniacam excedunt cognitionem, aut potentiam, si ex vita suæ sanctitate non arguatur talia à diuina reuelatione prodire, homo dæmoniacus est, vel diabolicus, videlicet vel est possessus à dæmone, vel cum dæmone habet commercium.

¶ 5. Quando quis cōcidit velut mortuus, & surgit sine mora ad præceptum ab Exorcista factum dæmoni in nomine Iesu; signum est ibi esse dæmonem præceptum intelligentem.

¶ 6. Cùm in aliqua corporis parte est aliquis dolor, vel tumor, si ad signum ¶ crucis, & præceptum dæmoni factum in nomine Iesu, vt recedat, aufugiat; & iterum iubente Exorcista accedit; diabolicae præsentiae signum est eidens.

Ex Voluntate.

¶ 1. **S**I homo inopinatò sine vlla præcedente causa velit sibi mortem inferre, ita vt se axis collidat, in igne se immittat, ac præcipite der, nec tamen sequatur sibi aliquod malū, signum est eidens, dæmonem adesse hæc mala volentem, & intentantem; sed Deum diabolicam in alitiam impudentem, & Patientem ab huiusmodi periculis præseruantem.

¶ 2. Quando Patiens alias bonus, & timoratæ conscientiæ, nulla de causa odio habet Sacerdotes, Religiosos, parentes, amicos, & maximè in sacris con-

constitutos, eosquè contra suam propriam voluntatem conuicijs, & opprobrijs afficit; si non est euidens signum dæmoniacæ præsentiae, saltem valde est probabile.

S. IR

Ex Potentijs sensitiujs interioribus apprehensiuis.

CVM potentiae sensitiue aliae sint interiores, aliae exteriores: Interiores vero aliae cognitiue, seu apprehensiue, alterae appetitiue, ab interioribus apprehensiuis exordium sumam, ex quibus plura deducuntur signa.

156.

Ab Aestimatiua.

QVANDO quis absq; vlla præcedente causa (si non est mente captus) suos parentes, consanguineos, amicos, ac familiares, vt inimicos existimat, & ab eis tanquam sibi noxijs aufugit.

2. Quando quis præter suam naturalem inclinationem, & consuetudinem remedia naturalia sibi vtilia, & proficia, & omnia delectabilia, vt noxia iudicat, & sibi inconuenientia, ac molesta existimat.

Ab Imaginatiua, seu Phantasia.

QVANDO cōtinuè patienti fiunt apparitiones inhonestæ fortiter mouentes phantasiam, etiam contradicente voluntate, ac si oculis corporalibus viderentur.

2. Quando sepiùs occurruunt imaginationi visiones horribilium, præcipientium, ac periculorum, nec est natura timidus.

3. Quando apparent visiones rerum spiritualium frequenter, & patienti non habet fundamenta sanctitatis, ac virtutis.

4. Quando sentiuntur allocutiones interiores formatae, & distinctæ, & cognoscitur, illas à Deo non esse.

5. Quando somnia sunt ordinaria horribilium, vel libidinum in persona timorata, & casta.

¶ 6. Quando imaginationi se præsentant res inhonestæ vehementes circa imagines Sanctorum, vel Beatissimæ Virginis, vel etiam Iesu Christi, si eodem tempore simul sentiant in capite, ea parte, qua residet phantasia, veluti plumbeum, vel aquam frigidam, vel ferrum ignitum, aut quid simile, quod fugiat ad signum ¶ crucis, & inuocationem Sæctissimi nominis Iesu, & se recipiat ad alterum corporis membrum, ita vt eodem tempore etiam cœlet imaginatio talium obiectoru, signū est euidens præsentiae diabolicae.

A Memoria.

QVANDO quis repente absq; vlla prævia ægritudine obliuiscitur omnium scientiarum, vel artium, quibus ritè, & perfectè instructus erat.

F

2. Quan-

82 Par. I. Cap. II. De Exorc. scientia prædicto.

2. Quando quis post multa vel confusè enarrata, vel distinctè, sed naturæ suæ, & artis captum excedentia, repente mutatur, & omnium, quæ dixerat, amplius non recordatur.

§. III.

Ex Potentij sensitiujs appetitiujs.

157.

Potentiae sensitiuæ appetitiuæ duæ insunt vites. Concupiscibilis una: altera Irascibilis, quarum utraq; plures sub se continet passiones.

Concupiscibilis.

IN Concupiscibili passiones sex continentur, nempè Amor, Desiderium, Gaudium, Odium, Fuga, & Tristitia: quarum primæ tres sunt respectu boni conuenientis: alia respectu mali disconuenientis. A quarum singulis signum aliquod dæmoniacæ præsentia, & operationis mutuari potest.

Ab Amore.

QVANDO quis præter suam consuetudinem amat obscura, & terra loca, & querit horrores solitudinis.

+ 2. Quando quis timoratae conscientiæ, ac honestatis amator aliquam ardenter amat personam; præcipue si aliqua adolescentula pura, & modestia, ac castitatis amatrix, inopinatò incipit amare ardenter amorem virum aliquem, vel iuuenem, cum quo priùs nullam domesticam habuit conuersationem, vel longam ipsius pulchritudinis aspectiōnē, ac meditationem; & si videatur potius futere, quam amare, signum est eidens maleficij amoris.

3. Quando quis alijs sanæ mentis inopinatò incipit pericula, & alia id generis sibi noxia amare, & querere.

A Desiderio.

+ 1. **Q**VANDO aliquis homo, vel mulier timoratae conscientiæ cum aliqua persona carnaliter commisceri ita vehementer desiderat, ut sentiat sibi peccatum aduri, nisi illam querat, & impatiens velet ad illam accurrere, vel clamet se moriri, nisi sibi illa adducatur, nulla precedente dispositione, pura domestica conuersatione, allocutione, imaginis ipsius expressiua longa meditatione, vel beneficij alicuius acceptione; dæmoniacæ operationis signum est eidens.

A Gaudio.

+ 1. **Q**VANDO quis bonæ mentis, & christianæ modestiæ studiosus gaudet malè agere, pura parentes contemnere, conuicijs impetrere, Reli-

Religiosos, & præcipue Sacerdotes irridere, & subsannare, & hoc contra suam voluntatem, sentiens intrinsecus in corde repugnantiam; signum est eidens.

Ab Odio.

¶ 1. **Q** Vando quis, puta maritus odio habet vxorem præsentem, quam absentem vehementer diligit; vel è conuerso vxor maritum; vel Pater filium, aut filius Patrem; Mater filiam, vel filia Matrem, vel alias huiusmodi personas, quas natura ipsa amare docet: si hoc sit contra propriam voluntatem, nec adsit aliqua ratio ad odium excitans; signum est eidens.

2. Quando quis parentes, amicos, & maximè in sacris constitutos odio habet sine vlla præcedenti causa.

¶ 3. Quando quis Sacraenta, Sacramentalia, Sanctorum tumulos, & Reliquias, omnesq; res sacras contra suam propriam voluntatem odit, & abhorret.

A Fuga.

¶ 1. **Q** Vando quis fugit hominum, parentum, & amicorum familiaritatem, ac consortium, nec orationi, aut meditationi vacat; sed accidia pressus, ac melancholia obrutus præter suam naturalem inclinationem, ac solitam naturæ sue consuetudinem solus permanet sine vlla præcedenti graui tribulatione.

2. Quando quis absq; vlla causa fugit Sacerdotes, Ecclesiæ, Diuina Oficia, Missarum celebrationi assistentiam, quamvis aliàs sit deuotus, & timorat conscientia.

3. Quando quis fugit, & abhorret habitare magis in uno cubiculo, quam in alio; in una domo, quam in alia; in una Ciuitate, quam in alia; nec huiusc rei ullam habet rationabilem causam, nec ipse ullam adducere nouit.

4. Quando quis oculis sanus fugit lucem omni suo conatu.

A Tristitia.

¶ 1. **Q** Vando quis tristatur, & dolet, & qua de causa tristetur, vel qua parte doleat, proferre nescit; nec adest aliqua causa tristitiae naturalis.

2. Quando quis tristatur, sudorisq; guttas emitit ad præsentiam Sacerdotum, & non aliorum, ad rerum sacrarum applicationem, ad Sanctissimi Sacramenti Eucharistiae perceptionem, ad ipsius in Missa eleuationem, ad confessionem sacramentalem, & ad cetera spiritualia exercitia, & maximè ad precepta dæmoni facta ab Exorcista.

3. Quando quis tristatur, ac dolet magis existens in uno loco, quam in alio, in uno tempore, quam in alio, puta iu aliquo mense, hebdomada, die, vel hora determinatis, non habita ratione ad planetarum mutationes,

84 Par.I. Cap.II De Exorc. scientia prædicto .

& influxus ; sed quatenus talis mensis , talis hebdomada , talis dies , & talis hora ..

4. Quando magis tristatur , ac dolet in vigilijs at solemnitatibus maiori- bus , vt in Quadragesima , Aduentu , Quatuor Temporibus , non ratione ie- unij ; sed quia talis dies ; vel in die Paschatis , Pentecostes , Nativitatis , & Ascensionis Domini , Epiphaniae , & huiusmodi festiuitatum ; & sit hoc plu- rimes à se obseruatum .

5. Quando quis in locis letis , ac deliciarum preter solitam sine naturæ inclinationem , ac consuetudinem non gaudet ; & ubi alij letantur sonando , cantando , & saltando , ipse magis , ac magis tristatur , nec habet aliquam tristitia rationabilem causam ; immò si solitaria loca querat amica negotiorib; nec tamen studio , aut orationi varet .

Irascibilis .

158.

IN. Iraſcibili quinque ſunt paſſiones , ſcilicet Spes , Audacia , Timor , De- speratio , & Ira , ex quarum ſingulis aliqua dæmoniacæ preeſentia indi- cia deſumi poſſunt .

A Spē .

SI quis ſperat , & ſe iactat conſequi aliiquid nimis arduum ; quod natu- ræ humanae , & induſtriae vires , ac communem ordinem naturæ ex- eedere videtur , ſi non eft mente captus , dæmoniacus eft , vel diabolicus .

Ab Audacia .

Patiens , qui audet facere aliiquid excedens totam naturam humanam , vel induſtriae vires ; ſi id à Deo eſſe veriſimiliter existimari non po- ſit , dæmoniacus eft , vel diabolicus .

2. Quando quis ſubit ſpontē pericula mortis , puta ſe ab alto loco præci- pitat , vel quid ſimile agit , ad quod debet mors ſequi , nec tamen ſequitur , neq; aliud malum ; dæmoniacus eft , vel diabolicus .

A Timore .

Vando quis ſine vlla cauſa timore , ac terrore ſubitaneo inaniter percellitur , & nescit quid timeat .

2. Quando nulla cauſa preecedente quis valde timet occidi , precipue ab amicis ; & ideo ab eis fugit , & ſe abſcondit .

A Desperatione .

Vando nulla preecedente tribulatione , vel perſecutione agitatus : quis ſe desperat : ac propterea nunc uestes , ac propria membra dilat-

dilacerat : nunc pugnis se percutit : modò in puteis, modò in stagnis, aut lacunis se submergit : aliquando in ignem se deicet : aliquando faxis se collidit, vel ab alto loco se precipitat; dæmoniacæ præsentia signum est euidentis, si hoc faciat contra suam propriam voluntatem.

Ab ira.

I. **Q** Vando quis timoratae conscientiae nulla præcedente causa contra seipsum irascitur : vel etiam contra parentes, amicos, & domesticos ; ac ira percitus profert blasphemias in Deum, Christum, Mariam Virginem, & Sanctos, dæmonemq; inuocat in sui auxilium; dæmoniacus est, vel diabolicus.

2. Quando quis velut canis rabidus, aut lunaticus spumat, & dentibus fremit, si non est stultus, vel aliqua naturali infirmitate correptus ; dæmoniacus est, vel diabolicus.

¶ 3. Quando statim ac vir, & vxor sunt in prospectu, si alter alterum fugit ; vel ita irascuntur ad innicem, vt unus alterum aggrediatur calce, pugnis, vnguis, morsu quasi hostem infensissimum, licet separati se amet ardenterissime; signum est euidentis diabolicæ operationis.

§. IV.

Ex Potentijs sensitiujs exterioribus.

EX sensibus pariter externis, videlicet Visu, Auditu, Gustu, Odoratu, & Tactu multa dæmoniacæ præsentia signa hauriri solent.

Ex Visu.

¶ 1. **C**VM subito patienti lumen aufertur, & subito restituitur; quod si frequenter accidat, signum est euidentis.

¶ 2. Quando patiens diurno tempore nihil videt: nocturno vero benè videt, & si sciat legere, legit sine lumine, ita quod illi dies videtur nox, & nox videtur dies; dæmoniacus est, vel diabolicus.

3. Quando patiens videt res in alia dispositione à sua propria, & naturali; vt si canem videret vt hominem, lignum pro homine, & alia huiusmodi, periculum est obsessionis, vel alterius dæmoniacæ perturbationis.

4. Cum oculus patientis sic perturbatur, vt terreat videntes, terribilesq; ac perlucidas monstrat oculorum acies.

5. Cum lacrymas emitit ab oculis absq; alia causa, nesciens, quid ploret.

6. Cum faciem Sacerdotis, & præcipue Exorcistæ patiens vix aspicere valet, & album oculorum varijs modis mutat. Quod maximè attendendum in infantibus, & puerulis, ex quibus alia signa difficillimè hauriri possunt.

7. Quando videt dæmonem sub aspectu minantis, aut iactantis, se corpus eius velle possidere: vel sub forma monstruosa, puta gigantis, vel homi-

36 Part.I. Cap.II. De Exorcis. Scientia prædicto.

nis atri, aut recenter mortui : vel etiam canis, leonis, vrsi , lupi, hirci : vel auis, vt vulturis, accipitris, corui, picæ, galli, gallinæ, vel serpentis, aut bufonis, vel alterius generis; signum est, dæmonem iam corpus possidere ; vel tentare ingressum, vt possideat .

8. Quando aliqua , quæ erant ante oculos subtrahuntur , vt non videantur, deinde subito apparent; signum est diabolice illusionis .

Ex Auditu.

- ¶ 1 **Q** Vando subito variatur auditus, ita vt patiens sit surdus, & postea bene audiat : si hoc eueniat in audiendo spiritualia , euidens est signum .
2. Quando patiens audit quasdam voces se vocates, & ille maximè attedit.
 3. Quando est rumor continuus in auribus , nec adsit probabilis causa naturalis assignanda .
 4. Quando exorcismos, euangelia, sacrasq; lectiones non solùm cum extraordinario tædio; sed etiam cum ingenti perturbatione , vel graui sopore affectus auscultat .
 5. Quando pulsantur campanæ benedictæ ; vel aliud signum datur spirituale, si graui afficiatur tædio .

Ex Gustu.

- ¶ 1 **Q** Vando ultra septem, vel nouem dies patiens nihil comedit ; vel parum ; & tamen fortis est , & pinguis , sicut prius ; signum est euidens esse dæmoniacum, vel diabolicum .
2. Quando per multos menses non potuit gustare panem , vel carnem , quæ prius sine difficultate comederat ; nec tamen aliqua videtur corruptus ægritudine .
 3. Quando patiens vehementissima ardet siti; nec tamen potest aqua, aut vinum bibere, immò quicquid aptum est extinguere sitim, abhorret .
 4. Quando quis videtur fame perire; nec tamen cibum ullum gustare potest ; immò omne comedibile fugit, & abhorret .
 5. Quando quis incessanter cruda deuorat, nec satietatem præsefert .
 6. Quando comedit bestialiter in magna quantitate , & babit valde excessiuè contra suam consuetudinem; nec tamen umquam satiatur .
 7. Quando patiens cum difficultate comedit , ita vt violenter oportet illum cibare, & nullam habet infirmitatem hoc causantem .
 8. Quando patiens magis abhorret cibum benedictum; quam alium .
 9. Quando patiens graui velut delirio corruptus longam fert inediām .

Ex Loquela.

- ¶ 1 **Q** Vando quis loquitur linguis, quas ipse non intelligit .
- ¶ 2 **Q** Quando quis loquitur alte de mysterijs supra propriam capacitem;

tem; nisi constet probabilitet ex eius sanctitate, vel aliundē id esse diuino afflante spiritu.

¶ 3. Quando prædicit futura, vel quæcumq; sibi ipsi occulta, quæ excedunt intellectum humanum, non tamen intellectum diabolicum; dæmoniacus est, vel diabolicus.

¶ 4. Quando inopinatō vocem amittit, nec potest loqui, nec os aperire, etiam volens; si postea loquatur ad præceptum dæmoni factum ab Exorcista in nomine Iesu, signum est euidens.

5. Quando improposito exeunt ex ore hominis sani, nec vino, aut passione perturbari, vel phrenesi laborantis verba, quorum statim postea non recordatur, ac nescit se illa dixisse, vel nollet ea dixisse.

6. Quando quis timorata conscientia, absq; vlla causa verba profert, patentes, vel amicos, quos honorare consueuit, miro modo pungentia, ac subsannantia.

7. Quando quis non ex instituto, nec liberè volens, voces interdum brutis non parùm absimiles emittit.

¶ 8. Cùm varios absq; connexione quis profert sermones; nisi sit phreneticus, vel mente captus, vel ebrius, vel sit mulier patientis defecutum menstruum; dæmoniacus erit.

9. Quando quis sacra verba difficultissime profert, nec nisi truncando, & balbutiendo, præcipue cùm recitat Psalmum 50. *Miserere mei Deus, & cat.* vel 90. *Qui habitat in Aduitorio Allelli pi, & cat.* Vel profert Sanctissimum Nomen Iesu, vel Beatis. Deiparae Mariæ; aut initium Euangeli S. Ioannis.

10. In verbis prolatis à mulieribus patientibus defecrum menstruum obseruanda sunt, quæ habentur supra num. 88.

Ex Odoratu.

1 **Q**vando quis ausigit sacrorum odores: vt rerum benedictarū thuris, rutæ, rosarū, & huiusmodi, si illos non benedictos non abhorreat.
2. Quando de ore patientis exeunt fetores infernales, vt sulphuris, picis, fuliginis, carbonum, & huiusmodi.

Ex Tactu.

1 **Q**vando quis tangendo nimis vrit, vel ignescit; aut subitò frigescit.
2. Cùm percutiendo leuiter nimium infert dolorem.

3. Quando ad simplicem tactum manuum sacerdotalium patientis capit is grauedinem, vel rem frigidissimam sentit.

§. V.

Ex Potentijs vegetatiujs.

CV M. Vegetatiua Potentia triplici ornata sit facultate, scilicet Nutritiua, Augmentatiua, & Generatiua; Ex harum singulis aperte varia dæmoniacæ operationis signa desumuntur.

Ex Nutritiua.

- Q** Vando quis nulla naturali ægritudine affectus cibum non potest attrahere ad stomachum ad corpus nutriendum.
- †** 2. Quando quis alioquin sanus, & benè dispositus canina, aut lupina fame vexatur; & licet maximam cibi quantitatem deuoret, semper tamen esurit.
3. Quando cibum in stomacho retinere nō potest; sed illum vomitu reijcere cogitur, licet aliás sanus sit: si verò sit benedictus, illum retinet.
4. Quando quis aliás sanus, & benè dispositus cibum digerere non potest; licet magnam habeat in stomacho caliditatem.
5. Quando bolum ferè perennem sentit in stomacho, & persæpè ad guttur accendentem, quo suffocari videtur; præcipue si hoc contingat etiam immeiatè post sumptam medicinam euacuantem.
6. Cùm quis vomitu reijcit cultros, clauos, acus, capillos, vitra, & alia id generis artificialia.
7. Quando quis per posticam eadem emittit; vel quæcumq; alia, quæ in corpore generari non possunt; vel continuum per multos menses emittit sanguinem, nulla affectus ægritudine.

Ex Augmentatiua.

- †** 1. **Q** Vando puer, vel puella, adolescens, vel adolescentula, qui aliás erant natura pingues, & alacres, nulla apparente ægritudinē, causa non solū non augentur, & quantitate molis proficiunt; sed potius decrescent, & continua macie afficiuntur, & consumuntur, quāuis manduent, & bibant non solū more solito, sed maiori in quantitate.
2. Quando quis contra solitum naturæ suæ, ac complexionis cursim nimio tumore, ac pinguedine afficitur in aliquibus corporis partibus: vel etiam in toto corpore, nulla alia affectus ægritudine.

Ex Generatiua.

- †** 1. **Q** Vando vir vxori, vel vxor viro appropinquare non potest; quia sibi videtur aliquod esse corpus intermedium.
2. Quando personæ, vel corpora, aut generationis organa apparent horribilis formæ, vel fæditatis intolerande.
3. Quando vir, et si calidæ sit naturæ, & complexionis robustæ, non potest semen decidere intra vas muliebre, licet seminet extra.
4. Quando vir non potest habere copulam cū vxore, vel persona, quam amat: quia statim elumbis, & elanguens recedere cogitur; quod tamen ei non evenit, si cum alijs mulieribus commiscetur.
5. Quando ex parte feminæ vas muliebre, quod prius erat latum, ita constringitur, quod à virga penetrari non potest; licet vir sit robustus.
6. Quando

6. Quando vterquè coniux ex parte suorum parentum sunt fecundi; nec tamen generare possunt; eò magis si constat ex alijs causis vxorem esse maleficiatam, nec appetet causa naturalis sterilitatis.

Cause autem naturalis sterilitatis, vt docet Hippocrates in *Aphor. scđt. 5. ver. Aphor. 46.* & ibi Ogglerius Medicus, sunt, ex parte viri nimia frigiditas naturæ: quia tunc eius semen est generationi ineptum: ex parte vero mulieris, puta nimia eius pinguedo, aut caliditas: quia nimia pinguedo impedit seminis retentionem; & nimia caliditas causat illius extinctionem: Ex parte tandem utriusq; quando videlicet illorum semen non est proportionatum: vt si viri est melancholicum, & mulieris sanguineum: nam agens, & patiens debent esse proportionata, alijs impeditur actio.

Q V A E S T I O N E I I .

Quænam signa desumantur ex dispositione corporis.

EX varijs corporis effectibus inusitatis, motibusq; insolitis, qui à natu-
rali causa, vt plurimum ortum habere non possunt, solent Exorcistæ
quædam sumere experimenta, quibus, quænam sit causa latens, facile explorant:
quæ plurimum etiam Medicis deseruire valent ad cognoscendum,
cùm morbi à causa non procedunt naturali.

Hos autem inusitatos effectus deprehendunt, dum morbus inchoatur, au-
getur, & perseuerat.

Dum morbus inchoatur, si statim ab initio nullis peccantibus humoribus
in causa existentibus morbus se prodit cum grauissimis symptomatibus, vt
sunt:

1. Mentis quædam stupiditas.
2. Varia deliria melancholica.
3. Motus quidam conuulsuum, qui epileptici videntur.
4. Repentinæ corporis passiones, & oppressiones, quas ipse oppressus
explicare nescit.

5. Eiusdem generalis extenuatio, & color infaustus, puta viridis, palli-
dus, cedrinus, aut roco similis.

6. Spontanea neruorum, ossium, medullarumq; vexatio, aut rigiditas,
vt conuulsionem præferat.

7. Laceratio, & constrictio intestina viscerum; ac dolor in ventre cum
maximo rumore, & revolutione vitalium.

⊕ 8. Dolor continuus in capite sine aliquo interuallo, siue sit per mo-
dum grauaminis, siue per modum percussionis: vt cerebri, vel temporum
indeficiens, & intima terebratio, si ad signum crucis ⊕ statim cesset.

9. Pulsatio arteriarum circa collum.

10. Cordis grauatio, & punctura, acsi acubus configeretur.

11. Dolor in stomacho perpetuus: vt puncturae in ore per momenta pū-
gentes, vel per modum indigestionis, vel magnæ debilitatis, aut duræ pilæ
aggravantis, quo suffocari, ac strangulari videtur egrotus.

161.

*Signa desump-
ta ex disposi-
tione corporis
etiam Medicis
deseruiunt.*

*Signa desump-
ta ex morbo in-
choante.*

90 Par.I. Cap.II. De Exorc. scientia prædicto.

13. Cibus semper indigestus, crebræquè vomitiones; si hoc non eueniat, quando cibus est benedictus.
14. Ventris deiectione, inflatio, & tumor per flatum frigidissimum, vel calidissimum sensibiliter permeantem, discurrentem, & euanescientem.
15. Colli, & renum frequentes perpessiones.
16. Particulae corporis velut nexibus ligatae, & oculorum palpebræ ita astictæ, ut vix aperiri possint.
17. Sudores leues circa noctem, quamvis temporis constitutio frigida rigeat, quorum Medici nesciunt causam naturalen assignare.
18. Syncoparum accidentia statutis horis aduenientia cum continuo vitæ tædio, grauamine melancholiæ, obstinata taciturnitate, & suspirijs, quæ luctuosa vocantur, absq; manifesta causa emissis.
19. Tremor in membris, & præcipue in capite patientis causatus per presentiam spiritualium rerum, vel personarum.
20. Inquietudo, qua aliquis nullo modo quiescere potest, nec stando, nec sedendo, nec decumbendo, & infirmitas nulla appetet.
21. Tussis sicca valde molesta patienti, & alijs sine pituitæ expulsione, quæ numquam consummatur; sed aggrauatur, dum spiritualia administrantur.
22. Oscitatio frequens cum maxima oris dilatatione; & præcipue dum aliqua sacra lectio habetur.
23. Tumores subiti, qui in aliqua parte corporis citò oriuntur, & sine aliqua cura naturali citò euanescunt.
24. Decursus subiti caloris, vel frigoris excessi per humeros, & renes.
- † 25. Ventus quidam vehemens qui decurrit per totū corpus ad modū formicarum: vel ad modum serpentis velociter quaquaversum serpit: vel sicut mus modò in hanc, modò in illam corporis partem se intromittit.
- † 26. Deportatio corporis, & illius eleuatio contra voluntatem patientis, & non videtur, à quo deportetur; signū est euidens diabolice præsentiae.
- † 27. Vociferationes, clamores, scissio vestium, arrotationes dentium, & quæcumq; corporis agitationes sine vlla causa, si patiens non est stultus, & hæc ei displiceant, & cognoscat illa, & nollet; signum est euidens.
- † 28. Vis, seu impulsus supra naturam patientis: vt cum homo natura debilis non potest teneri à multis: cum manibus, ac dentibus frangit ferrum, & alia similia, de quibus supra, vbi de signis ex parte Animæ; est signum euidens.
162. Infantes autem, ac pueruli deprehenduntur esse maleficio affecti, vel à dæmons vexati ex sequentibus signis.
1. Quando sapientis contremiscunt nulla apparente causa; maximè si adiungatur, quod continè flent, & non dormiunt, & prius non erant tales.
 2. Quando habent oculos timidos, ac pauidos, nec audent rectè aspicere Exorcistas, ac Religiosos deuotos.
 3. Quando repente amissa bona faciei, ac totius corporis constitutione fiunt pallidi, ac macilentes; & præcipue si Mater, vel aliquis ex domesti- cis esset maleficio affectus, & effectus consimiles pateretur. Nam aliquando tota vña familia maleficio afficitur.
4. Quan-
- Signa, quibus cognoscuntur pueri maleficio affecti.*

4. Quando non amplius volunt lac sugere, & tenent os apertum.

¶ 5. Quando numquam possunt lacte satiari, etiam si continè lac sūgant nedum ex vna, sed ex pluribus nutritibus, ac magis sunt macilentes, signum est euidens. Si verò etiam habeant faciem ad modum hominis senis eunuchi, & sint ponderosissimi, periculum est, quod filij sunt supposititij, idest à dēmone positi loco filiorum verorum. Hi autem filij supposititij, si ab Exorcista benedicantur, quandoquā post aliquot dies moriuntur. Quod experientia comprobaui anno 1646.

Filij suppositi-
tij qnt.

6. Quando infantes videntur səpiùs mori, & non moriuntur.

7. Quando nullis peccantibus humoribus ex sanis repente sunt infirmi; & precipue si in aliquo membro sunt compresi: vel appareat aliquod foramen in corpore, vt sub lingua, in auribus, circa vmbilicum, in pedibus, in cruribus, in naticis, vel ceteris corporis membris.

8. Quando circa renes, vel in pectore sunt nigri propter decursum sanguinis, quem Saga ab eius corpore suxit; vt docet Deltius lib. 3. Disquis. Magic. p. 1. q. 4. sect. 1. ac Spinæus Sacri Palatij Magister quæst. 8. de Strigibus.

Dùm morbus verò augetur, si non crescit paulatim more naturaliū morborum, qui sensim vt plurimū vires atquirunt, donec ad statum peruenient, sed subito, & frequenter se prodit, & valde inconstans est, raro periodos seruando, licet periodicorum naturam referat; vnde licet naturalibus morbis in aliquibus similis esse videatur, in multis tamen discrepat; atq; adeò doctissimos etiam Medicos fatigare solet, qui in ijs diudicandis hæsitant, & huc, illucq; animo agitantur ambigui, nec certi quidquam de his proferre audent, aut statuere possunt, quo sibi ipsis satisfaciant: Hoc enim signum esse maleficij, Medici cōmunitatē docent; Immo Daniel Sennertus de morbis à Fascino, & Incantatione à veneficio inductis agens, & signa maleficiati par. 9. lib. 6. cap. 9. eruferans: illud primum assignat.

163.

Signa desump-
ta augēte mor-
bo.

Denique si morbus in eodem statu perseverat post adhibita à medicæ artis peritis varia remedia, quibus infirmus iuuati non valet; sed morbus exasperati, & in dies augeri comperitur. Nam hoc euidentissimum signū esse maleficij, fatetur Sennertus post alios celebriores Medicos. Si .n. ait, naturalis effet morbus, vtq; naturalib. remedij, physicisq; medicaminibus solueretur.

164.

Signa desump-
ta morbo perse-
verante.

Sed hæc regula səpiùs fallit: quia multoties sunt aliqui morbi intrinseci incurabiles, puta alicuius organi, aut membra interna extenuatio, desiccatio, vel putrefactio. Cui(cum sit intrinsecum)remedia naturalia ritè applicari non possunt; ideoq; pharmaca à Medicis peritissimis adhibita aliquatenus subleuare dolorem, ac mitigare, vitamq; aliquandiū prorogare queunt; sed sanitatem nequaquam integrum, ac perfectam conferre valent.

Cap. III.

De Exorcista virtutibus ornato.

CVM virtus iuxta Ciceronem in Rhetor. sit affectio animi constans, conueniensq; laudabiles efficiens eos, in quibus est: & ipsa per se sua, sponte, separata etiam utilitate, laudabilis: si in omnibus Ecclesiæ ministris

165.

Virtus defini-
tur.

92 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

Virtutes theologica, ac morales qua ratione sunt necessaria Exorcistis.

ministris virtutes tūm theologicā, tūm morales sunt necessariæ, vt dignè, ac laudabiliter sua valeant obire ministeria, has maximè Exorcistis, nedūm vt dignè, ac laudabiliter, sed efficaciter, & tutò sui muneric intentum consequi valeant, necessarias esse quis audeat negare?

Quod Ioannes sufficienter in Exorcista indicat, cùm similem filio hominis in medio 7. candelabrorum aureorum stantem, & præcinctum repræsentat. Ad quid enim status ille describitur, nisi vt ostendatur, illum semper esse paratum ad candelabra erigenda, si cadant; emungenda, si minus luceant; accendenda, si extinguantur, vt explicat Alcazar? Non sedet otiosus, sed stat vt laboris audius: Non discinetus est, & implicatus vestibus laxis, que iter impediant; sed succinctus, vt se aquaquaersum vertere possit, & accurrere, cùm necessitas, & opus vocant: Non stat in extremis anguli, vndē longior via ad oppositos pateat; sed in medio, vt breuiori cursu opem ferat, & sic stando torus ardore uidetur uultu, manibus, pedibus, quasi semper paratus cogitare, operari, & currere ad ea perficienda, quæ è re esse uidentur. Sic Exorcista septiformi munere maximè debet fulgere uirtutum, Fidei, nempè, Spei, Caritatis, Fortitudinis, Patientiæ, Perseuerantiæ, atquè Prudentiæ; quarum unaquequè suo loco singulari modo typicè figurata demonstrabitur, ut in medio Ecclesia constitutus, ac huiusmodi uirtutū splendore ornatus, hinc fideles tenebris circumfusos illuminare, deiectos erigere, nutrātes fulcire, stantes corroborare: illinc follicularios dæmones aut ob-sidentes fugare, aut possidentes expellere, aut malefacentes cohibere, aut incantantes abigere; ut sequentibus articulis manifestabitur.

A R T I C V L V S I.

De Fide.

166.

Exorcista per fidem sit similis filio hominis in facie lucente sicut Sol.

CVM fides sit præcipuum fundamentum, cui innituntur fideles ad dæmones expellendos iuxta uerba Christi Marci vlt. *Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient.* & Ioannis 14. Qui credit in me, opera, que ego facio, & ipse faciet: ut innotescat, quomodo Exorcista fides sit necessaria, de ea examinandæ sunt sequentes quæstiones, ut sic per fidem Exorcista appareat similis filio hominis in facie lucente sicut Sol: Nam sicut facies demonstrat personam, quænam sit, ita per fidem, quam unusquisq; profitetur, cuius sit religionis, & qualis sit, ostenditur.

Q V A E S T I O I.

Quid nomine fidei intelligatur in hoc articulo.

167.

Fides humana describitur.

REspondetur, in hoc articulo non tractari de fide humana, sèu fideli-tate, quæ est quædam uirtus moralis, quæ præbet constantriam in seruandis promissis, & à Latinis uocatur fides, de qua Cicero lib. 1. Officiorum, ait:

ait: *Fides est dictorum, & conuentorum constantia, & veritas.* Nequè de fide gratia gratis data, quæ, vt docet Suarez disp. 8. de distinctione fidei ab omnibus donis, &c. sc̄t. 2. nu. 4. datur homini, vt tam distinctè, & perfectè intelligat, & apprehendat res fidei, vt possit eas alios docere, simpliciter tamen, & sine ornatu scientiæ, & sapientiæ. Nequè de fide, que accipitur pro fiducia: In qua significacione multi Doctores putant sàpè accipi in scriptura fidem pro fiducia; ita tenet Vega quæst. 1. de Iustif. & lib. 9. in Trident. c. 29. Lansenius in Concord. cap. 30. 32. & 35. Balthasar Paes in Epist. D. Iacobi cap. 1. vers. 6. Lyndanus de quatripar. iust. 1. par. lib. 2. c. 3. & recentiores Theologi ad initium 2. 2. D. Thomas. Hoc enim modo fiducia non est fides, de qua loquimur; sed spes connotando quandam perfectionem, seù robur eius; vt benè docet Suarez disp. 1. proemiali de fide, sc̄t. 1. num. 6. & 7. & Drexelius de Conformatioне voluntatis lib. 9. cap. 2. & de hac agitur sequenti articulo. Sed tractari de fide theologica, seù diuina, quæ per se includit habitum, seù lumen fidei, actum eius, & obiectum, quæ tria signillat etiam sumpta solent in scriptura nomine fidei significari.

Fides gratia
gratis data
qua.

Fides pro fidu-
cia sumpta.

In hoc articu-
lo agitur de fide
Theologica.
Fides diuina
includit tria.

§. I.

DE obiecto fidei intelligitur illud ad Galat. cap. 3. *Ex auditu fidei;* & infra *At ubi venit fides,* & ad Ephes. 4. *Vnus Dominus, una fides,* & Apocalypsi. 2. *Non negasti fidem meam;* & ita etiam dicit Athanasius in Symbolo. *Hæc est fides catholica, quā nisi quisque fideliter, firmiterq; credidere;* nam fides, qua creditur, obiectum est virtutis fidei; vt eruditè docet Suarez loco citato sc̄t. 2. num. 3.

168.
1. Obiectum.

De actu verò fidei intelligitur illud Matthæi 9. *Secundum fidem vestram fiat vobis;* & illud ad Roman. 1. *Fides vestra annunciatur in vniuerso mundo;* & in toto capite vndeclimo ad Hebreos: eodem modo sumitur fides, cum illi varij effectus tribuuntur, & quoties in scriptura præcipitur fides tanquam ad salutem necessaria, de hac fide sermo est; quia præcepta de actibus dantur: Ita Suarez loco citato.

2. Actus.

De habitu autem fidei rectè intelligitur illud 1. ad Corinth. 13. *Nunc autem manent tria hæc, fides, & caritas.* & in eodem sensu loquitur Trident. sess. 6. cap. 7. cum dicit, in iustificatione simul infundi Fidem, Spem, & Caritatem.

3. Habitus.

Q V A S T I O II.

Quodnam sit obiectum fidei theologica.

Respondetur, in obiecto fidei tria distingui à D. Thoma 2. 2. quæst. 1. ar. 1. scilicet obiectum materiale, idest materiam, circa quam versatur virtus; & obiectum formale, scilicet rationem, sub qua versatur, seù motiuum, propter quod fides credit. Tertium vocat D. Thomas accidentale, & in solutionibus argumentorum explicat sub hoc membro includere omnia.

169.
Obiectum fidei
triplex.

Roman. 10.
vers. 14.

omnia obiecta creata, quæ secundariò, & quasi consequenter dicit pertinere ad fidem. Veruntamen Suarez *disp. 2. de obiecto fidei*, omnia illa, quæ creduntur ex testimonio diuino, comprehendit sub obiecto materiali fidei. Sed ait, præter obiectum materiale, & formale, requiri ad credendum sufficientem propositionem doctrinæ fidei, iuxta illud: *Quomodo audient sine prædicante?* Nam quia nec Deus testificans, nec res testificatae videntur, ideo necesse est, ut per auditum sufficienter proponantur; nam ideo dicitur esse Fides ex auditu. Hæc ergo obiecta à nobis breuiter explicanda sunt sequentibus dictis.

§. I.

170.
*Obiectum pri-
marium
fidei
quodnam sit.*

DIco 1. Deus secundum absolutam rationem Deitatis, & essentia suæ est primarium obiectum fidei. Hæc est sententia D. Thomæ 1. par. quæst. 1. ar. 7. & quæst. 14. de veritate art. 8. & in 3. dist. 24. ar. 1. & idem tenet Scotus dist. 23. quæst. unica. Durandus dist. 24. q. 1. Capreolus quæst. 4. Prolog. art. 2. Alber. & alij in 3. dist. 23. Idem sentit Marsilius in 1. quæst. 2. vbi refert varias opiniones; Tener etiam Henricus *Quodlib.* 12. quæst. 1. Alexand. Alens. 3. par. qu. 68. memb. 7. art. vlt. & Suarez *disp. ead. sect. 1. n. 5.*

Ratio est, quia Deus ipse, quatenus Deus est, est primarius scopus fidei, seu ratio, quæ principaliter intenditur per fidem. *Quod videtur satis probari ex illis verbis Pauli Hebræor. 11. Accidentem ad Deum oportet credere,* quia est: nam quia esse Dei est eius substantia, & essentia, cognoscere Deū esse, idem est, quod cognoscere Deum esse verum Deum, atque adeò habere veram diuinitatem; ergo hoc est primarium obiectum, quod fides intendit. Et ideo dicebat Christus Ioan. 14. *Creditis in Deum, & in me credite:* quia illud primum est fundamentum reliquorum: facit etiam illud Joannis 17. *Hac est vita aeterna, ut cognoscant te.* Hæc ergo absoluta cognitio Dei est intenta per fidem.

§. II.

171.
*Deus qua ra-
tione sit obiectū
materiale fidei.*

DIco 2. Inter obiecta materialia fidei Deus est obiectum maximè necessarium, & inseparabile à reuelatione fidei: Ita Suarez docet *disp. 2. de obiecto fidei sect. 1. nu. 8.*

Ratio est, quia nihil est credibile per fidem, nisi sub testimonio diuino, vt nunc suppono. *Quisquis ergo credit aliquid per fidem infusam, credit illud reuelatum esse à Deo, & testimonium Dei esse infallibile:* ergo impossibile est credere aliquid fide diuina, quod non sit Deus, quin supponatur aliquid creditum de ipso Deo, quod vt minimum esse debet, Deum esse, & esse veracem in his, quæ testificatur: sic ergo Deus vt obiectum materiale, seu cognitum habet necessariam connexionem cum fide, quam non habent alia obiecta: nam posset Deus multa reuelare de scipso, & nihil de creaturis.

§. III.

DIco 3. Deus non est adæquatum subiectum, & (vt sic dicam) directum fidei; sed hoc est quodlibet ens reuelabile à Deo obscura reuelatione: Ita sumitur ex D. Thom. 2. 2. q. 1. ar. 1. & diſt. 23. q. unica, ibi Gabriel, & alijs communiter, partim ibi, partim diſt. 14. Anton. 3. p. tit. 8. cap. 4 & Abulens. in cap. 22. Matth. q. 301. Suarez loco cū. ſect. 2. nu. 2.

Ratio est, quia & de creaturis multa per fidem creduntur; quia de illis & multa à Deo sunt nobis reuelata, & ideo etiam ipſe sub hac ratione, qua reuelatae sunt, pertinent ad obiectum adæquatum fidei.

172.
Obiectum ma-
teriale adæ-
quatum fides est
quodlibet ens
reuelabile à
Deo.

§. IV.

DIco 4. Deus ipſe, quem credimus, est etiam prima ratio credendi. In hac assertione conueniunt Theologi, D. Thom. 2. 2. q. 1. ar. 1. & 1. par. q. 1. ar. 3. & 7. & Reliqui in Prologo ſentent. & in 3. diſt. 24. Altisiodor. statim in principio Summa in proemio, & Alens. 3. par. queſt. 68.

173.
Deus est prima
ratio credendi.

Hoc notum eſt; nam diuina scriptura ſæpè docet, veram fidem ad ſalutē neceſſariam ipſi Deo inniti: ſic dñ Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi adiutorium; quod dicit Paúlus ſcriptum eſſe propter nos; quia fidem illam, & credendi modum imitari debemus, vt iuſtificemur. Similia ſunt frequentia in ſcriptura; & ideo meritò dixit Ambroſius lib. de Abrahā cap. 3. & lib. 2. Epifolarum Epift. 12. ad Valentiniānum: Celi mysterium doceat me Deus ipſe, qui condidit; non homo, qui ſeipſum ignorauit. Cui magis de Deo, quam Deo credam?

§. V.

DIco 5. Deus vt reuelans, ſeu teſtificans res credendas per fidem, eſt obiectum formale fidei. Hęc eſt aperta ſententia D. Thomae 1. par. queſt. 1. ar. 3. Idem tenet Scotus in 3. diſt. 23. queſt. unica, & diſt. 25. q. 2. in fine, Richardus diſt. 23. ar. 4. queſt. 3. & alijs plures relati à Suarez diſp. 3. de obiecto form. fidei ſect. 2. nu. 3. colligitur ex ſcriptura iuxta illud Ioannis epift. 1. c. 5. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe, & alijs locis.

174.
Deus qua ra-
tione fit obie-
ctum formale
fidei.

Ratio eſt, quia Deus non mouet ad credendum, niſi mediante teſtimonio ſuo. Quomodo enim ei crederemus, niſi nobis loqueretur? Ergo non eſt obiectum formale fidei, niſi vt teſtificans, & reuelans.

Q V A E S T I O III.

Quinam fit actus fidei?

Respondet, actum Fidei eſſe aſſenſum firmum, in auctoritate Dei obſcu-
re reuelantis funditum: ita colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 2. ar. 1.

175.
Actus fidei de-
ſinitur.
Dicitur

Dicitur *assensus*: quia distinguitur actus fidei ab omni actu elicito à voluntate: quia non est actus elicitus à voluntate; sed imperatus à voluntate. Distinguitur etiam ab omni apprehensione, vel inquisitione intellectus nondum deliberatè iudicantis. Hic enim assensus est actus intellectus, & significat iudicium, quo intellectus ad unam partem determinatur. Additur *firmus*, vt ab opinione distinguitur, quæ etiam præbet assensum, sed formidolosum, & aliquo modo dubium; fides autem debet esse firma. Quia verò hoc solet etiam suo modo tribui fidei humanae, & multò magis cuiuscumq; assensui evidenti; ideò additur ultima particula *in auctoritate Dei*, & cæt. per quam actus fidei infuse tam ab acquisita fide, quam ab actu scientiae, & à quois actu evidente distinguitur: Et præterea per illam particulam designatur ultima differentia essentialis, & substantialis actus fidei; nam hæc differentia sumitur ex obiecto formali, quod per illam particulam explicatur: Ita eruditè docet Suarez disp. 6. de Actu fidei, sett. 1. nn. 5.

Ex hoc colligitur, actum fidei infuse esse actum ab intellectu elicatum, & imperatum à voluntate; ac proinde subiectari in intellectu; vt testatur Paulus 2. Cor. dicens: *In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.*

QVÆST 10^o IV.

Quomodo Fides Theologica definiri possit.

176.
*Fidei Theolo-
gica definitio.*

Respondetur, Fidem Theologicam definiri à D. Paulo Hebreor. 11. quod sit substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium: Ita Magister Sent. in 3. dist. 23. cap. penultimo, & ultimo dicit hanc esse fidei definitionem. Consentient cum Magistro Scholastici, qui planè affirmat hanc esse definitionem fidei, quæ est virtus intellectus. Bonavent. eadem dist. ar. 1. quest. 5. Ricardus ar. 4. q. 1. Paludan. quest. 4. ar. 1. §. quantum ad tertium. Maior quest. 8. Albertus ar. 18. & alij plures relati à Vasquez tom. 2. in 1. 2. quest. 113. disp. 209. c. 2. Dicitur *substantia rerum sperandarum*: quia est fundamentum spei, & quatenus substat alijs; propriū enim est fidei, fulcire spem, & fiduciam: quia non posset homo sperare, nisi crederet; ideò certitudo fiduciæ proportionata est certitudini fidei; nam est veluti baculum, in quo Viatores nituntur ad sperandum. Vnde Ambrosius lib. de Cain, & Abel, ait: *Fides est radix omnium virtutum*; & quod super hoc fundamentum edificaueris, hoc solum ad operis tui fructus, & virtutis proficit mercedem. Dicitur *argumentum non apparentium*, id est firmus assensus, quo intellectus conuincitur, & inducitur ad credendum ea, quæ non videntur, ita exponit Suarez disp. 6. de Actu fidei sett. 2. nn. 5. Vel dicitur *argumentum non apparentium*: quia eius actus est inclinare intellectum ad actum credendi, ac eidem intellectui cooperari influendo in actum ipsius, quo actu intellectus firmiter assentit, seu adhæret reuelatis à Deo.

Q VÆ S T I O V.

Quomodo Fides Theologica diuidatur.

R Elictis varijs diuisiōnibus, quæ à Theologis afferuntur, vnicam refēram ut magis instituto nostro conuenientem. Fides ergo diuiditur in vniuersalem, & particularem.

Fides vniuersalis dicitur illa, quæ per se necessaria est ad salutem, & communī vsū Ecclesiæ *Catholica* nominatur; tum etiam quia ipsum nomen *Catholica* vniuersalitatem significat. Hæc autem fides vniuersalis est, & quoad personas: quia pertinet ad omnes, qui placere Deo volunt; & quoad tempora: quia semper in Ecclesia fuit; & quoad loca: quia vbique prædicata est, & prædicatur; & quoad dogmata: quia est de omnibus particulis fidei, & consequenter etiam de omnibus, quæ in illis continentur, & quæ Ecclesiæ reuelata sunt, vel per eam credenda proponuntur: Sic docet Suarez disp. ead. sect. 3. nū. 6.

Fides autem particularis dicitur illa, quæ in aliqua priuata reuelatione fundatur, vel instinctu Spiritus S., qui illi equiualeat. Et meritò particularis dicitur; quia in materia, persona, & propositione priuata fundata est. Hæc autem rursus triplex est. Prima, qua aliquis credit ea, quæ sibi peculiariter reuelata sunt. Quo pacto Prophetæ crediderunt multa, quæ non omnibus fidelibus, sed sibi tantum reuelata fuerunt. Et Abraham credit multa, quæ sibi soli fuerunt per reuelationem promissa. Secunda fides priuata est miraculorum, qua aliquis certò sibi statuit, Deum facturum aliquid preter consuetum ordinem. De qua dicitur Matthæi 17. *Si habueritis fidē sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Tertia fides huic est similis, nempe qua quis credit se à Deo consecuturum aliquid spirituale, vel temporale ad spiritualia pertinens, pura démonem ab obſesso expulsurum etiam sine potestate exorcistica; vel sanitatem corporis in ordine ad salutem animæ obtenturum; vel quid simile animæ salutare à Deo impetraturum: Ita docet Vasquez q. 113. in 1. 2. D. Thomas disp. 209. cap. 5. ac Suarez disp. ac sect. eadem num. 7.

Q VÆ S T I O V I.

An fides miraculorum, ac promissionum sit eadem cum fide Catholica.

R Espondetur cum Suarez disp. 8. de distinct. fidei ab omnibus donis, & ceter. sect. 1. num. 3. tria posse considerari in eo, qui facturus est miracula; vel aliquod beneficium à Deo miraculosè impetraturum. Primum est credulitas de omnipotentia Dei, & veritate promissionum eius. Secundum est quedam quasi applicatio huius vniuersalis fidei ad hoc factum in particulari, ita ut aliquis iudicet certò, & credat se facturum hoc miraculum; vel obtenturum hoc beneficium miraculosum hic, & nunc. Tertium est fiducia quedam, quæ inde resultat in voluntatem.

G

Pri-

177.
Fides duplex,
Vniuersalis.

Particularis.

178.
Tria considerā-
tur in eo, qui
facturus est mi-
raculum.

98 Par I. Cap. III. De Exorc. virtutibus ornato.

Altus fidei.

Primum eorum, certissimum est, omniō in opere miraculoſo esse necessarium: quia illud est fundamentum omnium ceterorum. Vnde Matth. 9. quando Christus Dominus illuminaturus erat quosdā cęcos, exigens ab illis fidem necessariam dixit: *Creditis, quia hoc possum facere vobis?* Dixerunt vtiq; Domine; tunc tetigit oculos eorum dicens: *secundum fidem vestram fiat vobis.* & cap. 13. in fine. *Non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.* Erat ergo necessaria credulitas.

Applicatio ilius actus.

Secundum si debito modo explicitet, dicimus, illud iudicium non esse omnino impossibile: posito enim firmo assensiū fidei, me obtenturum à Deo, quicquid petiero, si debitè petam, & cum conditionibus, quas Christus in suis promissionibus requirit, fieri potest, vt aliquis hic, & nunc, & hoc in opere, non diuina, sed morali quadam certitudine iudicet concurrere omnia necessaria ad impetrandum miraculum: siue quia illa manifeste videt: siue quia simul etiam iunatur interius auxilio Dei, vt possit ita existimare; ex quibus elicetur illud iudicium certum aliquo modo simile iudicio theologico, vel prudentiali; quæ omnia non esse impossibilia per se patet. Non tamen credo huiusmodi iudicium esse simpliciter necessarium: tum quia nulla est ratio, quæ cogat ad exigendum illud: tum etiam quia ad debitam fiduciam, & excludendam omnem dubitationem reprehensibile, satis est firmiter iudicare, non solum in genere, sed etiam in hoc facto me impetraturum, quod intendo, certitudine conditionata, *Si per me non sterterit, &c.*

Fiducia ex ea resultans.

Tertium est fiducia illa, quæ ex huiusmodi applicatione fidei vniuersalis ad hoc factum in particulari resultat in voluntatem, quæ necessaria est ad obtainendum, vt latè ostenditur *articulo sequenti.* Quæ fiducia sepius insinuat in diuina scriptura, quæ interdum vtitur nomine *credulitatis:* interdum nomine *confidentie;* & Christus Dominus sape dicit, *Confidite, confidite, &c.* Item quia nemo potest orare vt oportet, nisi speret, & confidat etiam vt oportet: miracula autem maxime perficiuntur oratione conuenienter facta.

§. I.

179.
Fides miraculorum, & promissionum est eadem cum fide Catholica.

Sustinēt Theologī.

Constat ex diuina scriptura.

AD quæstionem ergo dicimus, Fidem illam, quam scriptura requirit ad patranda miracula, & alia beneficia miraculosè obtainenda, quoad substantiam, & essentiam esse ipsum actum Catholice Fidei ita elicimus, & applicatum ad hoc particulare factum, vt possit generare illam fiduciam, & actus alios necessarios ad impetrandum miraculum.

Hanc conclusionem sustinent D. Thom. 2. 2. q. 178. ar. 1. ad 5. Caietan. Matth. 17. Soto 2. de Natura, & Grat. cap. 6. Et est aperta sententia D. Cypriani lib. 3. ad Quirin. cap. 42. & valde indicant Ambrosius. lib. 8. in Luc. ad illud *Adauge nobis fidem,* & Hilar. in Matth. canone 17.

Colligitur in primis clare ex 1. ad Corinth. 13. *Si habuero omnem fidem;* ita vt montes transferam; vbi Apostolus expressè loquitur de Fide Theologali, & Catholica, & eam comparat cum charitate. Vnde postea concludit,

cludit, *Manent hac tria Fides, Spes, & Charitas.* Si similis locus est ad Hebreos 11. Nam illa Fide, quam definierat, esse substantiam, & ceterum. & sine qua dixerat esse impossibile placere Deo, dicit patrata esse miracula. Hac, inquit, fide suscepserunt mulieres de resurrectione mortuos suos, & ceterum. id est obtinuerunt resurrectionem suorum virorum.

Ratio est: quia Fides, quae ad miracula requiritur, non pertinet ad nouum habitum, seu virtutem infusam; neque constituit nouum genus, aut ordinem actuum. Nam ex tribus enumeratis actibus, qui maximè possunt concurre ad opus miraculosum, primus manifestissimè est actus fidei. Tertius quoad substantiam est actus spei; quia spes, & fiducia non distinguuntur essentialiter. Secundus verò (si adsit) eiusdem rationis est cum assensu Theologico, & iuuari potest à prudentia infusa, vel acquisita quoad applicationem generalis fidei, ad hoc particulare factum, vel has circumstantias particulares. Et ex his tribus actibus primus fons est, & radix aliorum, & cum aliàs sit propriissimè actus fidei, ideo illi propriissimè conuenit ratio fidei miraculorum.

Præterea fides miraculorum, ac promissionum idem omnino habet obiectum formale, nempe Deum ut reuelantem, & notificantem res credendas per fidem; quod habet etiam fides theologica; non ergo inter se differunt essentialiter. Cur enim quis confidit, se aliquid miraculosè à Deo obtentur? Certè quia credit Deum esse omnipotentem, summè bonum, ac fidelem in suis promissionibus: hoc autem credit, quia Deus per diuinas scripturas hoc reuelauit.

§. II.

Obijcies. Actus fidei Catholicae, & quævis eius perfectio est in nostra potestate; hęc verò fides miraculorum non ita, sicut nec patrare miracula. Vnde Matthæi 17. Apostoli non potuerunt expellere d̄monem, cum tamen fidem Catholicam haberent.

180.
Obiectio.

Respondetur, aliud esse patrare miracula, aliud habere fidem de se sufficientem ad ea impetranda. Primum non est in hominis potestate semper; tum quia completa potestas, quæ requiritur ad opus miraculosum, non inhaeret per modum habitus, etiam in illis, qui frequenter miracula edunt: vt docet D. Thom. 2. 2. quāst. 172. tum quia pr̄ter fidem requiruntur multa ex parte Dei, quæ non semper dantur, etiam posita fide, quia non expedit: attamen illud secundum (hoc est habere fidem) in hominis potestate positum esse censet Suarez loco citato nu. 8. esseq; actum verè liberum, & humanum; ac licet pendeat ex auxilio gratiæ; illud tamen non deerit volunti credere, vt oportet: quod plane docet Paulus ad Hebreos 11. & 1. Corinth. 13. Et colligitur ex Matth. 14. & 17. Vbi Christus reprehendit Apostolos, vel etiam quosdam alios, quòd carerent hac fide: erat ergo in illorum potestate, aliàs non fuissent reprehensione digni. Item Luca: 10. & sape aliàs consulit, vt habeamus hanc fidem; & Iacob. 1.: Postulet in fidem nihil hesitans. Est ergo in nostra potestate. Tandem huiusmodi fides in

Dilutio.

100 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

eo, qui impetrat miracula, est laude digna, & meritoria; ergo & libera.

Q VÆ S T I O V I I .

Quomodo Fides Theologica possit esse maior in uno, quam in alio.

181.
Distinctiones
tres de fide.

ANte solutionem tres premittendæ sunt distinctiones.
A Prima distinctio. Quantitas habitus fidei potest considerari duplum: Vno modo secundum rationem formalem obiecti: Alio modo secundum ea, quæ materialiter credenda proponuntur.

Secunda distinctio. Fides potest attendi vno modo secundum ea, quæ creditur implicitè: Alio modo secundum ea, quæ explicitè creduntur.

Tertia distinctio. Fides potest considerari secundum participationem subiecti, & hoc dupliciter: nam actus fidei procedit ex intellectu, & ex voluntate, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 4. ar. 1. His positis.

Affertio 1.

Dico primò. Fides Theologica ratione obiecti formalis non potest esse maior in uno, quam in alio: quia formale obiectum fidei est vnum, & simplex, scilicet Veritas prima: Vnde ex hac parte fides non diversificatur in creditibus; sed est vna specie in omnibus.

Affertio 2.

Dico secundò. Fides secundum ea, quæ implicitè creduntur, in omnibus creditibus est eadem. Ratio est: quia quando quis incœpit credere, subiecit animum suum omnibus creditibus, quæ Catholicorum tenet assertio, & quæcumque de nouo à Deo fuerint reuelata: & ita id, quod nunc sibi reuelatur, iam credebat implicitè: obiectum enim fidei adequatum, ut dictum est supra, est quodlibet ens reuelabile à Deo obscura reuelatione. Vnde actus fidei hoc modo neq; augetur, neq; diminuitur; neq; maior est fides in uno, quam in alio.

§. I.

182.
Affertio 3.

DIco tertio. Fides Theologica explicitè, non ratione obiecti formalis, sed materialis, idest secundum ea, quæ materialiter credenda proponuntur, potest esse maior in uno, quam in alio: Ratio est: quia cum creditibilia plura sint, & possint accipi vel magis, vel minùs explicitè, secundum hoc vnum homo plura explicitè, quam alius potest credere; & sic in uno potest esse maior fides, quam in alio ex parte obiecti materialiter sumptu secundum maiorem fidei explicationem: Et sic fides in uno vel ad maiora, vel etiam ad plura quam in alio potest se extendere: Ita D. Thom. 2. 2. q. 5. ar. 4.

Diversitas cre-
dentiū.

Matth. cap. 8.
ver. 8.

Vnde quidam dicuntur habere magnam fidem: alij paruum: alij magnā respectu vniuersi gratiæ obtinendæ; sed exiguae respectu alterius consequendæ: alij maiorem in ordine ad vnum beneficium secundum vnum modum impetrandum; sed non secundum alium. Constat ex verbis Christi Salvatoris nostri, qui admiratus de verbis Centurionis, quando dixit: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus:* sequentibus se dixit: *Amen dico vobis, non inueni tantum fidem in*

in Israel! Si ergo tantam fidem non inuenierat, signum erat, quod aliquam minorem hac inuenierat; quod vtique nemini est dubitandum. Nam alij plures ex Hebreis, ait Tostatus *quæst. 165. in cap. 17. Matthei*, credebant quidem, quod Christus posset sanare infirmos; sed dummodo ad eos accederet, & manu tangeret eos. Sic Regulus in Iesum credidit, & rogauit illū, vt sanaret filium suum; sed dixit ad eum, *Domine descendere prinsquam moriatur filius meus*. Necessarium iudicauit, quod Christus accederet ad egrotum. Sic mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, credidit in Iesum, quod à fluxu sanguinis sanaretur; sed dummodo tangeret saltē fimbriam vestimenti eius. Vnde dicebat intra se: *Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero*. Sic quidam Princeps rogauit Iesum pro filia sua defunctā, dicens: *Domine filia mea modi defuncta est*; sed addidit: *Veni impone manum tuam super eam, & viuet*. Sic plures alij credebant se à Christo beneficium aliquod vel sibi, vel alteri accepturos; sed quoad modum consecutionis nullus habuit tantam fidem, sicut Centurio. Credidit enim, quod Christus solo suo verbo etiam in absentia sanaret seruum suum, dicens: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus*; quasi diceret: Domine scio, ac credo, quod tu es omnipotens, & in te est virtus infinita, non est ergo, cur descendas in domum meam, quia peccator sum, vt sanes seruum meum; sed sufficit vnicum verbum tuum, in quo facta sunt omnia, & illicò sanabitur puer meus. His ergo verbis auditis à Christo iuremetitò admiratione repletus dixit: *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel*.

Ioan. 4.

Vers. 49.

Matth. 9. vers.

21.

Ibid. vers. 18.

Matth. 8. v. 8.

Vers. 10.

§. II.

Dico quartò. Fides Theologica secundum participationem subiecti potest esse maior in uno, quam in alio, tum ex parte intellectus propter maiorem certitudinem, & firmitatem: tum ex parte voluntatis propter maiorem promptitudinem, seu deuotionem, vel confidentiam: Ita D. Th. artic. eodem.

183.

Assertio 4.

Ratio est: quia de ratione fidei est, vt Veritas prima omnibus preferatur; sed tamen eorum, qui eam omnibus præferunt, quidam certius, & deuotius se ei subiiciunt, quam alij. Et secundum hoc etiam fides est maior in uno, quam in alio.

Probatur ratio-

ne.

Hoc aperte constat in muliere Chananea, quæ accedens ad Iesum rogauit eum dicens: *Miserere mei Domine fili David: filia mea male à demonio vexatur*. Cui tandem Iesus dixit: *O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis*. Sed cur Christus magnam vocavit eius fidem? Non vtique ratione petitionis: quia non erat aliquod magnum, quod perebat, cum ferè quotidie Christus ab Energumenis (etiam non rogatis) démones expelleret; sed magnam appellauit ob firmitatem, ac stabilitatem in credendo; nec nō ob promptitudinem, ac deuotionem in perseuerando. Licet enim Christus non responderet ei verbum, immo eam repelleret, ac vocaret eam canem, nihilominus non infirmata est fide, non vacillavit, nec dubitauit de Iesu

Exemplo.

Matth. 15. ver.

22.

Vers. 28.

potentia, bonitate, ac fidelitate in tribulatis subleuandis, & obsessis à dæmone liberandis: ideo perseuerauit in petendo dicens: *Domine adiuua me: nam & catelli edunt de misis, qua cadunt de mensa dominorum suorum*. In quo ostendit firmitatem fidei suæ, qua credebat Christum esse Dominum potenter filiam suam à dæmonio liberare, ac piissimum, ideoq; eius tandem preces non despecturum; sed id, quod ipsa petebat, largiturum.

Q V E S T I O VIII.

An Fides Theologica differt à Fide gratia gratis data, & consequenter à ceteris gratijs gratis datis.

184.

*Gratia gratis data quæ.**Describuntur.*

Ante solutionem quæstionis sciendum, nouem esse gratias gratis datas: à D. Paulo enumeratas 1. Cor. 12. Alij per Spiritum Sanctum datur sermo sapientia: alijs sermo scientie secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alijs gratia sanitatum in uno spiritu: alijs operatio virtutum: alijs prophetia: alijs discretio spirituum: alijs genera linguarum: alijs interpretatio sermonum. Hac autem omnia operatur unus, atq; idem Spiritus diuidens singulis prout vult.

1. Sermo sapientiae est donum, quod datur homini, vt non solùm possit fidei doctrinam proponere simpliciter; sed etiam ex illa multas veritates reconditas elicere, & persuadere; & propterea per causas, vel altiores rationes diuina mysteria explicare.

2. Sermo scientiae est gratia, per quam homo rationibus naturalibus, vel exemplis fidem explicat, & quæ contra obiciuntur, soluit.

3. Fides in eodem spiritu est gratia, per quam datur homini, vt tam distincte, & perfecte intelligat, & apprehendat res fidei, vt possit eas aliós docere; simpliciter tamen, & sine ornatu scientiae, & sapientiae. Hæc ab aliquibus vocatur fides miraculorum.

4. Gratia sanitatum est illa, per quam quis, diuina operante virtute, alii cui sanitatem confert, quam naturaliter, vel saltem nisi post longum tempus, consequi non potuisset.

5. Operatio virtutum est gratia, per quam homo ad confirmationem fidei, nec non utilitatem aliorum, dæmones ab obsessis corporibus expellit, seclusa potestate exorcistica; & alia opera efficit, quæ naturam superant. Hæc ab aliquibus vocatur gratia miraculorum.

6. Prophetia est supernaturalis quædam cognitio in diuina reuelatione fundata, à qua locutio, vel predictio prophetica procedit.

7. Discretio spirituum est reuelatio cogitationum interiorum cordis.

8. Donum linguarum est gratia, per quam confertur homini recipienti illud linguis varias cognoscere, & intelligere.

9. Interpretatio sermonum est donum, quo quis ex speciali Spiritus Sancti motione ea, quæ legit, vel audit, ita bene intelligit, vt possit illa alijs interpretari iuxta sensum loquentis, vel scribentis. Sic hæc gratiae describuntur à Suarez disp. 8. de distinct. fidei ab omnibus donis, & cas. sect. 2. C. 3.

Ad.

§. I.

AD questionem ergo responderetur; fidem gratiam gratis datum modo predicto explicata non idem esse cum Fide Catholica. In primis enim illa nullam requirit obscuritatem. Nam iuxta certam Augustini doctrinam epist. 57. & D. Thomae 3. par. q. 7. ar. 7. In Christo fuerunt omnes gratiae gratis datae; non tamen in eo fuit Fides Catholica, seu obscura; ergo Fides Catholica distinguitur ab omnibus gratiis gratis datae.

Deinde fides gratia gratis data non videtur tam consistere in iudicio, quam in apprehensione rerum fidei, quae ita a Spiritu S. dirigitur, sicut expediat ad docendos alios. Et idem proportionaliter dicendum est de alijs gratiis gratis datae. Nam huiusmodi gratiae gratis datae ordinantur ad utilitatem aliorum per actus exterieores fidei manifestatiuos. Fides vero Catholica ordinatur ad iustificationem, & salutem ipsius credentis.

QVÆST 10 IX.

Quomodo Fides necessaria sit Exorcista addemones expellendos.

AD questionem dico primò. Ad expulsionem demonis (simpliciter, & absolutè loquendo) Fides Theologica Exorcista non est necessaria. Ritus est; quia sufficit, quod in ministro sit potestas Ordinis Exorcistarum, intentio faciendi, quod Romana Ecclesia facit, ac ipse demoni precipiat diuino nomine interposito. Patet; quia Ordo Exorcistarum haberet suam vim ex opere operato; sicut satis probatum est num. 9. Et ideo ad ipsius ministerium neque fides actualis, neque habitualis in ministro est absolutè necessaria, ut producatur effectus, nempe expulsio demonis. Sic & in omnibus Sacramentis ad producendum ex opere operato ipsorum effectum sufficiunt Materia, Forma, & Intentio Ministri, faciendo scilicet quod facit Ecclesia, ut ex Concil. Florent. colligitur: Ita testantur Alexand. Alens. 4. par. q. 16. mem. 3. ar. 5. D. Thom. 1. 2. quest. 64. art. 9. Ricardus in 4. dist. 5. quest. 4. ar. 3. & Ioseph Angles Flor. Theol. qq. in 4. quest. de Ministro Sacram. art. 7.

§. I.

DIco secundò. Ut Exorcista tutò, & efficaciter ab obsessis hominibus, & è rebus ad homines spectantibus demones valeat expellere, necessaria est ei Fides Theologica, qua firmiter assentiat nedum articulis Fidei, ac mysteriis nostræ salutis; sed etiam credit, se esse Ministrum Christi, & Ecclesiarum, & habere potestatem super demones, ut in nomine Iesu eos ab obsessis corporibus expellat, quando expulsio est salutaris: nec non Christum per suam Passionem abstulisse à demone hominibus nocendi facultatè pro eis, quos Deus vult protegere, ac præseruare; & maximè pro his, qui credunt, ac confidunt in Sanctissimo Nominе Iesu, ut latè probatum est supra num. 65. & sequentibus.

185.

Fides Theologica distinguitur à fide gratia gratis data, & à ceteris gratiis gratis datae.

186.

Ad expellendum demonem, Exorcista simpliciter, & absolutè fides non est necessaria.

187.

Fides Theologica necessaria est Exorcista, ut tuò, & efficaciter demones expellat.

Hoc testatur Alphonsus à Castro lib. 6. aduersus *Hereses verbo Exorcifmus* dicens: *Quod autem non semper fiat, ut inuocato nomine Iesu demon egreditur, minima fides ipsius inuocantis est in causa.* Nam si perfectè credidisset, huc, & maiora fecisset. Et ad hos sólos, videlicet in fide perfectos Dei promissio (Marci vltimo *In nomine meo demonia ejicent*) pertinere videtur: quia prius dixerat: *Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur, & cat.*

Propterea maximoperè iuuat Exorcistæ, sèpiùs elicere actus fidei, credendo firmiter, quòd Deus ratione sua infinitæ bonitatis, ac misericordiæ, ac fidelitatis sua inuariabilis virtute sua diuina concurret ad demones expellendos, cùm ipse Exorcista in nomine eius démoni præcepta faciet, si talis expulsio personæ obfessæ fuerit salutaris.

§. II.

188.
Defacto nullus
Hæreticus, vel
infidelis damo-
næ ejicere, aut
miracula face-
re solet.

Dico tertio. De facto loquendo, nullus Hæreticus, vel Infidelis démonem ejicere solet; vel aliquod valet facere miraculum, vt docet Ägyptius de Coninch *disp. 11. de obsecro fidei dub. 3. num. 85.* & Lopus *par. 3. Edicti S. Inquisit. lib. 22. dist. 3. ar. 2. diffic. 2.* Ratio est: quia promissio facta à Christo Ecclesiae est respectu credentium: *Signa autem eos, qui crediderint, & cat.* *In nomine meo demonia ejicent.* Nec Ecclesia supplet pro eis: quia ipsi non sunt membra Ecclesie, cum sint ab ea separati; Nam hec signa, nempe démones ejiciendi per fidem; varijs linguis loquendi; serpentes tollendi; infirmos curandi; & cetera diuinitus supra oram vim nature operandi, in testimonium fidei nostræ conceduntur; vt ait Marcus Euangel. cap. 16. post illa verba, *signa autem eos, &c.* *Apostoli*, inquit, *profetæ predicatorum vbiq. Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Immò etiam si inter Hæreticos sit aliquis ordine exorcistatus insignitus, non valet démones expellere, si ei deficiat recta intentio, quæ est, faciendi id, quod Sancta Ecclesia Romana faciendum intendit: nam hic potius intendit facere, quod sua docet secta, cui adhæret.

Quid acciderit
Hæreticis id at-
tenuare volen-
tibus.

Quare dum isti démonis assecle, quasi alij Pharaonis Magi curare maleficia, & Energumenos à démone liberare, quandoq; attentarunt, idem illis accedit, quod septem filiis Sceue, qui Paulū in exorcizando imitabantur (de quibus Actuum 19.) nempè Vanus labor, frustra adhibitis suis adiurationibus è cerebro conficitis: Contemptus, insultante démone, & clamante: nihil sibi timendū ab illis: Confusio, ridentibus, & subsannantibus populis, qui assistebant: Et quod peius est, vulnera accepere, ad quæ euitanda fugam arripere coacti sunt. Vnus pro omnibus sufficiat Martinus Lutherus huius seculi Nouatorū antesignanus, qui illa omnia expertus est, cùm velut simia Ministrorum Ecclesie in Sacrario Vuittembergeasi démonem exorcismis è suo, pura Euangeli nouo depromptis voluit expellere. Etenim irrisiones, & insultus démoniacos, iterata, & repetita verbera, summas angustias, & alii profluuium perperius suo malo didicit, non usurpare amplius ea, quæ sunt catholice potestatis: & ridiculum suis fautoribus auctoritatis Lutheranæ spectaculum prebuit; vt narrat Staphylus oculatus testis, tunc Lutheri sectator.

sector, postea Catholica Ecclesia filius in absoluta responsione contra Smidelinum.

ARTICVLVS II.

De Spe, seu Fiducia in Deum.

Secunda virtus, qua prædictus esse debet Exorcista, ut tutò, & efficaciter suum valeat exercere ministerium, est Spes, seu Fiducia, vel Confidencia in Deum, qua præsidio non sufficitur humano, sed diuino innititur auxilio; & decertante Exorcista assistere debet, vt quod suis viribus allequi non potest, hoc superna ope confortatus assequatur. Vnde similis filio hominis pedes habebat similes aurichalco, vt ostendatur, Exorcistam suam spem, ac fiduciam totam debete fixam habere in Deum: pedes enim spem significant, vt docet D. Bernardus in verba illa Psal. 90. *Quoniam in me sperauit, liberabo eum, dicens. Quemcumq[ue] locum calcauerit pes vester, vester erit. Pes vester utiq[ue] spes vestra est, & quantumcumq[ue] illa processerit, obtinebit, si tam in Deum tota figuratur, vt firma sit, & non titubet.*

Quæ spes, (vt respicit tanquam obiectum primarium formale, solam bonitatem Dei clarè visi, sive beatitudinem nostram tam obiectiuam, quam formalem, quatenus nobis bona est) dicitur virtus theologica. Hæc videatur esse sententia Scoti in 3. dist. 26. quest. unica. §. ad questionem. Eandem tenet Gabriel ibidem, Suarez in 3. par. tom. 1. q. 7. in Commentario ar. 4. Bannez 2. 2. q. 17. ar. 5. §. Caietanus, & cat. vers. Nota secundo. & Aegydius de Coninch disp. 19. de Spe dub. 4. nu. 52.

Sic autem definitur à D. Thoma in 3. sent. dist. 26. quod sit expectatio certa futura beatitudinis proueniens ex Dei gratia, & ex meritis nostris. à Filiiicio vero tract. 22. de preceptis Fidei, Spei, & Charitatis, & cœt. cap. 8. de virtute spei sic describitur: *Spes est virtus Theologica diuinitus infusa, per quam certò expectamus futuram beatitudinem per merita ex diuina gratia prouenientia.*

Spes vero (quatenus respicit nedum bonitatē Dei clarè visi, sed eius omnipotentiam, qua potest omnia nobis salutaria conferre bona, ac fidelitatem eius in promissis seruandis) dicitur fiducia, qua essentialiter nō differt à Spe Theologica; addit tamen supra spem firmitatem quandam, seu robur: vndē Fiducia est spes perfecta, ac robustissima, vt benè docet Drexelius lib. 5. de Conformatione hum. volunt. cum diuina cap. 2. §. 1. dicens, *Spem hoc superat Fiducia, quod Fiducia non qualiscumq[ue] spes sit; sed robustissima, & perfecta.*

Hæc autem definitur à D. Thoma 2. 2. q. 129. ar. 6. quod sit spes futuri auxiliij concepta ex diëbus aliorum: vel ex his, qua sunt in se, vel in alio. Expressius autem sic definiti potest: *Fiducia Theologica est spes firmissima, ac robustissima futuri auxiliij concepta ex frequentatis actibus fidei theologica, qua quis firmiter credit, Deum nedum posse ratione sua omnipotentia; sed ratione etiam sua infinita bonitatis, benignitatis, ac fidelitatis velle ei concedere quod anima est salutare;* Ita colligitur ex Suarez disp. 1. prem. sect. 1. nu. 8. & disp. 8. de dist. fidei ab omnibus donis, &c. sect. 1. n. 3.

189.

Spes, seu fiducia in Deum necessaria est Exorcista, vt tūd, & efficaciter damones expellat.

Obiectum spei.

Definitio spei.

Obiectum fiducia.

Fiducia definitur.

QVÆ-

Q VÆ S T I O . 1.

Quomodo huiusmodi Fiducia augeatur.

190.

*Fiducia quo-
modo augea-
tur.*

Quoniam plura adducemus infra par. 3. *vbi de ratione*, ex quorum consideratione maximoperè affectus in Deum moueri potest, ac fiducia erigi; hic duntaxat modus, seu actus, quo talis fiducia augetur, est explicandus. Fiducia ergo proportionaliter augetur in voluntate, prout in intellectu augetur fides; quod solet contingere duplicer.

Vno modo quando fides non tantum prebet assensum veritati reuelatæ, nec in ea solùm cognoscenda, seu credenda silit; sed extenditur ad proxim, veritatem creditam applicando voluntati, vt secundum illam mouetur, seu operetur; tunc in voluntate proportionalis augetur fiducia, & animus orantis erigitur in spe, eamq; auctu ipse exercendo, in ea firmatur, ac roboratur; ita quod animus eius non fluctuat, nec deficit in petendo.

Alio modo quando aliquis non tantum habitu credit; sed actu se exercet considerando promissionem Dei, eius veritatem, fidelitatem, ac bonitatem infinitam; tunc in voluntate augetur denotionis fero, auferunt tepiditas, magis, magisq; crescit confidentia.

E conuersò quando intellectus deficit in applicanda practicè veritate, credita voluntati, vt secundum illam cum magna fiducia oret, licet talis homo non habeat defectum in assensu fidei, neq; in certitudine, qua credit, Deum esse fidelem in suis promissis; attamen ex defectu talis applicationis prouenit in voluntate proportionalis defectus in spe, & fiducia: nam interdum animus orantis non erigitur in spe, non quia desperet; sed quia non actu exercet spem; unde fit, vt animus fluctuet, & deficiat in petendo, sicut oportet. Secundò quando quis deficit in exercitio, quia non actu considerat promissionem Dei, & veritatem eius, licet nullam habeat dubitationē contrariam certitudini fidei; ex defectu tamen actualis fidei prouenit in voluntate proportionalis defectus; quia tepidè, & remissè exercet spem; ideo vel non perleueranter petit; vel in ipsamet petitione nimis est remissus; & etiam plus hesitat, vel dubitat, quim secundum rectam rationem possit, aut debeat; quod totum redundat in imperfectionem, & defectum fiduciæ debet: Ita docet Suarez tom. 2. de Virtute, & Statu Religionis, lib. 1. de Oratione c. 24. n. 8. Propter autem huiusmodi defectus Apostoli non potuerunt illum Lunaticum curare; quia tunc habuerunt fidem languidam, nec rectè illa vñi sunt ad considerandum ea, quæ possent mouere affectum, & fiduciam erigere.

Q VÆ S T I O . 11.

Quomodo Fiducia tollat hesitationem.

192.

*Fiducia tollit
hesitationem.*

Respondetur, sicut fides non excludit quoad intellectum nisi dubitationem certitudini fidei repugnantem; ita fiducia quoad voluntatem solùm

solum excludit illum timorem, vel animi trepidationem, que excludat theologicam spem: Ac proinde si oratio fiat ex vera fide, & spe, ex hac parte habet conditionem sufficientem ad impetrandum infallibiliter ex vi promissionis; quantumvis vel ex parte intellectus interueniat aliquid genus formidinis, vel dubitationis indeliberata, quæ ad infidelitatem non perueniat: vel ex parte voluntatis intercedat nimius timor, vel pusillanimitas ex consideratione proprij defectus concepta. Nam hi defectus vel non sunt culpabiles; vel non grauiter; vnde non excludunt verum actum fidei, & spei; nec redditur culpabilem ipsam orationem: Ita docet Vega lib. 9. in Concil. Trident. cap. 28. Glos. ord. super epist. canon. D. Iacobi c. 1. & Suarez loco citato num. 7.

Veruntamen subdit Suarez num. 8. *in fine*; quod debita fiducia in Deum deberet huiusmodi defectus superare, ac vincere: *Quod prestaret, si orans consideraret nedum diuinam promissionem; sed infinitam Dei bonitatem, prouidentiam, benignitatem, charitatē, liberalitatem, ac cætera Dei attributa.* Ex qua consideratione licet non perueniatur ad iudicandum certò, & infallibiliter, Deum effectum, quod petimus; sapè tamen peruenitur ad iudicium ita credibile, ac determinatum, vt excludat actualem hestationem, & animum orantis pacatum reddat: Ita Suarez loco cit. nu. 9.

Quando verò Deus vult per aliquem operari miraculum, solet ita mouere animum petentis, vt nihil hésitet; sed firmiter credat, illud impetraturū: quæ ab aliquibus solet dici fides miraculorum, quæ præsupponit fidē theologicam; & numeratur inter gratias gratis datas; prouenitquæ ex quadam peculiari motione, & præueniente gratia, cui homo non potest resistere quantum ad illam particularem firmitatem intellectus, licet quoad actum desiderandi, & petendi liberè operetur: Ita docet Abulensis in cap. 17. *Math. q. 165.* & Suarez loco cit.

Frequenter vero, licet non tam specialis gratia concedatur, datur maior, vel minor præueniens gratia ita mouens ad petendum cum fiducia, vt magis etiam, vel minus hestationem tollat, vel animum petentis securum reddat: *Quo modo dixit Cassianus Collat. 9. cap. 32. signum futuræ impetrationis esse;* quando Spiritus Sanctus mouet ad petendum cum magna fiducia, & quasi securitate impetrandi.

Q V E S T I O N E I I .

Quos effectus efficere soleat huiusmodi Fiducia in suis possessoribus.

In numeri sunt admirandi effectus, quos causare solet huiusmodi fiducia in eos, qui illam possidere student. Est enim in manu Exorcistarum, & omnium Christi fidelium veluti panoplia, seu omnis generis armatura; aut altera virga mosayca, qua valent nedum ab inimicis tam invisibilibus, quam visibilibus, & à quacumque re aduersa seipso, & omnia ad se spectantia tueri, ac conservare; verum etiam, cum opus est, ob Dei nomen sanctissimum glorificandum, Ecclesiæ splendorem augendum, ac totius Reipublicæ Christianæ

Quomodo

193.

Fiducia in miraculo operando, qua.

194.

Fiducia est ar- matura, ac ve- luti virga mo- sayca in manu confidentis in Deum.

stianæ vtilitatem prosequendam (ad id specialiter Deo cor mouente) admiranda opera operari . Hi autem effectus genericè collecti clauduntur , ac breuiter ad sexdecim Fructus reuocantur .

FRVCTVS PRIMVS.

Fiducia in Deum præseruat à peccatis plurimis .

195.

Fiducia in Deum præseruat hominem à vitijs , & à peccatis .

Primò hæc fiducia in Deum , ac firma confidentia in eius tutissima protectione præseruat eū , qui illam possidet , à vitijs , & à peccatis plurimis . Dauid Psal. 33. vers. 23. *Et non delinquent omnes , qui sperant in eo .*

Vbi Franciscus Titelmanus . *Qui in eō , inquit , spem suam iactatam , & bene firmatam habuerint , non cadent in peccatum tale , quo prorsus à Deo separantur . Sollicitè enim curabunt , ne peccatum ullum tale admittant : & si forte contigerit incidere , sollicitè curabunt , ne in peccato permaneant ; sed resurgent quantociùs in spe misericordia Dei .*

Rom.8.ver.1.

1.Io.3.ver.3.

Ioannes Baptista Folengius : *Qui spem , ait , omnem suam in Deo collocant , hi delinqueret haud quaquam possunt ad mortem , quia ex Deo nati sunt , semenq; Dei in se insitum habent . Nihil ergo damnationis , clamat Paulus , est his , qui sunt in Christo Iesu , qui non secundum carnem ambulant . Et hi sunt quidem , qui sperant in eo , vt è spe tandem , fiduciaq; in Deum copulata sanctificatio nem omnem nostram auguremur . Omnis , inquit Ioannes , qui spem habet hanc in eum , sanctificat se .*

Idipsum confirmat Drexelius de Conformatio ne voluntatis lib. 5. cap. 5. §. 4. dicens : *Vera in Deum fiducia non tantum inquieti pectoris agitationem ; sed & huic contrarium torporem mentis , ac senium tollit . Quisquis hanc felicissimam artem calleat , ac re ipsa tām voluntati diuina , quam prouidentia eius perfectè tradit , graues vitorum insultus non metuit . Ita Deo innixum nulla vis , nulla fraus , nulla iam illecebra poterit vel statim deiijere , vel subijcere dominianiē .*

Disertè hoc ipsum testatur D. Bernardus super eundem Psalmum , dicens : *Ita animus , si non præsumat de se ; sed si confortetur à Deo , poterit vique dominari sui , vt non dominetur ei omnis iniustitia .*

196.

Diffidentia origo est plurium vitorum .

E conuerso diffidentia de Deo est causa plurimorum vitorum , ac scelerum exercabiliū . Deo diffidere , ait Drexelius loco cit. c. 10. §. 7. aut est principium plurimorum scelerum , aut finis . Ideò bene ait Folengius in Psal. 31. vers. 1. *Vnde ambitio ? vnde cupiditas ? vnde dominandi libido , etiam in his , qui in intimis Ecclesia penetralibus , & claustris latitant ? vnde luxus ? vnde fastus , similitasq; simulatio , dissimulatio , atq; omnis generis vicia emanant ? nisi quod in alia re , quam in Deo suam collocant fiduciam , ac spem mortaliū plerique ?*

FRVCTVS SECUNDVS.

Non sinit facile homines cadere in tentationes .

197.

Fiducia in Deum non sinit facile cadere in tentationes .

Secundò hæc fiducia in Deum est telum acutissimum in hostes iniisibiles intorquendum , quo facillimè debellari queunt , ne inducant homines in tentationem . Aptissimè

Aptissimè Folengius in *Psal.* 26. apud ipsum 27. explicans illa verba : *Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum ; ait : Multa sunt castra illa (nempe vitia, quibus diabolus nos impugnare tentat;) sed multa etiam nimis sunt castra Domini : hac quidem fortia, illa vero debilia, parumq; in Deo sperantibus extimescenda. Habet etiam & spiritus sua castra in cordis theatro, habet sua tela, suas acies, suasq; testudines, atque arietes : qua sanè omnia spirituali tantummodo viro sunt nota.* Evidem nescio, an tela acutiora in hostes intorqueri possint, quam ea, qua hic memorat *Vates*, nempe spem, ac confidentiam in Deo. Vnde Titelmanus in illa verba *Psal.* 90. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, ait : *Tu namque es, Deus meus, qui tibi fidentem haecenus liberasti, & liberabis (vix non dubito) etiam impostorum, de laqueis, & infidijs omnium inimicorum meorum, qui ad modum venatorum pauperculam animam meā summo studio, & sedulitate maxima persequuntur, vt eam interimant : ponuntq; laqueos multiplices, & varias infidias, vt illaqueatam in eis animam meam morte afficiant : quomodo solent venatores maximis laboribus persequi innoxia animalcula, & laqueos ponere, foueas effodere, aliasq; infidias struere tantum, vt illa possint comprehendere, & vita priuare.* & infra vers. 6. in illa verba : *Non timebis, & cæt. à negotio perambulante in tenebris. Deus ita illasum te seruabit ab omni malo, quod in tenebrarum latibulis obambulat, à tentatione graui, molesta, & diurna, qua te multum & diu, quasi circumendo, & circumambulando molestat, vt tandem vel importunitate vincat : aut ex occulto tandem aliquando te opprimat, si quando te videat minus paratum. & paulò infra ait : Ab inimicis huicmodi siue aperte per vim tentationum oppugnantibus aqñ saluaberis in diuino auxilio ; non poterunt tibi aduersari demones præualere propter diuinam custodiā, quoscumque tandem modos adinueniant, quancumque tandem viam experiantur; siue occulte nocere cupiant, quasi in occulto tenebrarum, absque oppugnatione aperta, sub latibulo aliquo ; siue etiam apertam persecutionem, aut tentationem omni sibi concessa virtute aduersus te exsuscitant : etiamsi in omni sua virtute aduersum te conentur, & aperte te oppugnant, nihil patieris incommodi.*

Hoc idem testatur Dionysius Carthusianus in eundem Psalmum. *A quatuor, ait, temptationibus liberatur, qui in adiutorio Altissimi habitat, scilicet à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, & ab incursu, & demonio meridiano ; & ita nullam temptationem quantumcumque grauem, seu undique illatam veretur, dicens cum Apostolo : Omnia possum in eo, qui me confortat.* Philipp. 4. 13.

Idipsum testantur omnes Patres Psalmum predictum exponentes, Augustinus, Ambrosius, Hietonymus, Bernardus, Cassiodorus, Paraphrastes, & alij innumerij relati à Ioanne Lorino in eundem Psalmum.

E conuersò qui solis suis viribus, & non diuina protectione innituntur, cuicunque facillimè diabolicæ succumbunt temptationi ; vt benè obseruat Drexelius de *Conformatione voluntatis lib.* 5. cap. 5. §. 5. dicēs: *Porro, qui hac fiducia sunt vacui, humana tantum circumspectiunt, omniaq; humanis viribus metiuntur. Et fere contingit, vt hos in manu consilij sui destituat Deus. Ex quo demones suis felis, ac iaculis illos (Deo non obstante) haud difficulter prosternere valent.*

Constat auto-
ritate Diuina
Scripturae.

Theologorum.

Difffidentia fa-
cit succumbere
temptationibus.

F R V-

FRVCTVS TERTIVS.

Liberat, ac præseruat à maleficijs, obfessionibus, ac molestijs diabolicijs.

198.

Fiducia in Deum liberat, ac præseruat à maleficijs.

Exemplum relatulum ab Auctore.

TEttò hęc fiducia in Deum liberat, ac præseruat homines in Deum cōfidentes à maleficijs, incantationibus, obfessionibus, ac vexationibus dēmoniacis, vt latè probauimus supra num.66. Quod experientia comprobauit anno 1648. mense Septembri hac fiducia munitus, dum filium suum Dominicum primogenitum annos natum 16. Energumenum à dēmone liberauit Ioannes de Fantinis à Castro Franco. Is enim, dum p̄fatum filiu suu à dēmone obfessum ad me adduceret Venetas, vt à dāmonio liberarem, c̄epit dāmon in itinere illum vexare, & acriter torquere; quare prædictus vir vtique pius, prudens, atque deuotus memor instructionis, qua ante semestre à me fuerat imbutus, dum filiam eius Franciscam annos 15. natam energumenam (Sanctissimo nomine Iesu à me interposito) à dāmonie liberaueram, diuino fretus auxilio dāmonem obiurgare c̄epit, & increpare, ac suo modo vulgari sermone illi p̄cipere, ne vexaret filium; simulque filium excitare, vt in Deum confideret, quōd à dāmonio dubio procul fuisset liberatus. Propterea dāmon, diuina virtute eum impellente ob fidem illius viri firmam, ac sinceram, coactus fuit è corpore iuuenis exire; sed in egressu submissa voce in aure illius dixit: *procerto scias, quōd exeo: quia Venetas nolo ad fratrem illum accedere; sed cūm ad patriam tuam redieris, iterum in dīnum meam intrabo, unde exiui.* Cum ergo coram me fuisset adductus, illum totaliter à dāmonie liberum esse, comperti. Quare illum in fiducia benè instruxi, admonens, vt totam suam in Deo fiduciam collocaret, neç ullo modo dāmonem timeret: quia nihil potest contra eos, qui in Deum suum collocant fiduciam: qui ita benè instructus à quacumque dāmoniaca vexatione liber, ac illæsus permansit.

199.

Præseruat à timore dāmonis, & apparitionibus, ac nocturnis terricula mentis.

Sed non tantūm à maleficijs, ac dāmoniacis obfessionibus, qui in Deo suam collocant fiduciam; sed etiam à timore ipsorum dāmoniorum, ab eoru apparitionibus, ac nocturnis terriculamentis liberantur, ac præseruantur. Hoc probant Richelius, Eugubinus, Genebrardus, R. Abenezra, R. Kim-mhi, qui exponentes illa verba Psalmi 90. *Non timebis à timore nocturno, à negotio perambulante in tenebris,* intelligunt de timore, quo solent aliqui nocturno tempore concuti, siue naturali imbecillitate propriae imaginacionis, siue somniorum tristium, ac turpium etiam obiectu, siue terriculamentis de industria à dāmonibus excitatis. Quae vocantur vt docet Ioan. Lorinus in Psal. 90. vers. 5. & 6. *phantasma, spēctr̄a, terricula, terriculamenta, lemures, empusa, species, umbra, larua, manes, simulachra, dāmones nocturni.* Ab horum omnium timore liberantur, qui totam suam spem, ac confidemtiam constituunt in Domino. Hoc probat eruditissimè S. Bernardus prædicta verba exponens: *Scuto circundabit te, & cat. dicens: Benè dicitur, non timendum à timore nocturno, & non dicitur à nocte: quia non ipsa afflictio tentatio*

tatio est ; sed magis timor ipsius . Nam & omnes laboramus , cum tamen non omnes inde tentemur ; & qui tentantur , multò magis timore futura pene (intellige, ait Lorinus loco citato, pene corporalis, putu maleficij, vel obsessionis) quam presentis dolore leduntur . Quia ergo timor ipse tentatio est , congrue dictum est ei , qui circundatur scuto Domini , quod a tentatione hac non timebit .

FRVCTVS QVARTVS.

Defendit ab inimicis , ac persecutoribus visibilibus .

Quartò non tantùm Deus protegit in se confidentem ab inimicis invisibilis ; sed etiam à visibilibus , ab hominibus , nempe iniquis , ac peruersis , qui querunt sanguinem eius fundere , honorem deturare; ac substantias ipsius disperdere , dissipare , aut usurpare .

Eruditissime hanc veritatem testatur Titelmanus in Psalmum 90. ad literam explicans illa verba : Scapulis suis obumbrabit tibi , dum ait : Vox propheta est ad eum , qui habitat in adiutorio Altissimi . O tu quisquis es , qui sic (ut modo dictum est) tali confidentia habitas in adiutorio Altissimi , quam benè tibi erit , & quam eris securus in ista tua fiducia ! Ecce Deus ipse , in quo habeas fiduciam , sua potentia fortitudine tibi obumbrabit , quasi scapulas suas super te expandet , suum auxilium super te faciet apparere ; ut nocturni nihil ad te posse pertingere : Quomodo , cùm pater scapulas suas , & humeros obicit pro filio , ut is , qui parvulo nocere cupit , non possit , obstaculum prebentibus latis obrumbratis patris scapulis . Et sub exvansis aliis misericordia , ac bonitatis eius securus ages , & confidendo tutus eris ab omni aduersariorum nocturno ; quomodo pulli gallina sub aliis , & pennis maternis agunt securi , qui , cùm extra alas evagantur , accipitris , aliarumq; rapacium avium patent ungibus , suntq; direptioni , & morti expositi .

Idem in eundem Psalmum vers. 14. loquens in persona Domini , rationē reddens , cui hominem in se confidentem protegat ab inimicis , ac persecutoribus suis , alijsq; periculis animæ , & corporis : Quoniam , inquit , in me sperauit , liberabo eum , protegam eum , quoniam cognovit nomen meum . Ecce ego , ait Dominus , iuxta Prophetæ verbum , eum liberabo , & saluum faciam ab omni malo propter quod in me spem , & fiduciam constituerit ; secundum fidem ipsius faciam illi , & non eum frustrabor , neque confundam ab expectatione sua , quoniam non noui ego in me sperantes derelinquere : Ego eum defendam ab omnibus aduersarijs , & omni malitia ; eo quid nomen meum cognovit , eo quod in me creditit , & sperauit , atque ut Patrem , Dominum , Protectorem , & Salvatorem inuocauit .

Huc appositè Chrysostomus in Psalmum 124. initio , & paulo post initium in illa verba : Qui confidunt in Domino sicut mons Syon , &c. sic ait : Montem dixit , spem in Deum incommutabilem , firmam , & constantem , invincibilem , & inexpugnabilem . Quemadmodum enim si quis innumerabiles adhibeat machinas , montem nec conuellere , nec labefactare poterit : ita etiam qui eum aggreditur ,

200.
Fiducia in Deū
defendit ab ini-
micis , ac per-
secutoribus .
Tentantur Pa-
tres .

201.

202.

ditur, qui spem in Deum collocauit, reuertetur domum vacuis manibus. Sed cur non dixit absolutè: Sicut mons, sed montis Sion meminit? Docens nos non debere animum deiçere in calamitatibus, nec ab eis pessundari; sed à spe in Deum pendentes, omnia ferre fortiter, & bella, & pugnas, & tumultus. Quemadmodum enim hic mons, qui fuerat quandoq; desertus, & nudatus habitaribus, ad priorem redierat prosperitatem, veteri statu recepto, cum incole rediſſent, & miracula rursus ostenderentur: ita etiam vir fortis, & generosus, licet ab innumerabilibus inuadatur calamitatibus, minime euertitur.

§. I.

203.

Fiducia in Deum est galea, lorica, anchora.

Hac roborata fuit Susanna.

Daniel. c. 13. vers. 35.

Hac fuit munera Esther.

204.

Hac suffultus Antistes Magdeburgicus.

Hinc iuremeritò hæc confidentia in Deum à Drexelio de *Conformatio-*
ne voluntatis lib. 5. cap. 5. vocatur galea, lorica, & anchora. Hac, inquit, in *Deum fiducia est galea nullis rumpenda vulneribus, est lorica nulli penetrabilis telo, est anchora nulli obnoxia naufragio.* Hanc sicut anchoram habemus, ait Apostolus *Hæbr. c. 6. animæ tutam, ac firmam.*

Hac galea, lorica, & anchora firmata erat, ac roborata Susanna nobilissimum, & Pudicitiae, & Fiduciæ specimen. Hæc cum ad capitis suppliciū, & saxatiles nimbos iam duceretur, flens suspexit ad cœlum: *Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Nec frustra: omnium calculo, Daniele iudice, omni criminè, ac dedecore liberata est.

Hac non inferior Esther rem magnam aggredita est per hanc itidem in *Deum fiduciam.* Lex erat in Aſueri aula, vt si quis ad Regem ingredetur non vocatus, morte id lueret, nisi Rex virginem auream protendisset in signum clementiæ. Cum verò Estherem hinc Mardochæus assiduis precibus vrgeret, vt Regem adiret; illinc obstaret lex, & terreret; hoc demum iniij consiliij: Iudæi omnes iussi sunt triduum totum inter preces, & ieunia exigere: quod idem & Esther fecit cum suis virginibus: *Triduo sic exacto, Regina fiduciam in Deum amplissimam concipiens,* (doceat Drexelius loco cit. cap. 4. §. 3.) ingressa est ad Regem pro sua gente deprecatura. *Ex voto cesserunt omnia.*

Nec illud silentio inuoluendum, quod fertur à C. Fabr. *histor. de Electoribus Saxonia.* Dux Saxonie Fridericus II. cognomento Placidus, Anno Christiano millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto obiit. Hic princeps aliquot ante obitum annis Friderico è Comitum stirpe Antistiti Magdeburgico litem, & ab ea bellum cœpit mouere. *Quod vt prudentius gereret, & cuncta cederent felicius, exploratorem misit, qui de apparatu bellico, & consilijs aduersæ partis cognosceret.* Factum exploratis omnibus renuntiatum est, nil opportunum bello parari, sed nec militem scribi: Antistitem præterea dixisse, causam se commissurum Deo, qui pro seruo suo arma sumeret. Hoc vt Elector audiuit: *Alius, inquit, insaniat, & bellum inferat ei, qui confidit superiorē se futurum in causa sua, Deo defensore.* Laudandus Præſul, qui Dei patrocinio fīsus est: laudandus Princeps, qui potis armis Deum veritus est aduersarium.

Tali confidentiæ lorica, ac galea munitus fuit S. Martinus Episcopus Turo-

Turonensis, ad quem, vt refert Villegas *in vita eius*, cum quidam homo ini quis, ac peruersus accessisset, vt ipsum occideret, & iam districto ense aduersus ipsius caput ictum iecisset, vt feriret, alio ense retinente, & impe diente, ne caput Sancti Episcopi attingeret, ipse inconcuslus manens, & im mutabilis existens nec timuit, nec tremuit, nec facies eius ex paurore colorem mutauit: Ex quo à suis Clericis interrogatus, quomodo tam impavidus in tanto discrimine vitæ perstiteret? Respondit vit Dei; *Numquam tam modicus paor me corripuit, sicut nunc; certissimum namque mibi est, quod Deus meus, cui seruo, & in quem orationem meam constitui fiduciam, numquam me in maioribus necessitatibus dereliqueret.* Dignissimum sanè tanto viro responsum. Nam teste Isaia cap. 40. *Qui sperant in Domino, mutantur fortitudinem (i.e. humanam in diuinam) assumunt pennas sicut aquila: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficiunt.* Sic animosissimus Rex David: *In Domino sperans, inquit, non infirmabor.* Optimè Theodoretus: *Gubernatorem, inquit, habeas Deum, & aurigam, & res tua ab illa prouidentia pendeant; nam hoc modo inconcussum manebis, & immutabilis.*

Sed non solum tuetur Deus in se confidentes in discriminine vitæ, & honoris; verùm etiam in periculis iacturæ bonorum temporalium, præcipue contra incendiarios, fures, insidiatores. Sic Euthymius apud Lorinum explicans illa verba Ps. 90. à timore nocturno, à negotio perambulante in tenebris, ait: *Timor nocturnus, unde cum negotio perambulante in tenebris indicat fures, incendiarios, insidiatores, qui tali potissimum tempore grassantur, & incautos adoruntur.* A quibus Deus protegit, ac defendit omnes in se confidentes, ne possint eis ullum quamvis minimum inferre nocumentum. Ergo viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes, qui speratis in Domino.

205.
Fiducia maxi-
ma D. Martini.

Vers. 31.

Psal. 25.
Vers. 1.

Deus tuerit in
se confidentes
etiam in peri-
culis iacturæ
bonorum tem-
poralium.

Psal. 30.
Vers. 25.

F R V C T V S Q V I N T V S .

Liberat, ac præseruat à mortu, ac veneno brutorum animalium.

Quintò liberat, ac præseruat hæc fiducia in Deum ab ianumeris periculis, quibus mortalis obnoxia est infirmitas, & à quibus homines quandoque solent inopinatè offendì; præcipue tuetur à mortu, ac veneno brutorum animalium; ita vt non noceant ijs, qui in Deum suam cōstituant fiduciam (Deo illos protegente): Sic plures Doctores explicit illa verba Psalmi 90. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & concubabis leonem, & draconem.* Quæ licet mysticè intelligantur de dæmonibus, vel etiam de hominibus iniquis; vel de vitijs, ac peccatis, vt plures expounit Patres relati à Ioanne Lorino in dicta verba: veruntamen ad literā accipiuntur de irrationabilibus, venenosisque brutis, quæ multi Sanctorum, præfertim in noua lege sine lœsione calceauerunt, sicut eorum venena sine documento biberunt, iuxta illud Marci 16. *Signa autem eos, qui crediderint, & cat.* *Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.*

Serpentes tollent: Hoc patet de Paulo Apostolo Act. 28. qui percussus à viperæ in nullo lœsus fuit; sed viperam pendente ad manum eius in ignem

206.
Fiducia in Deū
liberat, ac præ-
seruat ab ianu-
meris periculis.

Varia miracu-
la hoc testatur.

Vers. 2.

114. Par. I. Cap. III. De Exorc. virtutibus ornato.

excusit. Quod partim quoque contigit filiis Israel ex Aegypto gradiebibus: per eremum vastam, atque horribilem, & venenosis animalibus plenam, quae nocumentum non intulerunt filiis Israel, quemadmodum Moyses scripsit Deuteron. 8: Dominus duxit tuus fuit in solitudine magna, & terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio, ac dysas.

Vers. 15.

Ita testatur Dionysius Cartidianus in illa verba Psalimi 90. Idipsum annuit Ioan. Lorinus ibidem. Constat in Daniele, cui non nocuerunt orationes Leonum, licet existeret in medio eorum. Daniel c. 6. & 15. In S. Francisco, cui Lupus vorax, qui plures homines occiderat, nedum non nocuit, sed ut agnus mansuetus humili se subiecit, ac obedientiam praestitit, & in alijs pluribus, quos sacrae referunt historiae.

Chronic. Fr. Minor. in vita eius par. 1. lib. 2. c. 39.

207.

Confirmant Sacrae Scripturae interpretes.

Hanc aperte veritatem fatetur Franciscus Titelmanus in eadem verba: super aspidem, &c. loquens ad eum, qui totam in Deo suam constituit fiduciam. Denique, ait, nec uniuersum serpentum genus tibi quicquam nocere poterit; sed absque lesionis nocimento perambulabis super aspidem, & basiliscum, & similiter super aliarum specierum serpentes: cuiuscumque tandem malitia, aut interfectionis fuerint, nihil tibi mali illorum venenum inferet. Immo neque leonem, neque draconem in via timebis; sed securus, & imperterritus in via tua conculcabis eorum capita; tametsi leo ferocissimum sit animal, draco astutissimum: tu tamen, & illius ferocem fortitudinem, & huius nocuam astutiam, & equem victor calcabis, atque superaberis; hoc est, nulla virtus inimicorum, siue infirmorum, siue fortiorum, siue magnorum, siue parvorum tibi nocere poterit, aut proualere. Ecce enim altissimus, quem posuisti refugium, & spem tuam, dedit tibi potestatem calcandi super omnes serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

Lucas 10. vers. 19.

Marcii 16.

Sic ad literam transfert Felix: Super leonem, ait, & aspidem iter facies, conculcabis catulum leonis, & draconem. His quidem ferarum vocibus, ait Baptista Folengius in eadem verba, rerum omnium, quae vel morsus, vel veneno, vel alia ratione qualibet noxia, & lethali obesse possunt, feritatem intelligi voluit; quas quidem non solum Dei amicis nocere haud quaquam posse, asserit; verum etiam illis fore vniuersi, ac commodo. Ecce, inquit Christus, dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super virtutem omnem inimici, & nihil vobis nocebit. Quae enim res tam formidabilis esse potest, cui non imperet Dei amicus, atque illi frenum ponat?

Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Constat de S. Ioanne Evangelista, qui venenum mortiferum haustit, & nihil ei nocuit. Idem praestitit S. Antonius a Padua pro conuersione quorundam haereticorum: vt habetur Chronic. Fratr. Min. par. 1. lib. 5. cap. 20. in vita eius. Idipsum B. Iacobus a Marchia Pragae in Bohemia coram totius populi multitudine congregata ob Haereticorum conuersionem egit; & statim post venenum haustum majori spiritus seruore sine ulla animi, vel corporis molestia altissima de fide Catholica, ac Romana Ecclesia contra Haereticos mysteria praedicare cœpit, vt narrat Marcus a Lisboa Chronic. Fratr. Min. par. 3. lib. 6. cap. 12. Quod etiam alij Sancti praesterunt: vt sacræ ferunt Historiae.

FRVCTVS SEXTVS.

Liberat à Peste.

Sextò, qui perseverant, fortisq; animo sub Altissimi tutela, tanquam sub scuto sese texerint, dubio procul illorum protectionem assumeret Deus, & præter alia mala, ac pericula, à quibus eos eripiet, liberabit etiam à peste, & ab ægritudine repentina, prout magis expediens fuerit animæ eorum.

Sic testatur Simeon de Muis *Comment. in Psal. 90.* vbi explicans illum versiculum. *A sagitta volante in die, à negorio perambulante in tenebris:* legit: *A peste perambulante,* & cat. aitq; *Pestis, si est à causa frigida, noctu, si à calida, interdiu, ac præsertim de meridie, cum vehementior est solis calor, infesta maximè est.* Sic interpretantur R. Ezra, D. Hieronymus, & alij, vt tradunt Simeon, & Lorinus, à peste, seu lue, exterminio, exitiali morbo, ægritudine repentina, noxa vastante in meridie. Rationem reddit Simeon: quia sicut sagitta, inquit, pernici volatu magnum aeris tractum momento permeat, ita pestilentia venenum punto temporis longè, lateq; spargitur, præsertim de die cum solis calore fusa, atque hiantia corpora virus promptius hauriunt.

Idipsum confirmat Folengius dicens: *Ex Hebræo sic transferunt: A peste in caligine ambulante, ab ægritudine repentina deuastante in meridie. Nam illud exploratissimum est, quod à quocumque pestis genere, sive occultum illud fuerit, sive manifestum, immunis is erit, atque intactus, qui in protectione Dei celi, hoc est summi potenteris commorabitur.* Quare sic Paraphrastes: *A peste, qua clam inuadere homines solet, & ab ea, qua de improviso exorta saniet, securus erit.*

Hac confidentia vallatus S. Bernardinus Senensis, vt refert Drexelius *par. 1. Rosa virtutum. cap. 1. de Charitate proximi. §. 8.* prima sanctitatis rudimenta per charitatis obsequia apud Cives suos deponens, cum Senæ Hetruscæ graui pestilentia vastarentur, Bernardinus duodenis iuuenibus comitatus, quos sibi delegerat, ægrotantium lectulos obire, grauiter affectos consolari, ægestate laborantibus subuenire, sepelire mortuos, paratus omnes subire casus, quos terra lues illa se temerè ingeneribus adducere potuisset. In eo autem amplissimæ charitatis munere magis verebatur; ne quid decedentibus officeret ad beatitudinem consequendam, quam quis sibi morbus obreperet ad vitam auferendam. Ceterum tantæ pietatis vir in tam præsenti periculo sanus, & incolmis meruit conseruari, dignusq; fieri, qui Religioni Seraphicæ adscriptus multò magis prodesset hominibus concionando, quam profuerat prius ministrando. Poterat Bernardinus cum Ioanne gloriari dicens: *Nos scimus, quoniam træstati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Et dicere cum Apostolo: *Spe salvi facti sumus.*

FRVCTVS SEPTIMVS.

Illi eos, & securos seruat in bello.

Septimò, qui huiusmodi in Deum confidentia ad bellum muniti incidunt, quodammodo illæsi, ac securi redduntur, èd quod Deus per An-

208.

Fiducia in Deum
liberat à peste.Testantur diu-
na scriptura in-
terpretes.Cur pestis vo-
cetur sagitta.

209.

Fiducia hac
munitus S. Ber-
nardinus pestē
enast.Chron. Fr. Mi-
nor. par 3. lib.
2. c. 5.1. Ioan. c. 3.
Vers. 14.
Roman. c. 8.
Vers. 24.

210.

Confidencia in
Deum à vulne-
ribus tueretur in
bello.

116 Par.I.Cap.III.De Exorc. virtutibus ornato.

gelos suos à quocumque vulnere , aut noxa illos tuerit, prout eorum saluti, ac diuinæ gloriæ magis conuenit .

*Testatur sacra
scriptura inter-
pretes .*

Hoc apertissimè testantur R. Ezra, & R. Kimmhi illa verba Psal. 90. *Cadent à latere tuo mille , & cat.* exponentes de bello , ac sœuiente prælio ; *quo tempore*, aiunt , *qui se Dei misericordia committit*, hinc inde millenis hominum corruentibus saluus emergit, nec ad eum vllum malum, aut hostis accedit . Qui bus se subscriptibit Simeon de Muis . *Comment. in eund. Psal.*

Idipsum confirmat Paraphrastes apud Baptistañ Folengium illa verba exponens tam de pestilentia, quam de bello, in quibus nullam patiuntur lësionem, qui in Deum suam constituant fiduciam, firmiter credentes, ac confidentes , quod Deus ob infinitam suam bonitatem , ac fidelitatem eos sit proteeturus . *Etsi*, inquit , *tanta fuerit pestis calamitas, aut bellorum immani-
tas* ; vt hinc à latere sinistro mille , illinc à dextro decem hominum millia corruant ; nihil tamen erit , quod tu tibi metuas , siquidem te id mali non attinget . Addit Folengius, *Vide iusti hominis constantiam*, qui, vel ruat ether , immobili perstat in Deo . Vtrumq; etiam fatetur Titelm. in illa verba : *Non accedet ad te malum* . dicens : *Quoniam ipsum*, qui est Altissimus , Dominum posuisti refugium tuum ; ideo non poterit tibi vllum malum appropinquare ; nullum te malum valebit apprehendere, vt nocimenti quicquam inde sustineas : & nullum flagellum , nulla pestis , nullum vero malum poterit ad domum mansionis tuae intrare . *Is enim, in quo refugium tuum posuisti Altissimus te sibi fidentē ab omni malo seruabit* , & noxia omnia longè profigabit .

211.
*Hoc experti sunt
belli duces .*

*Hac fiducia Ca-
rolus V. illas us
seruatus fuit
in bello.*

Pf. 90. v. 11.

*Deus protegit
etiam quorunque
sunt de familia
in se confidetum.*

Hoc experientia in scipsis comprobarunt plures belli duces , qui hac diuina protectione muniti innumeros exercitus absque vlla noxa, aut vulnere in proprio corpore inficto profligarunt . Taceo de Dauide, Iosue, Ezechia, Gedeone, Amasia, Iosaphato, &c alijs, quos sacræ contestantur historiæ, innumeræ inimicorum cateruas constrauisse , ipsosq; diuina fretos protectione prorsus illefos extitisse : de vnico referam Carolo V. augustissimæ memoriæ Imperatore : De hoc narrant Iustus Lips. lib. 1. monit. polit. cap. 7. num. 10. & Franciscus Robortel. in orat. funebr. Bononiae dicta . Cum in Germania ad Ingolstadium copias haberet, cinxissentque eum ingeti exercitu federati hostes , & ænærorum tormentorum copia ferream grandinem in castra ipsa non sine graui pernicie inmitterent; amicis monétabus, vt sibi prospiceret : Cæsar immutato vultu, & loco, arridens dixisse fertur : *Confidite, nullus vñquā Imperator tormenti itclu interiit* . Hic idem Imperator, cum intra vallum iam armatus staret in hostem præditurus ad prælium , magna eum balistrarū vi repellere conabatur hostis . Itaque iterum monebatur, vt saluti sue cōsuleret, quibus animosè respondit : *Canes, qui valde latrant, non sunt valde metuendi . Nec est, quod timeamus, cum præsidio Dei satis vallati simus* . Nimirum Angelis suis mandauit Deus de te , vt custodiant te in omnibus vijs tuis .

Sed quod mirum est , nedum protegit Deus à peste , & bello in se confidentes; sed quotquot sunt de familia eorum tuerit .

Hanc veritatem testatur Simeon de Muis *Comment. in Psal. 90.* in illa verba : *Non accedet ad te malum* , dicens : *Non accedet (Hebr. accidet) ad*

te matum vllum: & flagellum, Hebr. plaga, pestis scilicet, aut alterius cuiusuis mali, non appropinquabit tabernaculo tuo, idest, nec tibi, nec cuiquam è familia tua: transfiliet enim Dominus iuxta ostium, & non sinet percussorem, seu valetatem ingredi domus vestras, & ladere; ut est Exo. 12. 23. Tabernaculum pro domo usurpat, vxoremq; & liberos intelligit, & quotquot domi agunt.

Id ipsum aperre docet Folengius in eadem verba: Tabernaculum pro tota domo, ait, & familia hic ponit iudico. Et est perinde atque tui erunt tui omnes, non modo tu solus ab omni malorum genere, ac plaga. Vnde sic Paraphrastes: Quod si feceris, ait, (dixerat enim versiculo precedenti, si posuerit Altissimum refugium suum) ausim tibi polliceri, non futurum, ut vllum inopinatum malum te corripiat, vel villa plaga familiam tuam infestet. Nullum igitur fatum, nullumq; insperatum malum te, aut tuos opprimet liberos, & vxorem, o tu qui fiduciam tuam in Domino collocasti! Bellabunt aduersum te, & non preualebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

Hierem. c. 1.
Vers. 19.

FRVCTVS OCTAVVS.

Famem tollit, dans escam esurientibus.

Octauò, hæc confidentia in Deum sufficienter succurrit in his, quæ ad vitam sunt necessaria.

Hoc probat illud David Psal. 54. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Immo ut discipulis suis, ac omnibus suis fidelibus Christus magis inculceret, & urget ad hanc vnam in Deo fiduciam collocandam, coruos, lilia, passerculos oculis subiicit: Considerate, inquit, coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neq; horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis? Quis autem vestrum cogitando potest adiungere ad staturam cubitum vnum? Si ergo neq; quod minimum est, poteritis, quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia, quomodo crescunt: non laborant, neque nent; dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebat, sicut vnum ex ipsis. Si autem fenum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos pusilla fidei? Pater uester scit, quia his indigetis. Sic pluribus experimentis Discipulos suos probauit, ut eos edoceret, Deo ex toto corde fidere. Ita quasi quinque millia hominum pastu excepturus in vasta solitudine Philippum interrogat, vnde panes emendi sint. Hoc autem dicebat tentans eum. Sic & quatuor millia hominum cibo refecturus Discipulos in eam rem consultores adhibens: Quot, inquit, panes habetis? At illi non magnæ fiduciae: Vnde illos quis poterit, aiunt, hic satiari panibus in solitudine? Quibus Drexelius de Conformat. voluntatis lib. 5. cap. 1. §. 3. ait: O viri, Deus poterit, qui nos fibi in rebus omnibus vult fidere quam integerrime. Prudentia diuina falli non potest; fallere non vult: stabit Deus promissionibus suis.

Docebatur hoc omnium statutum exemplis: Ut anionam Deus prestaret Eliæ in se confidenti primò quidem Prophetæ dapiferos iussit esse coruos? 3. Regum. c. 17. Corui quoque deserrebant ei panem, & carnes manū, similiter

213.
Fiducia in Deum
dat cibum esu-
rientibus.
Vers. 23.
Hoc docet scrip-
tura sacra.
Luc. 12.
V. 24. &c seqq.

Ioan. c. 6.v.6.
Marci c. 8.v.4.

214.
Testantur om-
nium statum
exempla.

Hae suffultus
refectus fuit.
Elias. Prop.
Drexel. lib. 5.
c. 7.

Daniel. c. 15.

215.

S. Paulus Ana-
choreta.

Ioan. Erem.

S. Rochus.

S. Franciscus
cum suis Frat.

Vers. 23.

panem, & carnes vesperi. Ut magis, ac magis, ait Drexelius, Dei eluceceret prouidensia in suos amicos, ac confidentes, en aues rapacissima, que alioqui commissum sibi commeatum consumpsissent in via, nisi obstitueret diuina prouidentia, iamiam à dapibus sunt, & ad cyathos stant. Deinde hunc ipsum Eliam Deus per pauperculam viduam paut, cuius omnes facultates erant pugillus farinæ, & patum olei, quo vngretur, non quo vesceretur; & tamen quot farinæ modij, quot libræ olei in pauperrimo hoc peno relatebant? Tertiò cum Elias egestatem suam securo somno solaretur, adfuit aliis Angelus è celo, panem, & aquam serens; vt Habacuc Danieli messorum prandium attulit.

§. I.

E Andem hanc singularem benevolentiam Deus. sexcentis alijs suorum amicorum in se confidentium exhibuit; farinam, panes, vinum occulta vi augendo; aut cū hęc penitus decesserent, inexpectata gratia submitrendo.

Paulo inter Anachoretas primo annis sexaginta dimidium panem detulit coruus, integrum presente Antonio.

Ioannes Eremicola quatuordecim annis à nullo mortalium visus, Ceruæ lacte passus est.

Beatus Rochus aliquanto tempore panem quotidie accepit à cane; quemadmodum Elias à coruo.

Non vnum Eremicolarum illorum è palmis & cibum, & vestem impetravit; vna illis arbor, & sator suit, & pistor.

Seraphicus P. noster S. Franciscus tam firmam, & inhæstantem habebat in Deo fiduciā, vt Rom. Pontifici de alimentis sciscitanti responderit: *Materem quidem habemus pauperem, Religionem; sed patrem ditissimum.* Et hanc confidentiam suis in viaticum dare solitus erat, insinuans illud Psaltæ. Psal. 54. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Nec eum sefellit, aut confundit suas spes.

Nam cum semel è Dalmatia Anchonam versus nauigaret, nec aliquid secum haberet ad manducandum, diuinę fretus clementia, nedum sibi, ac socio, sed pro omnibus in naue existentibus à Deo meruit annonam per Angelum exhiberi: Ita in vita eius par. 1. Chronic. Fratr. Min. lib. 1. c. 3.

Alias cum sibi, ac toti familiæ defecisset panis, ac tantum tres panes eis remanserent, Fratresq; tunc essent numero triginta & vnum, factò signo Crucis super tres illos panes, eos multiplicauit; ita vt sufficerent nedum ad satiandum omnes illos Fratres; sed etiam ex eis remanserit copinus frag-mentorum: Ita par. 1. lib. 2. cap. 17.

Sic cum quidam homo in itinere illum comitans ex siti velimenti quasi deficeret; priùs à Sancto ad Deum oratione effusa, velut alter Moyses, susfiducia virga è petra aquam eduxit, qua sitim illius hominis extinxit, statimq; fons ille exsiccatus est: Ita par. 1. lib. 1. cap. 82.

Sic alias fontem aquæ mutauit in vinum, vt plurium operariorum siti extinguqueret; & paulò post vas plenum aceto in vinum generosissimum convertit: Ita par. 1. lib. 2. cap. 52. Alia plura huiusmodi passim leguntur mira-

Art. II. Spe; seu Fiducia in Deum. 119

miracula, quibus Dei maxima ostenditur clementia, ac prouidentia in seruum suum in prouidendo illi victui necessaria ob ipsius in Deum maximam fiduciam collocatam.

§. II.

Simili fiducia filia eius spiritualis primogenita S. Clara signo crucis patrem, & oleum auxit, quantum pro rota sua familia alenda satis erat: 216.
S. Claracum
suis Montalib.

Ita in vita eius par. 1. lib. 8. cap. 9.

Pari modo Seraphici Patris plures filij eadem fiducia imbuti, saepius sibi necessaria ad vitæ sustentationem à Deo per Angelos subministrari meruerunt, ut ex varijs Chronicorum locis facillimè colligi potest.

Beato Didaco seruo suo iter agenti mensam parauit Deus, & vero Israeli-tæ in deserto cibaria ministravit: S. Didacus. *Ita ex officio ipsius Sancti; & Chronic. par. 3. lib. 5. cap. 3.*

Beato Ioanni è Capistrano Appenninos montes transiunti vñà cum aliis quibus socijs p̄t̄ fame ferè perennibus, nec habentibus, ex quo se reficerent, ab Angelo delatus fuit pro singulis panis recens, ac delicatus: B. Joannes à
Capistr. *par. 3. lib. 4. cap. 2.*

Alij duo Fratres iter agentes in deserto ab Angelo sub specie Iuuenis pulcherimi hospitio recipiuntur, cibarijs reficiuntur, super fenum ad quietem capescendam adducuntur, ac inane diluculò idem Iuuenis illos vsq; ad semitam rectam comitatur, statimq; ab oculis eorum euanscet: *par. 2. lib. 2. c. 2. i.*

Immò quibusdam alijs Deus in se confidentibus ab ipsis dæmonibus sub forma Monachorum prouideri voluit: *par. 2. lib. 2. cap. 3. i.*

Alia innumera leguntur exempla, nedum in Chronicis Fratrum Min. sed omnibus historijs sacris, eorum qui ob maximam in Deum fiduciam collocatam meruerunt sibi à Deo victui necessaria administrari, quos longum nimis, ac tædiosum esset recensere. Attamen non est reticendum hic vnum memorabile dictu: Duo Fratres more apostolico iter agentes sine pera, sine edulio, cum die quadam nihil ad manducandum inuenissent, ob nimiam abstinentiam cibi videbantur fame aperire: petierant quidem ostiatim elemosinam, sed pro pane pacem, ac latratus canum audierant; idcirco quasi diffidentes, omni spe vacui, mero, ac tristitia affecti incedebant; sed ecce obvium habent adolescentem, qui eis duos tradens panes, ac mestitia causa perquisita, se Angelum manifestauit, eosq; acriter reprehendens dixit: *Modica fidei, quare dubitas? Cur menti vestra non reuocasti verba toties à vestro Seraphico Patre repetita: Iacta super Dominum turam tuam; & ipse te enutriet? Si fidem habuissetis, maiora vobis dona communicasset Deus.* Eccl.c.2. v. 11.

Confidite ergo: quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.

Quare optimè concludit Drexelius de Conformat. volunt. lib. 5. cap. 1. §. 3. dicens: *Numquam nobis est desperandum. Res angusta domi sunt? Dominū habemus diuitem, qui numquam passus est suos extingui fame. Inimica insurgunt agmina, siue terris nata, siue inferis excitata? Ducem habemus potentiorē, qui uno flatu regnorū disperdet exercitus. Maledicta premunt lingue,*

& falsis

217.

*Angelus hanc
fiduciam ins-
nuauit duobus
Fratribus iter
agentibus.*

*Par. 2. lib. 2.
Chron. Fratr.
Min.*

& falsis onerant criminacionibus? Deum intueamur iudicem, vindicemque
 & humana non metuemus. Neque enim se vinci ab homine patitur Deus, aut
 munificentiam suam ab humana fiducia superari. Audet quis fidere? maiora
 donare audebit Deus. Audet sperare magna? vincet humanam spem Deus.
 & è locuplete celorum thesauro, longè maioribus beabit: ita ut ad peilendam age-
 statem humanam, satis sit spem suam posuisse in Deo, ac de illius liberalitate
 magna sperasse. Ergo fide Deo: nam beatus vir, qui sperat in eo. Spera in
 Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & paciferis in dinitiis eius.

Psal. 33. v. 8.
 Psal. 36. v. 3.

FRVCTVS NONVS.

Infirmitates curat.

218.
Fiducia in Deum infirmitates sanat.
Constat ex po- gestate à Christo in Euange- lio tradita.

TIC
Quae fiducia debet esse sine hæsitatione.

219.

Nonò, hæc confidentia in Deum, ac fiducia in eius infinita bonitate,
 ac indeficienti fidelitate ægritudines expellit, ac morbos sanat.
 Quam virtutem sanandi egrotos Christus Marci 16. cōmunicavit om-
 nibus in se credentibus, ac confidentibus dicens: *Super agros manus impo-*
nent, & benè habebunt. Quibus verbis, ait Alphonsus à Castro, verb. Exor-
 cismus, *Christus promisit, se numquam illorum inuocationi defuturum, qui no-*
men ipsius interposuerint. Et Ioan 14. *Qui credit in me, opera, qua ego facio,*
& ipse faciet, & maiora horum faciet.

Hac fiducia Apostoli, ac Sancti in nomine Iesu cæcis vistum, surdis audi-
 tum, clandis gressum, & cursum, sermonem mutis, sanitatem egrotis dede-
 runt. Hac mediante quicquid salutare à fidelibus siue per Sanctos, siue per
 orationem, siue per res sacras, puta breuia, agnus Dei, crucis, coronas, be-
 nedictiones, & alia id generis petitur, obtinetur.

Verùm, vt hæc fiducia homo obtineat id, quod petit, ea debet esse sine
 vlla hæsitatione: ita vt egrotus (si velit à Deo opratain consequi sanitatem)
 debeat primò credere, quod Deus dubio procul potest cum à tali infirmitate
 liberare: secundò quod ratione sua fidelitatis, (si sanitas fuerit saluti ani-
 mæ profutura) illam infallibiliter iuxta promissiones suas ei communica-
 bit: Ita Suarez, tom. 2. de Religione, lib. 1. de orat. cap. 24. nn. 4. &c nos latè
 infra par. 2. vbi de orat.

Confirmat hanc veritatem Benedictus Iustinianus in illa verba Iacobii
 Apostoli cap. 1. *Postulet in fide nihil hæsitanus. Postulat, ait, hoc loco Aposto-*
lus confidentiam, hoc est, spem minimè hæsitantem. Hæsitation enim, vt in rebus
agendis actionem, sic in re proposita orandi studium vel retardat, vel omnino
impedit. Ideò subiungit Apostolus: Qui enim hæsitat, similis est fluctui ma-
ris, qui à vento mouetur, & circumfertur: non ergo æstimet homo ille, quod acci-
piat aliquid à Domino? Quæ verba Apostoli explicans Titelmanus, ait: *Vt*
autem sua petitionis consequatur effectum, illud videat, vt fide postulet, nihil
addubitetans. Qui enim hæsitanus orat Dominum, propter instabilitatem spei sua
comparandus, venit fluctui maris, qui ab omni vento nunc hic, nunc illuc sine
ordine agitatur.

Aperte hoc docet idem Apostolus cap. 3. dicens: *Infirmitur quis in vobis,*
inducat

inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum; vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: si in peccatis sit, remittentur ei. Quæ verba clare indicant, orandum esse ad Deum eum fiducia, si volumus in infirmitate impetrare sanitatem.

§. I.

HÆC autem fiducia nedum requiritur in curante; verum etiam in eo, qui curandus est, (si sit adultus rationis capax) ut docere videtur Suarez disp. 8. de distinctione fidei ab omnib. donis sc̄t. 1. Quam regulariter etiam Christus exigebat ab egrotis antequam illis impenderet sanitatem: Sic illi languido piscinae Ioan. 5. dixit: *Vis sanus fieri?* sic illi cæco nomine Bartimeo, qui post Iesum clamabat: *Iesu fili David miserere mei*, dixit: *Quid vis, ut faciam tibi?* Marci 10. Sic alijs duobus cecis Matthæi 9. dixit: *Creditis, quia hoc possum facere vobis?* A quibus omnibus consensu voluntatis prestito, & actu fidei elicito, ipse liberaliter eis sanitatem largitus est, dicens: *Secundum fidem vestram fiat vobis: fides tua te saluam fecit.* Volebat enim, quod ipsi metegroti (si rationis erant compotes) petarent sanitatem, ac crederent, quod posset illis tale conferre beneficium: Idcirco secundum fidem eorum gratias illis conferebat.

Hanc veritatem magis, ac magis probat id, quod accidit cuidam cæco à gentibus Bethsaïda Christo oblato Marci 8. in cuiusvis oculos Iesus expuens, impositis manibus suis, interrogavit eum, si quid videret: Et aspiciens ait: *Video homines velut arbores ambulantes.* Ita quod non perfectè cœpit videre; sed tantum confusè, & imperfectè cœpit distinguere obiecta. Deinde iterum imposuit manus super oculos, & cœpit videre, & restitutus est, ita ut clare vide-ret omnia. Sed cur statim in principio perfectam non recepit visionem? An Christus fortasse tunc perfectam sanandi non habebat facultatem, ut perfectè citò illum sanare posset? Absit, ut dicamus hoc! Cur ergo perfectam illicò non est assecutus sanitatem, sicut alijs plures ceci, muti, surdi, claudi, paralytici, alijsq; egreditudinibus affecti? Theophilactus eruditè respondit: *Quia cæcus ille perfectam non habuit fidem, idcirco non statim ipsum respicere facit; sed sensim, ut potè integra carente fide.* Iuxta enim fidei magnitudinem, & sanitas datur.

Hoc idem prorsus euenit egrotis nostri temporis, cum desiderio sanitatis cōsequenda Sacerdotes aduocant, ut ab eis sacris benedictionibus muniantur. Nam iuxta Christi sententiam Ioan. 14. *Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet,* si egroti maxima sunt muti niti confidentia, quod Deus mediante illius Sacerdotis benedictione, nedū possit illos à tali ægritudine eripere; sed ratione suæ infinitæ bonitatis, & fidelitatis inuariabilis, eis dubio procul sit sanitatem prestiturus (si sit salutis animæ profutura) hi vtique vel optatam obtinent sanitatem, vel aliquod aliud donum: Immò quando infallibiliter vult talem conferre sanitatem, Non solum, ait Tostatus quest. 165. in c. 17. Matthæi, dat desiderium petendi, sed etiam confidentiam certissimam obtinendi, & tunc obtainit infallibiliter

220.
Fiducia in Deum
est necessaria
agro adulto,
ut sanetur.

Hoc probat fa-
ctum cuiusdam
Caci.

221.
Aegroti iuxta
fidei magnitu-
dinem sanita-
tem accipiunt.

122 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

id, quod petunt. Cum autem non dignatur concedere, quod petunt, etiam si concedat desiderium petendi, & spem aliquam obtinendi; non tamen donat fiduciam certissimam obtinendi. Et cum petant sine fide: quia hesitant, non obtinent: vel tantum obtinent partim; & imperfecte.

Experiētia docet.

Hoc centies experientia mihi evenit in varijs nedum obsessis, ac maleficiatis; sed etiam naturali ægritudine affectis Romæ, Venetijs, Bergomii, & alibi; Adultis enim Deus secundum fidem eorum sanitatem impertiebat. Nam alij etsi in limine mortis existentes, & à Medicis prorsus ut incurabiles derelicti: quia fide inhesitanti confidebant, se à Deo mediante mea benedictione, & ad Deum deprecatione consecuturos sanitatem, à fiducia sua non sunt fraudati: alij vero, quia fiducia debita carebant, idcirco sanitatem non sunt assecuti: alij quia modicam habebant fidem, incipiebant melius se habere, & pedetentim obtinuere sanitatem. Ita quodd iuxta fidei eorum magnitudinem, & sanitas illis dabatur. *Fili ergo in infirmitate ne despicias te ipsum; sed ora Deum, & curabit te: quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.*

*Ecclesi. c. 38.
v. 5.
c. 2. verf. 11.*

FRVCTVS DECIMVS.

Defendit à terræmotu, fulmine, aquarum submersione, alijsq; periculis, inopinatis.

222.
*Confidentia in
Deum defendit*

*A Terræmotu.
Sic Antiochia
seruita fuit.*

*Lucæ cap. 24.
v. 36.*

223.
A fulmine.

*In Psal. 77.
Sic Monaci in
monte Caffino
seruati sunt.*

Decimo, defendit hæc fiducia in Deum à terræmotu, fulmine, aquarum submersione, incendijs, alijsq; periculis, quibus humana fragilitas subiacet.

De terræmotu narrant Euagrius lib. 4. c. 6. Theophanes *Miscell.* lib. 16. Cedrenus in *Annal.* & Nicephorus lib. 17. cap. 3. quod Antiochia terræ motibus creberrime erat quassata, præsertim anno quingentesimo vigesimo octavo, quo tempore Deus viro sancto id consilij dictauit, ut ædium foribus inscriberetur. **CHRISTVS NOBISCVM; STATE.** Quicumque hoc suis domibus inscriperunt, ijs terræ tremores nihil obsuerunt. Inde vrbs nouo nomine dicta est Theopolis. Idem de homine illo affirmaueris, cuius pectori, seu cordi altius inscriptum est **CHRISTVS MECVM; STO, ET ILLI FIDO.** Vbi hæc ædium frons est, ibi Christus propugnator est, qui calamitatem omnem amantissimis illis vocibus solatur, **Ego sum nolite timere** nec hostem vllum, nec vlla aduersa. Ego sum adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

De Fulmine refert Ioan. Baptista Folengius Monachus Cassinensis, quod cum in excelsum Cassinum montem crebra cadant fulmina, ideo hac de causa cum ipsi Monachi soleant ad demones fugandos, ac Deum propitium habendum in sublime cruces erigere, facere supplicationes, & vota; in Psalmum 18. ait: *Vidimus sapè, maximo cum spectantium miraculo, & stupore, ipsius fulminis telum iamiana terris propinquum vi precum in aere pendere, tandemq; ira medius ipsis coruscationibus una cum nimbis in tenuissimum vaporem resoluti. Quis tenuit fulmen, ne terram pertingeret; sed potius in vapores solue-*

Art. II. Spe, seu Fiducia in Deum. ¶ 123

solueretur? Non utique aliud, quam oratio cum maxima fiducia ad Deum directa.

De aquarum submersione quomodo fiducia in Deum seruet, testis est Elcearius Comes nota sanctitatis vir, de quo narrat Drexelius de *Conform.* voluntat. lib. 5. cap. 4. §. 1. quod cum mari se commisisset Neapoli cum tota familia Prouinciam repetitus, maxima exorta tempestate, omnibus, qui in naui existebant, nihil aliud deesse videbatur, quam secum nauim sepeliti aquis. Solus Elcearius formidine abiecta forti animo perstebat, eadem illi serenitas, idem oris color, eadem animi constantia. Nam dum alij cum iratis fluctibus luctabantur, ille suauiter cum Deo agebat, ac celum fiducialibus fatigabat precibus. Tandem subducta in portum naui nonnullos è suis grauitate incusauit, quod clamoribus, & lacrymis satis ostendissent, petexigua fere fiducia in Deo niti, nimiumq; à morte abhorre. Seorsum autem Dalphina coniux interrogabat Elcearium, an ipse solus in tam presenti periculo desisset esse homo, & mortem tam vicinam non timuisset? Cui ille. Totum me, inquit, diuina voluntati tradidi, paratus, si saluis omnibus, solus haurier fluctibus. Hoc est, quod Hebreus sapiens monuit Prover. c. 3. Habet fiduciam in Domino ex toto corde tuo.

224.
Ab Aquarum
submersione.
Sic S. Elcea-
rius cum tora-
sua familia
seruatus est.

Vers. 5.

§. I.

HÆC enim fiducia est velut asylum securissimum, ad quod in omnibus periculis, tribulationibus, ac necessitatibus est confugiendum.

Hoc elegantissime docet Drexelius loco citato cap. 3. §. 2. Si quem calamitas feriat, inquit, fiduciam ille in Deum augeat. Quid enim, obsecro, mi homo agis, cum te subitus imber opprimit? in urbe tectum, credo, subis, deprahensus in campo patulam circunspicis arborem, qua nimbum defendas. En tibi tectum, en arborem, en asylum securissimum, fiduciam in Deum: nec umquam opportunitum esse potest in soliditudine hospitium, in imbre tectum, in frigore ignis, aut balneum, atque tibi erit in omnibus aduersis fiducia in Vnueris Dominum: quecumque demum in te ruant procella, tutissimus stabis sub hoc imbricato tecto. Fide Deo, & vti nauta cum omnia ad nauigandum comparant, ventum à Deo præstolantur; ita tu officio tuo non desis, catena curabit Deus: tu propositiones pone, conclusionem Deo relinque, fac antecedens, consequentia faciet Deus. Fide Deo.

Rationem reddit Titelmanus in Psalmum 45. vers. 1. Quia Dominus Deus noster, in quem credimus, qui nobiscum est usque ad consummationem saeculi, ipse est tutissimum nostrum refugium, & nostra fortitudo, per quem ab obuenientibus quibuscumque periculis speramus salvari, ipso tanquam asylo intra se se nos concludente, & tanquam forti pugnatore pro nobis propugnante, adiutor est nobis magnus valde, semper paratus in omnibus tribulationibus, & malis, quacumque nobis obuenient, numquam derelinquens seruos suos in afflictionibus, atque periculis. Propter ergo fiduciam eius non desperabimus, neque deiciemus, aut consternabimus animo, neque timebimus quicquam. Renela igitur Domino viam tuam, & spera in eo. & ipse faciet.

225.
Fiducia in Deū
asylum est se-
curissimum in
omnibus peri-
culis.

226.

Psal. 36. v. 5.

F R V-

FRVCTVS VNDECIMVS.

Victoriam reportare facit de inimicis.

227.
Fiducia in Deum
vincit inimi-
cos.

Hoc testatur
Daud de seip-
so.

Eius præclar-
victoria recen-
sentur.

VNdecimò, hæc fiducia in Domino collocata præclaras reportare facit victorias de inimicis , prout ex eis exoritur gloria Dei , & animæ saluti magis expedit .

Hoc apertè fatetur ille strenuissimus belli dux , ac Iudeæ, Israelisq; princeps Daud Psalmo 59. *Latabor, ait, & partibor Sichimam.* Ego , vt rex , & princeps populi tui, ô Deus, latabor in triūphis victoriæ, ex virtute dexteræ tuæ contra aduersarios populi tui , & diuidam terram Sichem, tanquam bello partam, populo meo : *Et conuallem tabernaculorum metibor, & vallem illam, quæ Sochot dicitur (idest tabernaculorum) ego dimetiar tanquam meo dominio, & iuri subiectam.*

Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei. Populus Galaad item mihi subiectus est, similiter & Manasse : populus autem Ephraim præcipua, & velut capitanea est fortitudo mea , & qua robur , ac virtus capitis (idest principatus mei) vtpotè alijs tribubus potentior, bellicosior, & numerosior . *Iuda rex meus.* Tribus Iudæ regnum mihi præstat, in qua & principium fuit regni mei . *Moab olla spei meæ.* In Idumeam extendam calciamentum meum : mihi alienigena subditi sunt . Populus Moabitarum est mihi veluti olla, & lebes oblectationis, vnde haurire possim delicias , & oblectationem, eisq; liberè vi iuxta desiderium meum . Super filias Edom extendam calciamentum meum , super illos calcabo tanquam perfecta subiectione plenissimè subiectos mihi Philistijm, Amalechitæ , & alienigenæ per circuitum facti sunt mihi tributarij . *Quis deducet me in Ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumeam?* Et quis est, qui me perduxit vsque in Ciuitates munitas, vt loca etiam tutissima obtinerem ? Quis me deduxit in Ciuitates Idumæorum admodum robustas , & populosas, vt eas cogere in sub imperium regni Dei ? *Nonne Deus, qui repulisti nos?* & nō egredieris Deus in virtutibus nostris ? Quis alias præter te Domine, qui olim videbaris abiecssisse nos ; nec volebas cum exercitibus nostris ad pugnā egredi, nolebas pugnare cum exercitibus nostris , nolebas tua præsentia defendere populum tuum pugnantem ; sed quasi à prælio absens permisisti vinciri exercitus nostros ab aduersariis ? Nunc idem ipse respexisti nos , & egressus nobiscum dedisti nobis præclaras victorias . *Da nobis auxilium de tribulatione.* Tu itaque Domine semper præsta nobis de tribulatione auxilium: cum insurrexerint aduersum nos aduersarij , & tribulatores populi tui, succurras tu nobis auxilio tuo . Quid tot copiæ nos iuuabunt , nisi tu præreas ? *Quia vana salus hominis.* Prorsus vanissimum est auxilium , & salutem expectare ab humana potentia , cum tu illam habeas in manu tua . *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* Non, inquit, nostris copijs, ac viribus freti, quia prorsus imbecilles sumus , & impotentes; sed te solo, ô Deus, fortiter agemus, in tuæ virtutis fiducia, & auxilio

lio validissimè agere poterimus magnæ virtutis opera, tua virtute confortati viriliter. Tu quoque facillemè hostes nostros prosternes, & conculcabis: tu absque omni labore, ac sine molestia nostra, aut periculo ad nihilum deduces omnipotenti fortitudine tua aduersarios nostros, quanticunque tandem siue numero, siue fortitudine extiterint: propter quod in te semper fiducialiter perfare volumus, & tuo sancto cultui semper inhærete, neque abs te abscedere in perpetuum.

Predicita verba ad literam sic exponunt, ac legunt Græcus, Latinus, Chaldeus, & Hebreus: ita Simeon de Muis, Franciscus Titelmanus, Io. Baptista Folengius, Dionysius Carthusianus, Joannes Lorinus, & alij communiter. Non ergo mirandum, quod Dauid tot victorias de inimicis reportauerit, tot gloriosos egerit triumphos, cum sapientius coram Deo se fuerit protestatus, pugnare non proprijs innixus viribus, non de humana potentia confisus; sed sola Dei omnipotencia ac virtute fretus. Sic Gigantem Goliath in nomine Domini prostrauit: sic Philisthaeos; sic ceteras nationes hac fiducia munitis ditioni suæ subiecit.

§. I.

Simili artificio diuino illustrissimi viti de inimicis suis preclarissimos egere triumphos.

Abrahamus cum trecentis octodecim vernis quatuor Reges aggressus vicit summa in Deum fiducia. Genes. 14.

Moyses Deo nixus quæ non prodigia patrauit? vniuersos Ægypti exercitus uno maris sepulchro clausit. In Amalecitano bello, dum populus Israel contra Amalec pugnabat, ipse stans in vertice collis velut spectator ociosus, virginem Dei habens in manu sua totos prostrauit exercitus. Exod. cap. 17. Moysis panoplia fuit virga, & in Deum fiducia.

Quid de Calebo memorem? qui tantæ fuit fiduciae in Deum, vt tot centenæ hominum millibus variè tumultuantibus, unus ille animosè obsistens proclamarit: *Nolite rebelles esse contra Dominum, neque timeatis populum terra huius: quia sicut panem, ita eos possumus deuorare; recessit ab eis omne praesidium: Dominus nobiscum est, nolite metuere.* Numer. cap. 14.

Et quantæ in Deum fiduciae fuit Gedeon ad tritoram potius, quam ad militiam educatus, qui cum trecentis viris tot hostium millia & inuadere est ausus, & vincere? Iudic. cap. 7.

Sic Ezechias ingenti fiducia plenus non tantum quindecim annos vita suæ auctarium impetravit, solisq; vmbram per decem lineas reuocauit; sed insignem de inimicis victoriæ reportauit. Nam prius cilicium, quam loricam suasit induendum, quo armatus primus ipse templum adjit, & populum ad preces, & fiduciam concipiendam hortatus: *Viriliter agite, inquit, & confortamini: nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, &c.* Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. En plenissimam fiduciam adhortationem!

228.

Abrahami in
Deum fiducia.

Moysis.

Vers. 9.

Calebi.

Gedeonis.

Vers. 20.
Ezechie.2. Paralipom.
c. 32. v. 7. & 8.

Non

§. II.

229.

Iosaphati regis.

2. Paral. c. 20.

Vers. 3.

Vers. 12.

Vers. 15.

Vers. 17.

Vers. 20.

Vers. 21.

Non est silentio prætereundum id, quod accidit regi Iosaphato, cum
ingens Moabitarum, & Ammonitarum exercitus ei immineret. Hic
cum virtibus nequaquam par esset hosti, ingenti fiducia totum se contulit ad
rogandum Deum. Iamque prolixius precatus, preclarissimam hanc clausu-
lam adiecit: *Cum ignoremus, quid agere debeamus; hoc solum habemus resi-
dus, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Hic Iahaziel diuino afflato cœtuans,
proclamat è turba: *Attendite omnis Iuda, & qui habitatis Hierusalem, & tu
Rex Iosaphat: Hoc dicit Dominus vobis: Nolite timere, nec paneatis hanc
multitudinem; non enim est vestra pugna sed Dei. Non eritis vos, qui dimica-
bitis; sed tantummodo confidenter state; & videbitis auxilium Dei super vos.* His vocibus mirè animatus Rex Iosaphat exercitum duxit in hostem; ne
verò sui milites ad tantæ multitudinis occursum trepidarent, instar strenuissimi
ducis omnium animos oratione præmunientis: *Audite me viri Iuda, in-
quit, credite in Domino Deo vestro, & securi eritis.* Et mox contra quām fieri
solet in prælio, statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis, & an-
tecederent, ac voce consona dicerent: *Confitemini Domino, quoniam in aeternū
misericordia eius.* En Regeim cum milite in aciem, velut Episcopum cum
Sacerdote ad templum prodeuntem! Res planè insolita, & ridicula in
bellis imbellem cantantium turinam in fronte agminis collocare. Sed ad-
fuit Deus Iosaphato tanta Dei fiducia pugnaturo. Cumque cœpissent, non
milites tela iacere; sed cantores sacra carmina canere, hostes in seipso versi
mutuis sese vulneribus conciderunt. Porro Iosaphati exercitus, cum pro-
gredetur, omnem campum cadaueribus stratum reperit, nec supererat,
cui necem liceret effugere. In tanta verò cadauerum strage spolia inuenta
sunt tam opima, & copiosa, ut asportandis ijs nec triduum quidem sufficeret.
En quid possit sincera in Deum fiducia rerum omnium potens, inex-
pugnabilis!

§. III.

230.

Plurimorum
victoria.

Taceo victorias, quas Deo pugnante pro ipsis, preclarissimas obtinue-
runt de inimicis suis Elisæus contra Milites Regis Samariæ; Judith de
Holoferne, eiusque milite ingenti; Debora prophetissa de Sisara, ac grandi
exercitu Regis Assyriorum; Omias summus Sacerdos de Heliodoro, eiusque
exercitu, illud dñmataxat Iudeæ Machabæi monitum referam memoria dignum, quod ipse suis militibus multitudinem inimicorum timentibus tra-
didit 1. Machab. c. 3. *Facile est, inquit, concludi multos in manu paucorum,*
& non est differentia in conspectu Dei celi, liberare in multis, & in paucis; quo-
niam non in multitudine exercitus victoria belli; sed de celo fortitudo est. Ipsi
veniunt ad nos in multitudine contumaci, & superba, ut disperdat nos, & cat-
tela. Sed apud Dominum continet eos ante faciem nostram: Et 2. Machab. cap. 10.
opus dignum gessit, quod à quocumque milite Christiano litteris aureis
cordi

cordi inscribatur. Hic cum aduersus exercitū peregrinæ multitudinis cum paucis militibus prælium esset. commissurus, prius deprecatus est Dominum unā cum suis militibus, caput terra omnes aspergentes, lumbosq; cilicij; precincti ad altaris crepidinem prouolutis, ut sibi propitius, inimici autem eorum esset inimicus, & aduersarijs aduersaretur, sicut lex dicit. Primo autem Solis ortu viri; commiserunt: isti quidem victoriae, & prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducem bellī animum habebant. Sed cum vehemens pugna esset: apparuerunt aduersarijs de celo viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatum Iudeis præstantes: ex quibus duo Machabæum medium habentes armis suis circunseptum incolumen conseruabant: in aduersarios autem tela, & fulmina iaciebantur, quo & cœcitate confusi, & repleti perturbatione cadebat. En tutissimam Dei protectionem pro ijs, qui in illo suam constituant fiduciam, ab eoque omne expectant auxilium; illi omnem vim, ac fortitudinem tribuentibus, ac consequenter victoriam non sibi, aut suo roboti, sed eius gloriæ, & honori referentes: sicut faciebat iste dux invictissimus; qui non suā, sed Dei victoriam appellabat: vt habetur cap. 13. eiusdem libri: *Et dato signo suis Dei victoria!* Ex his autem enarratis quid alius colligitur, quam eos omnes, qui in aliis habent imperium, monere, ut fiduciam locent in solo Deo, qui animos, hominum veritatē, iubetq; summa, & imma, medio cursu sistere? ait Drexelius de Conform. voluntat. lib. 5. cap. 4. Confidē ergo in Deo christiane miles: & bellabunt aduersum te, & non preualebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te. Hic etenim c. 1. Vestigia sequere illius Iudæ Machabæi, qui hostilem apparatum considerans, extendit manus in celum, & Dominum prodigia facientem invocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Nec ipse solum dux ante congressum os Domini interrogavit ardentissimis precibus; sed & copias suas ad idem faciendum exemplo suo accendit. Ita, qui cum eo erant, invocato Deo, per orationes congressi sunt. Neque tantum ad pugnæ initium; verum etiam in ipso pugnæ furore Deum assidue appellabant: manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus triginta, quinque millia, præsentia Dei magnifice delectati. Hoc est, os Domini serio interrogare.

Exod. 23. v. 20.
Deut. 28. v. 7.

Vers. 19.
2. Machabæor.
c. vlt.

Vers. 21.

Vers. 26.

Ibid. v. 27.

FRVCTVS DVODECIMVS.

Neminem fallit, aut confundit.

Duodecimò, hæc fiducia in Deum neminem fallit, vel confundit, aut pudore afficit. Id testatur Paulus Roman. cap. 5. *Spes non confundit,* quod monitum prius fuit à Sapiente traditum Eccl. cap. 2. *Scitote, ait, quia nullus sperauit in Domino;* & confusus est; quis enim permanuit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis invocauit eum, & despexit illum? In hanc fiduciam regius psalmus sese attollens: *In te Domine sperauis, ait, non confundar in aeternum.* Scitè Augustinus in Psalmum 38. conc. 2. ante med. *Quis est,* inquit, qui confunditur? *Qui dicit, ego quod sperabam non inueni, non immēritò..*

23 I.

Fiducia in Deum
neminē fallit,
vel confundit.

Vers. 11. & 12.

Testatur dini-
na scriptura.

Psal. 30. v. 1.

ritò. Sperabas enim de te , aut sperabas de homine amico ? maledictus autem qui spem suam ponit in homine . Confunderis, quia fecellit te spes posita in mendacio; omnis enim homo mendax . Si autem ponas spem tuam in Deo tuo , non confunderis : quia ille, in quo spem posuisti, falli non potest . Spes non confundit.

Rom. c.5. v.5.
Moysis ingens
in Deum fiducia.

Hic, obsecro te benigne Lector, fiduciam Moysis, quam ea pudefacta nos sit, attendas. Referr. Ioseph lib. 2. Antiquit. Iud. cap. 7. Cum Hebrei ex Aegypto digressi, in arctum locum omnes conclusi essent, (iam enim à tergo hærebat hostis Pharao, in oculis montes, & mare fugam omnem negabant) Moyses has preces effuditse dicitur. Domine, tuum est hoc mare, tuus & mons, qui nos claudit : & hic potest te iubente aperiri, aut in planitiem solui : potest & mare in terram verti : possumus & nos per aerem sublimes effugere, si nos ita seruari tibi placeat. Hac precatus, mare virga percussit, quo ictu repente scissum transiit expeditissimum iter monstrauit : sic experientia probauit, quod spes non confundit.

§. I.

232.
Spes mundo, vel
viribus huma-
nis imixa fal-
lit, & confun-
dit.

Vers. 15.

Experiencia
guaridiana hoc
docet.

E Conuersò spes, qua quis mundo, vel se ipso nititur, fallit, atq; confundit. Pulchre Plato: Spes mortalium, inquit, somnia vigilantium, aut potius desiderantium. Anno Christianissimo millesimo octogesimo quarto, refert Drexelius de Conformat. volunt. lib. 5. cap. 5. §. 1. quod Odo Antistes Guilielmi Angliae Regis frater sortilegorum vaticinijs inductus, proximum (à Gregorio VII.) Pontificem se futurum credidit, & vt viam sibi muniret ad hoc solium per argenteos gradus, pecuniā per nefas vnde cumque contraxit, iamque Romanis arcibus spe imminens, à Fratre Guilielmo in carcere coniectus est, ubi totum peregit triennium: hoc scilicet solium huic spei debebatur. Nec umquam Odo Romanam tiaram suo capite recepit. Ita multis alijs spes sua dedecori est, & damno, Spes impij, ait Sapiens. Sap.c.5. tanquam lanugo est, qua à vento tollitur : & tanquam spuma gracilis, qua à procella dispergitur : & tanquam fumus, qui à vento diffusus est : & tanquam memoria bohipis unius diei prætereuntis.

Hoc experientia probant in dies, qui humanis fauoribus nituntur. Est famulus, cui in suo Domino plurimum fiduciæ: breui mors Dominum rapit, & iam tota famuli spes ubi est? Alius patrono nititur opulento, ac potente; patronus moritur, aut ipsius opes, ac potentia imminuuntur; ita iam huius spes ubi est? Iam vt latugo à vento ablata: iam vt spuma à procella dispersa. Filii subinde parentum auctoritate, officijs, dignitate præclarè se defensores credunt; subito Deus aufert hoc umbraculum, sicut hæderam exciscavit, subter cuius umbra Ionas Prophetæ quiescebat, & velut fumum illam dignitatem diffundit; ita vt miseri contra quam sperarant, vrantur à sole, & excecentur à sumo: quia consilium Psaltes non seruauerunt, dicentis: Non lite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus. Beatus Ibid. vi. 4. & 5. ergo, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, quia nullus. Ecclis. cap. 2. sperauit in Domino, & confusus est.

v. 11.

FRVCTVS TERTIVS DECIMVS.

Maximam vita afferat tranquillitatem.

Tertiodecimo, qui Deo serio fudit, officia sua, quamvis latissime pateant, sine tumultu obit, etiam inter aduersa laetus. Latentur omnes, ait Psalmus Psal. 5. qui sperant in te Domine. & Psal. 2. Beati omnes, qui confidunt in eo. & Paulus Rom. cap. 8. Spe, ait, salvi facti sumus.

Hoc testatur Augustinus pulcherrime pro more suo in verba Psalmi 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Quasi peruersus, inquit, videtur dicere non intelligentibus; debuit enim dicere, fructum laborum tuorum manducabis. Multi enim manducant fructum laborum suorum: qui laborant in vinea, ipsum laborem non manducant; sed quod de labore ipsorum nascitur, & ceterum. Quid sibi vult labores fructum tuorum manducabis? Modò labores habemus, fructus postea erit. Sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio propter spem, de qua paulò ante diximus: Spe gaudentes, in tribulatione patientes: modò nos ipsi labores nostri iucundant, & latos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundari, manducatus fructus laboris ipsius qualis erit?

Id perpolite Ioan. Baptista Folengius in illa verba Psalmi 145. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, testatur dicens: Felix nimis, atque iterum felix est, cui Deus Iacob, Deus, inquam, ille, quem Sancta colunt anima, & adorant, est praesidio, cuiusque fiducia solum Domino Deo suo, non conseruis se interdum debilioribus nimirum. Qui Deus celum auctor est, terraque, marisque, atque omnium omnino rerum, quae in illis insunt, conditor. Idem repetit in illa verba Psalmi 33. vers. 8. Beatus vir, qui sperat in eo, dicens. Felix, ille, qui fidei illius fese committit penitus.

Id ipsum eruditè docet Titelmanus in eadem verba: Verè beatus est, ait, vir ille, & securus est de bona salute, quisquis spem suam, & fiduciam in eo constituit, illique ex toto corde suam animam, & seipsum in benefactis commendat. Eadem verba repetit in illa verba Psalmi 39. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius. & Psal. 145. in illa verba: Beatus, cuius Deus Iacob, &c. supra relata, dicens: Qui spem suam omnem, atque fiduciam constituit in Domino Deo suo, qui creauit de nihilo celum, & terram, & maria, & omnia; quae in eis sunt, celestia, atque terrestria; per quam rerum creationem nota sit omnipotens eius, cui soli potestas competit veram salutem donandi. In hoc (inquam) qui sperat, beatus est, qui præter quod est omnipotens, & saluarē potens, est etiam fidelissimus in omnibus verbis suis, custodiens veritatem promissionum suarum, & fidem seruans in sempiternū, ita ut mentiri aliquando non possit, neque fallere. Fide ergo Deo ex toto corde tuo; & felix eris, tranquillus, atque beatus.

FRVCTVS QVARTVS DECIMVS.

Exaltat homines etiam in hac vita.

Quartodecimo, qui fiduciam suam constituit in Deum, meretur à Deo etiam in hac vita honoribus decorari, ac favoribus ampliari. Id probat

233.
Fiducia in Deum
hominem quietat.

Aug. tom. 8.

Testantur Patres.

Vers. 4.

234.

235.
Fiducia in Deum
exaltat etiam
in hac vita.

130 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

bat Folengius in illa verba Psal. 90. *Clamabit ad me, & ceterum. Inuocabit me, vertit Felix, & respondebo illi.*) *Vide, ait, certam de Diuino presidio pollicitationem. Respondebo, inquit, illi: hoc est, illius votis annuam, adero, fauaboque illi.* Neque id satis quidem (ò cacas mentes ! illum illum (inquam) haud multò pridem mibi infensum : modò vero spe mibi, atq; amore reconciliatum, non solum à periculis illis vita continuis, & aruram eximam ; verum etiam inter homines honoratum, cunctisque verendum faciam. Id ipsum testatur Simeon de Muis in eadem verba ferè iisdem verbis.

Sic Abraham, qui Deo fretus contra spem in spem credidit, ut ait Paulus, qui in reprobatione Dei non habuit dissidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens ; quia quacumque promisit, potens est, & facere qui filium suum vngenitum diuinæ voluntati mactare nō recusauit, meruit fieri conscientius secretorum Dei, ac nuncupari pater multarum gentium.

Ioseph.

Iosephus toties ad extremas deuolutus miserias, & angustias, quia tamen non cecidit animo ; sed cor eius erat fiduciam habens in Domino, ad tam sublime solium meruit exaltari.

David.

David Rex Hebronis ad tantum sanctitatis fastigium, ac regium thronū euexit summa in Deum fiducia : hac ille virtute pollebat, si ullus inquam mortalium. Inspice Psalmos, & tecum senties, quād ille assidue, & ore, & pectore versabat hęc talia : *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo ? Dominus protector vita mea, à quo trepidabo ?*

Daniel.

Daniel ob fiduciam in Deum constitutam, meruit nedum inter impastos leones illęs, & tutus seruari ; sed princeps constitui super prouincias, & regna.

Tobias.

Tobias in hoc genere admirandus : Facultates, & patriam, & oculorum visum perdidit, egenus, & exul ; & cecus ; fiduciam tamen retinuit tenacissimè. Et licet tam cognati, quād vxor, & parentes ipsum irriterent, diceant *Qd ubi est spes tua, pro qua eleemosinas, & sepulturias faciebas ?* Manifeste vana facta est spes tua, ipse tamen eos increpans : *Nolite ita loqui, aiebat, quoniam filii Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Hęc ei fiducia, & facultates, & patriam, & oculorum usum restituit, & premium insuper contulit æternum.

236.

Iob.

Non minori fiducia in Deum predictus fuit Iob. Adfuit de mon (Deo permittente, ac facultatem dante) qui vastauit, mactauit, ac depopulatus est omnia. Ventus liberos, ignis partem pecudis, hostis cetera rapuit. Iob, ipse in finetu è solio electus est. At ipse tam fuit incredibili constantia, ac fiducia predictus, ut dixerit. *Etiam si Deus occiderit me; in ipso tamen sperabo.* De futuris nil angor. Deus prouidebit. Sed audite denuо indicem bonorum Iob, *Et facta sunt ei quatuordecim millia onium (pro septem millibus) & sex millia camelorum (pro tribus) & mille inga bauum (pro quingentis) & mille asinae, cum antea quingentas solūm habuerit : geminato seniore omnia redierunt.* Immo & liberi sunt redditii. Nam iterum fuerunt ei septem filii, & tres filie. Fidite ergo Deo, quia, ut ait Scribonius in Super. Relig. lib. 1. cap. 27. *Gaudet Deus beneficijs dandis, & munificentia sua dona spargit in eos.*

Iob. c. 113.

vers. 15.

Idem c. 42.

vers. 13.

eos præcipue, qui in magnam exurgunt fiduciam. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Hieremias cap. 17. vers. 7.

F R V C T V S . Q V I N T V S D E C I M V S .

Facit homines velut omnipotentes.

QVintodecimò; Per veram in Deum fiduciam velut omnipotentes efficimur.

Liberè proclamat Paulus Philipp. c. 4. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Et quamuis cuique nostrum hic obijci possit: Tu longè seque-
re, & Pauli vestigia adora. Nihilominus tamen quis illorum, qui Deo fidunt, non animosè dicat cum Iob cap. 17. *Pone me iuxta te, & cuiusvis manus prægneta contra me?*

Vel cum Paulo Apostolo Rom. cap. 8. *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Sed quid opus testimonij? Christus disertissimè: *Si potes credere, inquit, omnia possibilia sunt credenti.* In quæ Domini verba egregiè Bernardus: *Quidni, inquit, omnia possibilia sunt innitenti super eum, qui omnia potest?* Nil omnipotentiam Dei clariorem reddit, quam quod omnipotentes facit omnes, qui in se sperant. *An non omnipotens, cui omnia possibilia sunt?*

Idipsum insinuauit Apostolis Matthei 17. cum enim ipsum interrogat-
sent, cur non & ipsi lunaticum adolescentem illum à dænone obſeſſum po-
tuerint liberare: Christus causam omnem diffidentiæ ascribens: *Propter incredulitatem, inquit, vestram:* *Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, diceatis monti huic, transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Quæ verba explicans Drexielius de Conformat. volunt. lib. 5. cap. 5. ait: *Hic non christiana solummodo fides commendatur; sed & illa fiducia, qua diuina se Omnipotentia sic induit, ut ardua quavis aggrediat-
tur, & admiranda patret.* Quamuis Christus non dixerit: *Edite miracula, sed Habete fidem Dei:* quærelas contra Dei dispositionem omittite, pafil-
lanimitatem ad ardua trepidantem vincite, omnem à vobis diffidentiam ex-
pellite. *Amen dico vobis: quia quicumque dixerit huic monti: Tollere; & mittere in mare, & non habiteret in corde suo; sed crediderit, quia quodcumq;
dixerit, fiat, fiet.* *Quod utique fieri potuifset, ait Venerabilis Beda lib. 3. Com-
ment. in Mar. si id necessitas fieri popofcisset.* *Quomodo legitimus factum pre-
cibus B. Gregorij Neocajareæ Ponti Antistitis viri meritis, & virtutibus exi-
mij, ut mons in terra tantum cederet, quantum incole ciuitatis opus habebant.* Cum enim volens adificare Ecclesiam in loco apio, videret eum angustiorem esse,
quam res exigebat, eò quod ex una parte rupe maris, ex alia monte proximo
coarctaretur: venit nocte ad locum, & genibus flexis admonuit Dominum pro-
missionis sua, ut montem longius iuxta fidem petentis ageret. Et mane facto
reversus inuenit montem tantum spatij reliquissime structoris Ecclesia, quantum
opus habuerant. Poterat ergo hic, poterat alijs quis eiusdem meriti vir, (si op-
portunitas exegiffset,) impetrare à Dōmino merito fidei, ut etiam mons tollere-
tur, & mitteretur in mare.

237.

*Fiducia in Deū
facit velut om-
nipotentes.*

Vers. 3.

Vers. 31.

Mar. c. 9. v. 23.

Bern. serm. 85.
in cantic.

*Hoc testatur
diuina scriptu-
ra.*

*Cōfirmant Pa-
tres.*

Marc. c. 11.

§. I.

238.

Creatura insensibiles obediunt ei, qui confidit in Deum.

Modus explicatur, quo creatura insensibiles iussa præcipientis intelligentiunt.

Matt.c.8.v.26.

Vers. 28.

Mar.4.v.27.

Hac fiducia possunt mirabilia operari homines: ut fecerunt serui Dei.

239.

*Moyses.**Iosue.*Ios.c.10.v.12.
13. 14.*Ezechias.**Apostoli Discipuli Dñi.*

Fiducia huiusmodi dicitur gratia miraculorum, seu operatione virtutum.

Hanc veritatem confirmat Alphonsus à Castro lib. 6. aduersus *Hereses verbo Exorcismus*, illa verba explicans Luca 17. *Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: eradicare, & transplantare in mare, & obediens vobis.* At arbor morus, ait, *sensum non habet, & iussa fidelium præcipientium adimpleret.*

Verum si huiusmodi creatura sensum non habent, quomodo possunt iussa fidelium præcipientium audire, nequim adimplere?

Huic difficultati eleganter respondet Suarez tom. 2. de Religione lib. 4. de *Adiuratio. num. 13.* dicens: *Possunt creature irrationalis adiurari per immediateam efficaciam supernaturalem, qua directe, & immediate versetur circa suum effectum; & quia huiusmodi efficacia solet per imperium explicari, ideo dicimus hoc modo posse has creatureas in se etiam adiurari imperio: non quia illæ percipere valeant morale imperium, aut sese mouere ad intelligentiam illius; sed quia (teste Hieronymo Matthœi 8.) omnes creature sentiunt Creatorem, non errore hereticorum, qui omnia putant animantia; sed maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.* Sic enim exponit, quod de Christo ibi dicitur, quod *surgens imperavit ventis, & mari, & secuta est obedientia, ita ut videntes mirati fuerint, dicentes: Quis est hic, quia venit, & mare obediunt ei?* *Quod ergo tunc facit Christus virtute propria*, ait Suarez, *possunt facere serui eius in fide, & virtute illius: ut ipse dixit Ioannis 14. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.* Possunt non imperare huic moniti, ut hinc transferatur, & faciet; & locutis, ut recedant, & obedient, non morali; sed (ut ita dicam) *physica obedientia*: videlicet diuina virtute impellente.

Hoc modo Moyses imperauit aquis, ut conuerterentur in sanguinem, & suminiibus, ut ranas emitterent; pulueri, ut produceret sciniferas, & muscas; & sic de alijs signis, quæ fecit Moyses in eductione populi Israelis de Ægypto.

Sic Iosue dux belli incredibili prorsus fiducia pollens, ausus est imperare soli, ac dicere: *Sol contra Gabaon ne mouearis. Sietit itaque sol in medio celi, & non festinavit occumbere spatio unius diei. Non fuit antea, & postea tam longa dies, obedienti Domino vocis hominis, & pugnante pro Israel.* id est exaudiente Deo vocem hominis, ac pugnante pro Israel.

Sic Ezechias solis umbram per decem lineas reuocauit. Sicut autem Iosue solem stitit: ita Ezechias solem retroegit itinere prorsus immenso. Nimirum animus Deo fidens Deum impellit, ut orbem turbet, & naturas mutet. Drexelius lib. 5. cap. 4.

Hac fiducia Apóstoli, Discipuli Domini, ac omnes Sancti miracula fecerunt, dantes tecis visum, surdis auditum, claudis gressum, & cursum, sermonem mutis; vitam mortuis, ac dæmones ab obsecris corporibus effugantes:

Vnde prout hac fiducia homines miracula operantur, dicuntur donati esse à Deo gratia miraculorum, seu (ut alii dicunt) operatione virtutum, ad quam reducitur etiam expulsio démonum solum per fidem, seclusa exorcistica

ftica potestate: Nam expellere dēmones per potestatem Ordinis exorcista-
tus, non est miraculum; cum sic fiat iure ordinatio. Ut verò per huiusmodi
fiduciam egrotos sanant, dicuntur gratia sanitatum esse p̄dicti, quæ licet
ratione formalī non differat à gratia miraculorum, vt docet Suarez *disput.* 8.
de distinctiōne fidicis ab omnibus donis. *sc̄t. 2.* attamen tām operatio virtutum,
quām gratia sanitatum peculiatariter à D. Paulo numerantur, & distinguuntur;
quia singularem quandam viam habent ad mouendos homines, & ad af-
ficiendas eorum voluntates: quia non solum sunt miracula, sed etiam bēne-
ficia: vt D. Thomas docuit. *2. 2. q. 178. ar. 1. ad 4.*

§. II.

Quo modo autem sumatur fiducia siue pro operatione virtutum ad
expellendos dēmones, seclusa exorcistica potestate; siue pro gratia
sanitatum ad egrotos sanandos: siue pro fide miraculorum ad
miracula facienda, vt per eam obtineatur id, quod petitur, debet esse firma,
& non hēsitanſ, vt supra docuimus *num. 192. & 193.* Preclarissimè hoc
fatetur D. Bernardus in *Psal. 90. ferm. 15. post medium.* *Dulcissima libera-*
litas, inquit, in se sperantibus non deest. *Hoc enim est totum hominis meritū,*
si totam spēm suam ponat in eo, qui totum hominem saluum fecit. *In te spe-*
rauerunt Patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos: ad te clamauerunt, & salui-
facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. *Sperate in eo omnis congrega-*
tio populi: quemcumque enim locum calcauerit pes vester, vester erit. *Pes*
vester utique spes vestra est, & quantumcumque illa processerit, obtinebit, si ta-
men in Deum tota figatur, vt firma sit, & non titubet.

Idipsum eruditissimè docet Cassianus Collatione *19. cap. 32.* Cum oran-
tes, inquit, nulla nos interpellauerit hēsitation, & fiduciam petitionis nostræ qua-
dam desperatione deicerit; sed obtinuisse nos hora ipsa orationis effusione, quod
poscimus, senserimus, non ambigamus, preces nostras ad Deum efficaciter pene-
trasse. Tantum enim quis exaudiri, atque obtainere merebitur, quantum vel in-
spici se à Deo, vel Deum crediderit posse p̄fētare: *Irretractabilis namque est*
Domini nostri sententia: Quacumque orantes petitis, credite, quia accipietis,
& cuenient vobis.

Affirmant hoc Tostatus, ac Suarez loco citato *nu. 192. 193.* Quibus con-
sentit Vasquez *1. 2. disput. 209. cap. 4. num. 26.*

FRVCTVS SEXTVS DECIMVS.

Dat vitam longam in præsenti saeculo, & Beatitudinem in futuro.

Vltimò, qui in Deum ex corde in omnibus actionibus suis totam suā
constituit fiduciam vita longa à Deo donatur in hoc saeculo, & gau-
dijs æternis perficitur in futuro.

Hic est promissio Dei facta per Prophetam Regium *Psal. 90.* illis verbis:
Longitudine dierum replebo illum, & ostendam illi salutare meum. (*Longitu-*
dine)

240.

Fiducia quo-
quo modo sum-
pta debet esse
firma, & sine
hesitatione.
Testantur Pa-
tres.

241.

Fiducia in Deo
dat vitam lon-
gam in hoc sae-
culo.

134 Par.I Cap.III De Exorc. virtutibus ornato.

dine dierum replebo eum in hac vita) legit Simeon de Muis, faciam, ut multos annos in terris viuat, tandemque deficiens moriatur in senectute bona, senex, & plenus, ac satur dierum instar Abrabami, Isaac, ac Davidis. Non solum, inquit, faciam, ut senescat, sed etiam ut ad extremam senectutem perueniat: hanc enim vim habet (longitudine dierum replebo eum). Promissio potrd, quæ hoc versu continetur, et si prima fronte fallere interdum videatur, non tamen fallit. Nam hoc tenendum est, promissiones temporales semper esse intelligendas sub hac conditione; modò expedit, ut fiat, quod promissum est. Igitur quia pios citius interdum è vita migrare, & ipsis, & publicæ Ecclesiæ saluti vtile est; rapiunturque ne malitia mutet intellectum eorum: nihil mirum videri debet, si non semper ad extremam etatem, sicut in hoc versu promittitur, pij annos perducant. Neque verò vir iustus si morte preoccupatus fuerit, minus propterea senex, & plenus dierum existimandus est. Senectus enim venerabilis est, non diurna, neque annorum numero computata: sed cani sunt sensus hominis. Et asas senectutis vita immaculata. Ac vir consummatus in breui expletiv tempora multa. Et quia placita erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere eum de medio iniquitatum.

Sapientia c. 4.

Obinet beatitudinem in futuro.

Et in futuro seculo, idest in altera vita ostendam illi, ait Dominus, salvare meum. Ita ex R. Ezra, & R. Kimmhi. Faciam illum, ait Titelmanus in persona Dei, mea salutis participem, meam salutem illum videre, gustare, experiri, & possidere faciam, & meam gloriam, meam diuinitatem, (qua est salus, & vita omnium Beatorum) ego illi ostendam, ita ut facie me contueatur ad faciem, quomodo videt homo facie ad faciem amicum, & proximum suum, ut qui in hoc tempore in me sperauit, quem non videbat, in eternitate perpetua mea diuinitatis visione, atque perfecta fruitione tecum letetur per omnia saecula saeculorum. Amen.

Hi sunt fructus sexdecim dulces gutturi illius, qui in Domino suam collocat fiduciam. Qui potest eos capere, capiat.

QVÆ ST 10 IV.

Quomodo hac Fiducia possit facile acquiri.

242.
Hac fiducia facile acquiritur per attentā, ac denotā lectiōnem, ac cōsiderationē scripturarū.

sylva parva diuinarii scripturarum.

Quoniam par. 2. ubi de Oratione ad Deum, ea, quæ maximoperè condūcunt ad huīusmodi fiduciā comparandam, exactissimè petractamus, hic duntaxat ex omnibus predictis fructibus parvam diuinarum promissionum, quæ plurimūm præstant ad talem fiduciā in nobis facilimè excitandam, sylvam formamus; ut nedum Exorcistæ, ac Parochi; sed cuncti sacrarum literarum gnari huīusmodi sententias sapientius præoculis habentes, ac intellectu attentè contemplantes ad aetūs fiduciae eliciendos, promptius disponantur. Nam quacunque, ait Apostolus Rom. c. 15. scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; ut per patientiam, & consolationē scripturarum spem habeamus. In scripturis enim sanctis vix ullum inuenitur caput, ut benè obseruauit P. Ludouicus Granat lib. 7. memorial. cap. 9., in quo Deus opem, gratiam, & confidentiam omnibus illis non promittat, qui in illo confidunt. Bea-

Art. II. Spe, seu Fiducia in Deum. 135

Beatissimus Rex David huius fiduciae magister excellentissimus haec vnam pleno ore ingerit in Psalmis penè omnibus. Et quām illa confidentis animi sunt? Quorum versiculi aliqui, sicut & aliorum sacræ scripturæ locorum sententiæ aliquæ hic subiiciuntur.

Beati omnes, qui confidunt in eo. · Psal. 2. vers. 13
Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. · Ps. 4. vers. 19.
Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. · Ps. 17. vers. 2.

Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. · vers. 3.
Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus. · vers. 4.
Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? · Ps. 26. vers. 1.
Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? · vers. 2.
Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. · vers. 5.
Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo. · ibi.
In te Domine speravi, non confundar in æternum. · Ps. 30. & 70. v. 1
Et non delinquent omnes, qui sperant in eo. · Ps. 33. vers. 23.
Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuinijs eius. · Ps. 36. vers. 3.

Reuelata Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. · vers. 5.
Beatus, cuius nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. · Ps. 39. vers. 5.

Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. · Ps. 49. ver. 15.
Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. · Ps. 54. vers. 23.
Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. · Ps. 90. ver. 1.

Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. · vers. 11.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. · vers. 13.

Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. · vers. 14.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. · vers. 15.

Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. · vers. 16.

Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum, · Ps. 113. ver. 11.

136 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

eorum, & protector eorum est :

- Pf. 117. ver. 8. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in hominē.
vers. 9. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principib⁹.
- Pf. 124. vers. 1. Qui confidunt in Domino, sicut mons Syon, non commo-
uebitur in eternum, qui habitat in Ierusalem.
- Pf. 145. vers. 5. Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domi-
no Deo ipsius.
- Pf. 146. ver. 12. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis,
qui sperant super misericordia eius.
243. Erat quidem huic Regi cor amplissimum, & plenissimum ingenti fiducia
in Deum : nimirus hos eructarat, quos biberat fontes.
Sed videas, eandem fiduciam sapientissimos, ac sanctissimos viros pluri-
mū semper commendasse ? Illud sapientiae miraculum Salomon ait :
- Prover. vers. 4. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innita-
ris prudentiæ tuæ.
- vers. 5. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.
- Ecclis. 2. v. 11. Nullus sperauit in Domino, & confusus est.
- cap. 11. ver. 22. Confide in Domino, & mane in loco tuo.
- cap. 38. vers. 9. Fili in infirmitate ne despicias te ipsum ; sed ora Deum, &
curabit te.
- Hierem. c. 10. Bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego te-
cum sum, dicit Dominus, vt liberem te.
- vers. 19. cap. 17. ver. 7. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus
fiducia eius.
- Dan. c. 3. v. 41. Non est confusio confidentibus in te.
- c. 13. v. 60. Benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se.
- I. Mach. c. 2. Cogitate per generationem, & generationem : quia omnes,
vers. 61. qui sperant in eum, non infirmantur.
- Matth. 7. v. 7. 8. Considera, benigne Lector, quæ Christus, qui est veritas, quæ nec falli
potest, nec fallere, sc̄pius docuit apud Euangelistas.
- Luc. 12. v. 9. 10. Petite, & dabitur vobis, quærите, & inuenietis, pulsate, &
aperietur vobis. omnis enim, qui petit, accipit, & qui querit,
inuenit, & pulsanti aperietur.
- Matth. 9. v. 28. Creditis, quòd possum facere hoc.
- vers. 29. Secundūm fidem vestram fiat vobis.
- Matth. 17. v. 19. Si habueritis fidem, sicut granū sinapis, dicetis monti huic
transi

transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

Omnia quæcumq; petieritis in oratione credentes, accipietis.

Matt. 21. v. 22.

Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

Mar. 9. v. 22.

Quid tuis, vt faciam tibi?

c. 10. ver. 5. i.

Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumq; dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hesitauerit in corde suo; sed crediderit; quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcumq; orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis.

c. 11. vers. 23.

Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo demonia ejicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & benè habebunt.

c. 16. vers. 27.

Quis ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut pisces: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum; numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de celo dabit spiritum bonum potentibus se?

Luc. 11. ver. 11

Considerate lilia, quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fœnum, quod hodie est in agro, & cras in cibaru mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos pusillæ fidei? Pater vester scit, quia his indigetis.

c. 12. ver. 27.

Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: eradicare, & transplantare in mare, & obedient vobis.

c. 17. vers. 6.

Vis fanus fieri?

Ioan. 5. ver. 7.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego vado ad Patrem. Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.

c. 14. ver. 12.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

ver. 13.

Omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Act. 2. ver. 21.

Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Rom. 5. ver. 5.

Nihil

138 Par.I. Cap.III. De Exorc. virtutibus ornato.

- cap. 8. ver. 1. Nihil est damnationis his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.
- vers. 2. Spe salui facti sumus.
- vers. 3. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illū: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?
- cap. 10. ver. 11. Omnis, qui credit in illum, non confundetur.
- vers. 12. Idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illū.
- Eph. 3. ver. 12. Omnis enim quicumq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit.
- Hebr. 4. v. 16. In quo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius.
- Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.
- Jacob. c. 1. v. 5. Si quis vestrum indiget sapientia: postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter: & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans! Qui enim hæsitat similis est fluui maris: qui à vento mouetur, & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino.
- Ioan. c. 3. v. 3. Omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.
- vers. 6. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.
- vers. 21. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad eum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mādata eius custodimus: & quæ sunt placita coram eo facimus.
- vers. 22. Et hoc mandatum est eius: vt credamus in Nomine filij eius Iesu Christi.
- vers. 23. Hæc est fiducia, quam habemus ad eum: quia quocunq; petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.
244. Quæ sententiae, ac verba sunt ita vera, quod potius Cælum, & terra destruetur, quam ipsa non adimpleantur: vt ait ipsemet Christus Matthæi 24. Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Quod prius per Dauid manifestauerat Psal. 88. vers. 35. dicens: Neque profanabo testamentum meum; & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. & Ps. 144. ipsemet Dauid fatetur hanc veritatem vers. 14. Fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.
- Veritas dictarum sententiarum est infallibilis. Quare si Exorcista, vel Parochus, vel quicunq; Christi fidelis sacrarum litterarum

litterarum gnarus ad huiusmodi verba diuina s̄epissimè mentis oculos diriger, ac deuotè meditabitur in corde suo, ea nō tantum implicitè credendo; sed circa singula, vel eorum aliqua fidei actus implicitè eliciendo, ac voluntate firmâ eis adhérendo, tunc fides, quæ est habitus, ac virtùs theologica, in eo fiet maior ex parte intellectus propter maiorem certitudinem, & firmitatem: & ex parte voluntatis fiducia fiet maior propter maiorem propititudinem, seu devotionem: quia secundūm maiorem firmitatem fidei in intellectu, fiducia magis, ac magis augetur in voluntate; qua veluti panoplia-armatus se, & suos ab inimicis rām visibilibus, quām inuisibilibus, & à quibuscumque rebus aduersis tueri; ac veluti Mosayca virga omnia saluti animæ, & corporis necessaria obtinere, Deumque in cunctis necessitatibus propitium habere poterit. *Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.*

Quas Exorcista
ac Parochus nō
tantum credere
debent; sed eis
firmiter volun-
tate adharere.

Hæbr. 10. v. 35

ARTICULVS III.

De Charitate erga Deum, & Proximum.

Tertia virtus, qua fulgere debet Exorcista, est Charitas: quæ secundūm Augustinum lib. 14. Ciuitate Dei c. 7. & Theologos communiter in 3. Sent. dist. 27. est animi affectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum.

Quod indicat typus similis filio hominis, qui oculos habebat tanquam ignis; faciem, sicut sol lucet in virtute sua; & pedes similes aurichalco tanquam in camino ardenti. Nam quis est ille ignis caput, & pedes inflammans, & ardens in vtraque hominis extrema parte, nisi charitas, quæ sursum in Deum dirigitur, & deorsum vergit ad proximum? Quia homo flagrans oculos habet ignitos, cognitione lucentes, & faciem ardenter amore, vt nihil aliud aspiciat in omnibus, quæ agit, quām Deum, & eius gloriam. Quare Exorcista, ac Parochi, vt tutò, & efficaciter dæmones prefigare valeant, ægrotis sanitatem à Deo impetrare, illumque in cunctis suis actionibus propitium habere, hac carere non debent, siue prout sursum dirigitur in Deum: siue prout deorsum vergit ad proximum.

245.
Charitas de-
scribitur.
D. Tho. 2. 2.
qu. 23.

Hac munitus
debet esse Exor-
cista, vt tutò,
& efficaciter
dæmones ex-
pellat.

§. I.

Charitas (prout hominem ditigit in Deum amore, ac dilectione) maxime Exorcistis, ac Parochis est necessaria, vt dignè, tutò, & efficaciter suas valeant adimplere partes. Nam licet ad dæmones expellendos in Exorcista simpliciter sufficiat potestas Ordinis Exorcistatus, intentio faciendi, quod Romana Ecclesia facit, & quod ipse præcepta formet ad præscriptum Sanctæ Romana Ecclesie, diuino nomine interposito. Nihilominus, quia ad tutò, & efficaciter dæmones expellendos necessaria est fides, ac fiducia in Deum theologica, vt latè supra docuimus num. 183. & seqq. conseqüenter est assentendum, ei necessariam esse charitatem; nam fides, ac spes,

246.
Charitas, (vt
respicit Deum)
qua ratione sit
necessaria Ex-
orcistæ.

140 Par. I. Cap. III. De Exorc. virtutibus ornato.

spes, seu fiducia non possunt esse perfectæ sine charitate.

Etudite id probat Augustinus lib. 14. de Ciuit. cap. 9. dicens : *Boni animi motus, atq; affectus* (quales sunt actus fidei, spei, ac confidentiae in Deum robustissimæ) *ex amore, & sancta charitate veniunt :* quatenus scilicet quis sperat diuinum à Deo (vt ab amico) impetrare auxilium. Confirmant hanc veritatem D. Ambros. in illud Lucae 17. *Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, &c;* & D. Thomas 2. 2. quest. 23. ar. 8. ad 2. ac communiter Theologici vocantes charitatem formam omnium virtutum.

247.

Charitas, quid operetur in hab. bene.

Ratio ipsa dictat : Nam qui manet in charitate, in Deo manet, vt docet Ioan. prima sua canon. cap. 4. dicens : *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Qui autem manet in Deo, quodcumque voluerit a Deo obtinere, obtinebit : vt ipsem Christus docet Ioan. c. 15. *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint :* quodcumque volueritis, petetis, & feti vobis. Nam cum charitas excludat vitia, & peccata, vt docet Cassiodorus super Psalmos. *Charitas, inquit, est mors criminum, virtus pugnantium, palma vitorum, concordia mentium, societas electorum, quam fides concipit, ad quam spes currit, cui profectus bonorum operum seruit ;* qui illam possidet, (cum sit Deo gratus, nec illum alicuius mortalis noxæ conscientia reprehendat) facilè confidere potest, se in suis functionibus diuinum obtentum auxilium. Quod docet Ioannes prima sua canon. cap. 3. *Si cor nostrum, ait, non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad eum :* & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. & Cassianus Collationum lib. Collat. 9. cap. 33. id docet dicens : *Hac fiducia de conscientie puritate creditur emanare.*

248.

Exorcista seipsum purgare debet à vitijs.

Quare Exorcista, vt facile suis preceptis demonem subiugare queat, eius tyrannidem perfingere, ac tutò, & efficaciter illum in fugam vertere, per charitatem, & gratiam seipsum à vitijs expurgare debet, & à peccatis cunctis conscientiam suam mundare, vt sic gratus Deo in suis functionibus, ac ministerijs diuinum eius auxilium secure impetrare valeat. Quod benè admonet Stephanus Eduensis Episcopus tract. de Sacram. Altaris cap. 3. relat. tom. 10. Bibliothecæ Veterum Patrum : *Exorciste, inquit, debet coram Deo, & hominibus clarere munditia vite, sordibus vitorum expulsis, Sancti Spiritus gratia mundante.* Qui enim super immundos spiritus habent imperium, eos oportet, habere spiritum mundum. Et qui tradita sibi potestate malignos spiritus ejiciunt de corporibus obcessis, spiritu benignitatis, & operibus mundis virtutis, & immunditias expellant de cordibus suis ; & quorum medicina alijs proficit, sibimet sciant mederi. Non enim probatus est Medicus, qui alijs medetur, nesciens curare morbum, quo leditur : præcipue cum eodem languore laborent ipse, & ille, cui medetur. Idcirco S. Cyprianus tract. 4. de Idolorum vanit. ait : *Damones vel exiliunt statim : vel euanescent gradatim, prout fides patientis adiuuat : aut gratia curantis aspirat.*

249.

Exorcista non potest amare Deū, nisi amet proximum.

§. II.

Charitas vero, vt deorsum flectitur ad proximum, quam maximoperè Exorcistæ sit necessaria, probat Ioannes prima sua canon. c. 4. dum dicit :

dicit: *Qui non diligat fratrem suum, quem videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligat Deum, diligat & fratrem suum. quasi dicat: Si Exorcista necessaria est charitas, quæ sursum illum dirigat in Deum, ut dignè, tutò, & efficaciter suo valcat munere fungi: etiam illi necessaria est charitas, quæ deorsum vergat erga proximum: non enim potest amare Deum, & proximum non amare propter Deum: Nam qui diligit Deum, diligit & proximum: quia tam secundum, quam primum est preceptum Dei: immo teste Gregorio in Pastorali, tunc ille ad alta mirabiliter surgit, cùm ad ima proximorum se misericorditer attrahit; & qui benignè descendit ad infima, valenter incurrit ad summa. Vnde Exorcista, seu Parochus pedes habet ignitos, & probatos, affectus nempe, qui igne charitatis splendent, quando cum alijs infirmatur: alios curat edificate: alios erigit: ad alios inclinat: alijs blandus: nulli inimicus: omnibus omnia factus. Probantur verò in camino ardenti, cùm currit, ut openi ferat, non quæ sua sunt, querendo; sed quæ aliorum: nec proximo ob propriam utilitatem seruiliter; sed ad eius commodum liberaliter obsequium exhibet. Quare necessaria est Exorcista non tantùm ut à Deo obtineat fidē perfectam, ac firmissimam fiduciam, qua facillimè proximum à dēmone obsessum ab eius tyrannide eripere possit; sed etiam ut eius ignea tela retundere valeat, superbiam nempe, & auaritiam, quibus ut plurimum ecclesiasticos ministros oppugnare solet, ut sic fructus liberationis impedire valeat.

Quomodo charitas proximo sit exhibenda.

§. III.

PRIMUM, quod est omniū scelerum causa, superbia nempe, tanquam potentissimum telum à dēmone contorquetur in Exorcistam, ut elatione vitiosa efficeretur, quod facit duobus modis.

Aliquando miris illum laudibus effert, & se eius humilitate torqueri, sanctitate vexari, agitari charitate, ceterisque virtutibus, quasi tot tormentis immaniter vri: magnis clamoribus, & boatoibus, varijsq; exclamationibus eius virtutes publicat: nunc ad istum, nunc ad illum: modò ad circunstantes dirigendo sermonem; sed omnia fictè, ut Exorcista se laudari audiens in hominum conspectu, fastu mentis intumescat.

Aliquando tacitis suggestionibus illum adoritur; & tunc periculosis illū lacescit. Quòd si patientem aurem huiusmodi occultis encomijs prébere videat, ambitioso flabello ventum excitare, & vanitatem inducere non cessat, donec mens eius infletur. Vtroque modo scepīus præqualet; quia ab homine ipso ad superbiam propria inclinatione propenso adiuuatur. Ideò Exorcista sollicitè cauere debet, ne huiusmodi laudibus publicis, aut occultis extollatur; sed ardenti charitate deorsum feratur ad proximum subleuandum propter Deum: Et ad gloriam eius manifestandam, ac nomen sanctum eius glorificandum intento habeat oculos, huiusmodi vanitatis fumositates igne diuinæ charitatis absūmendo, & opus suum huiusmodi, & charitatiè prosequendo. Quod docet Christus Dominus Lucæ 10. cùm discipulos exultantes de expulsione dēmonum, & dicentes cùm gaudio: *Domine etiam*

250.
Demon per superbiam tentat
Exorcistam,
Patenter lan-
dando.

Occultè sugge-
rendo.

142 Part.I. Cap.III. De Exorc.virtutibꝫ ornato.

etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo , reprehendit dicens : In hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur vobis . Si illos nolebat gaudere, quomodo gloriari ? vt discant Exorcistæ , potestatem in dæmones non sibi , sed Deo referre, aliàs patùm prôderunt ; vt confirmatur exemplo relato à Cesario lib. 4. cap. 5. cuiusdam adolescentis Monachi à Priore suo assumpti , eò quod nouerat eum virginem, vt dæmonem ab obfessò expelleret . Nam obfidens spiritus ab illo Priore interrogatus : an auderet remanere , si Monachus iste virgo ei exire prêciperet : Respondit : Non illum timeo : quia superbus est .

§. IV.

251.

*Demon p aua-
ritiam , ut sa-
gittam Exorcis-
tas ferit .*

SEcundum est auaritia, quæ tanquam sagitta potéissima in ecclesiasticos viros vibratur à dæmone . *Quorum aliqui , inquit Bernardus in Cantic. sermone 10. Christi opprobria, spuma, flagella, clanos, lanceam, crucem, & mortem, hec omnia in fornace auaritie conflant, & proflicant in acquisitionem turpis questus, & pretium vniuerstatis suis marsupitijs includere festinant. Quod summoperè cauere debet Exorcista , ne similis sit dominis Pythonistæ Act. 16. magnum quæstum ex ipsius diuinatione facientibus : Vel Simoni, qui ab Apostolis Spiritum Sanctum emere tentauit . Act. 8. vers. 13. Caeuar ergo, ne tam indignum , & intollerandum scelus admittat , Dei dono abutendo ad temporalia acquirenda . A quo si liberari velit , pedes habeat ignitos , affectus nempe charitatis igne fulgentes , & ab omni auaritiae scoria purgatos; vt possit dicere cum Paulo 2. Cor. 12. Non quero quæ vestra sunt, sed vos. Et sic charitatiè se gerendo , victoriam contra dæmones consequi valeat . Quia, vt benè Augustinus de Doctrina Christiana dixit : Sola charitas est, quæ vincit omnia, sine qua nihil valent omnia, & quæ, vbi cunque fuerit , trahit ad se omnia .*

A R T I C V L V S IV.

De Fortitudine .

252.

*Foritudo de-
scribitur .*

QVARTA virtus est Fortitudo, quæ iuxta doctrinā D.Tho. 2.2. q. 123. ar. 4. est firmitas animi in sustinendis, & repellendis his , in quibus , maximè est difficile, firmatatem habere propter bonum virtutis . Hæc secundum Macrobiūm prestat fiduciam, securitatem, magnificentiam, magnanimitatem, constantiam, tolerantiam, ac firmitatem .

Vnde duplex est fortitudinis actus, scilicet Aggreedi, & Sustinere : vt eruditè docet D. Thomas 2. 2. quest. 128. ar. 1. in Respon. Ad actum aggrediendi requiruntur duo, quorum primum pertinet ad animi preparationem, vt scilicet aliquis promptum animum habeat ad aggrediendum . Et quantum ad hoc ponit Tullius Fiduciam, de qua supra toto articulo 2. Secundum pertinet ad operis executionem , ne scilicet aliquis deficiat in executione illorum , quæ fiducialiter inchoauit . Et quantum ad hoc ponit Tullius magnifi-

gnificantiam, quae est rerum magnarum, & excelsum cum animi ampla quadam, & splendida propositione cogitatio, atque administratio, idest execu^{tio}; ut scilicet amplio proposito non desit administratio. Et hanc probatur possidere, qui erga Deum, & proximum magna flagrat charitate; de qua artic: preced.

Ad alium actum Fortitudinis, qui est sustinere, duo requiruntur, quorum primum est, ne difficultate imminentium malorum animus frangatur per tristitiam, & decidat à sua magnitudine, & charitate. Et quantum ad hoc ponit Patientiam. Vnde dicit, quod Patientia est honestatis, aut virilitatis causa rerum arduarum, aut difficilium voluntaria, ac diurna perpessio.

Aliud autem est, vt ex diurna difficultate passione homo non fatigetur vsque ad hoc, quod desistat, secundum illud ad Hebr. cap. 12. Non fatigmini animis vestris deficiente. Et quantum ad hoc ponit Perseuerantiam. Vnde dicit, quod Perseuerantia est in ratione bene instituta stabilis, & perpetua permaneo. Haec igitur duæ virtutes, scilicet Patientia & Perseuerantia, si coactetur ad propriam materiam Fortitudinis, erunt ipsius partes integrales.

Magnificentia quid sit.

Patientia quid sit.

Perseuerantia quid sit.

§. I.

Sunt autem veluti duæ columnæ, quibus innitur fiducia. Nam *Fiducia in Deum*, ait Drexelius de Conformat. volunt. lib. 5. c. 3. diu non fra-
bit, nisi eam Patientia firmer, & Perseuerantia. His columnis duabus Patien-
tia, & Perseuerantia fulcenda est Fiducia. Nimiam tristitiam reprimit Pa-
tentia. Perseuerantia non nimis longum est, quicquid tempore clauditur.

At quis non videat, has maxime necessarias esse Exorcista? Quomodo poterit aduersus mundi rectores tenebrarum harum bellum mouere, eiusq; tyrannidem reprimere, nisi & ipse ad sustinendas persecutions sit paratus?

Quas enim animi perturbationes, inuidias, odia, ac furores aduersus eum commouere non tentabit antiquus ille superbus aduersarius, dum se ab eo contemni, ac patuipendi experitur? Quibus contumelijs, subsannationibus, ac conuicijs illum impetrare non sataget? Videas, si Exorcista sit Ecclesiasticus sæcularis, per mulieres malæ famæ rixas, ac tumultus commoueri, vt ab alijs Presbyteris odio habeatur, & tanquam pacis, & quietis perturbator ad Episcopum denuncietur; atque à muneris huiusmodi executione suspendatur! Si vero Exorcista sit regularis, Enversipellis hostis quot laqueos tendit? quot machinamenta struit? Nunc apud plebem eum nimis laudat, & extollit, vt sanctum, vt virginem, ac Deo valde gratum proclamans, tum vt ipse superbia elatus seipsum magnificat, ceteros despiciat, ac virtutem humilitatis amittat, vt diximus art. preced. tum vt ceteri fratres videntes illum sic laudatum, & exaltatum pluè quam merita eius exigunt, turbentur, cumque iniurium habeant. Nunc aduersus eum suscitat mulierculas sagarum consanguineas, vel ipsas sagas, quem tamen à simplicibus etiam Religiosis, vt bonæ, & sanctæ reputantur: Vel earum fautores excitat, qui omnes, ne opera sua mala per ministerium exorcisticum veniant ad lucem, lacrymis onerati ad prefatos Religiosos, vel etiam eorum prelatos accedunt,

253.
Fiducia patientia, ac perseuerantia innititur.

Quam sint necessaria Exorciste.

Diaboli persecutions gravissima contra Exorcistas.

144 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

enix rogant, ut tot tantisque rumoribus ab Exorcistis excitatis prouidere, non differant, aliter multa, & maxima ex his euentura malâ, & scandala prenunciant. Quapropter quandoque aliqui Superiores perterrefacti ad tollendos, & currandos huiusmodi rumores prenunciatos, sepius Exorcistas preceptis, mortificationibus, è conuentibus mutationibus, comminationibus, & alijs huiusmodi infestationibus vexare non detrectant.

Patientia facit eas superare.

Vers. 36.

Quare Exorcistis *Patientia*, quæ est virtus contumeliarum, & omnis aduersitatis impetus equanimiter portans, potissimum est necessaria, ut voluntatem Dei in suo munere facientes, ex hoc iuxta Apostoli monitum Hebr. 10. promissionem reportare valeant.

§. II.

*254.
Perseuerantia
facit palmam
obtinere.*

Math. 10. 22.

AB hac separanda non est eius fidelissima soror Perseuerantia, sine qua, ait Bernardus epist. 129. nec pugnans victoram, nec vittor palmam confequitur. Nutrix enim est ad meritum, mediatrix ad premium: Soror est patientia, constantia filia; amica pacis, amicitarum nodus, unanimitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola est, cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati hominem reddit dicente Domino:

Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.

Quis autem non videat, sine hac Exorcistam triumphare non posse, cuius vox similis esse debet voci aquarum multatum, quæ continuè, & clamorosè extollitur? Nam etsi nihil aquis infirmius, & labilis; attamen nihil fortius, dum aliqua mole cursus impeditur, aut retardatur. Nam vires colligunt, ut obstaculum auferant: aut si pares non sint oneri tollendo, frementi clamore, & frequenti spuma circumquaque perstrepunt, & indesinenter vocem efferunt, quæ longius personat. Sic enim Exorcista homo labilis, & infirmus, sed diuina virtute confortatus, fortis, & constans Ecclesiaz minister randiu in officio perseuerare tenetur, & in acie stare, vocemque attollere, quandiu rebellis inimicus stare, & obstare perseuerauerit. Nec continua laborum perpessione, nec vehementi obtrectatorum infestatione fatigari, ac deterri, donec superno fauente Numine de infernali dracones, & tartareis aciebus gloriofos egerit triumphos.

*255.
Documenta ad
fortiter susti-
nendum, ac co-
stanter perseue-
randum.*

Ne autem Exorcista, vel Parochus in aduersis animo deficiat, & in huiusmodi charitatis, ac pietatis officijs exercendis terreatur; sed fortiter sustinet, & constanter perseueret, preoculis habebit, & attentè obseruabit sequentia documenta ex Hieremia Drexel. desumpta.

Primum documentum.

*I. Deo tuam
causam expone.*

CVM tibi male est, quæ primum, & eo statim momento ad Deum te verte, & illi expone quicquid dolet. Hic plerique grauiter erramus: cum nos virgintaduersa, complurium aures querelis innumeris opplemus, omnium postremus Deus, cuius ope in imploramus, ordine prorsus prepostero.

ster. Longè aliter Rex David: *Leuau, inquit, oculos meos in montes, unde veniet auxilium mibi: auxilium meum à Domino.* Qui hoc non facit principio cuiusque mali, ab ira, dolore, iniuria sic occupatur, ut sui fiat impos. Quamprimum ergo commocum te sentis, dic: *Domine, quid me vis facere?* & respondebit tibi diuinæ voluntatis interpres: *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Malignas cogitationes, quantum potes, coerce, & hoc affiduè cogita: *Domine quid me vis facere?*

Psalm. 120.

Act. c. 9. v. 6.
Psal. 26. v. 14.*Secundum documentum.*

Tace, & saltem os, & linguam contine, si minus potes animum. A Rege sapientissimo hoc consilium accipe: *Dixi, ait, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Posui ori meo custodiam, cum confiseret peccator aduersum me: *Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis.* Ergo tace; Nam si inter tristinas, aut iniurias frenum dimiseris linguæ, certò scias in præceps te trahendum: vix incipes loqui, & offendes. Ergo tace præser-tim de tuis aduersarijs. Non potes de ijs bene loqui? Saltem ne loquaris malè. Tua te conscientia soletur, & æquissimus Iudex Deus, cuius oculos nec aduersarij tui, nec eorum machinationes vitare possunt, tui curam ha-bebit. Deo fide, & file.

256.

2. Os, & lin-guam contine.
Psal. 38.
vers. 1. 2. 3.*Tertium documentum.*

CVM ad Deum te verteris, & tacere cæperis, tunc te ipsum Deo deuo-tè commenda: ac diuinæ voluntati te totum quām atq[ue]tissimè astringe, & deoue. Sed & gratias Deo age, quod dignum te iudicet, qui patiatis innocens: aut si nocens, patientia tamen repares innocentiam. In hoc diuinæ voluntatis amplexu homo Deum velut brachijs stringat, dicatq[ue]; quod Iacob cū Angelo luctans dixit: *Non dimittā te, nisi benedixeris mibi.*

257.
3. Diuinæ vo-luntati te astrin-ge.

Gen. 32. v. 26.

Quartum documentum.

CVM tempestas non nihil cessauerit, ad preces te compone, Matrem Domini, Sanctosq[ue] Angelos ad causæ tuæ patrocinium inuita, ijsq[ue] omne negotium tuum commenda; nec id semel, iterumq[ue] fecisse satis est: compluribus diebus, annis, & lustris, (si res illud exegerit,) idē factita; nec celles, donec pugnum, quem tibi Deus, velut vir robustissimus compressis digitis clausum ostendit, fiducia grandi, obsecratione constanti explices: Rex Ezechias, cum impias Sennacherib litteras accepisset, *ascendit in domū Domini, & expandit eas coram Domino, & orauit.* Illud autem pectori, & ore affiduè versabat Ezechias: *In Domino Deo nostro habemus fiduciam.* Expande & tu bone Exorcista, & quisquis affligeris, tuas etiam litteras coram Deo, & quidquid querelarum habes, apud hunc equissimum Iudicem, & benignissimum patrem depone. Et videbis, quomodo tui protectionem assumeret. Si verò aliquando, quod petis, non impetas, arcanissima Dei iudi-

258.

4. Ad preces te compone.

4. Reg. c. 19.
vers. 14.
Ibi. c. 18. v. 22.

ci, & certissimam ab eterno prouidentiam suspice, ei que te totum committit. Fecisti quod in te erat, interim tu sustine, & persevera in benè operando, cetera curabit bonus Deus.

Quintum documentum.

259.
§. Vt vere consilio prudentis, ac probi viri.
ac probi viri..

Vtere consilio prudentis, ac probi viri. Siracides monens: *Fili, ait, sine consilio nihil facias, & post factum non penitebis.* Ecclis. 32.v.24. Sunimoperè etiam caue, ne tuos affectus, tuumq; impetum sequaris. Perdidisti mansuetudinem, perdidisti patientiam omnem, si Consiliarios admittis. *Affectum, & Impetum: Consiliarios sanè pessimos.* Deus hanc telam, quam miraris, orsis est, & ipse omnium optimè nouit, qua ratione illa sit pertexenda. Quod si tu importunè interuenias, illudq; ingemines:

Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Sauissimam Dei dispositionem quantum est in te, turbabis; & ideo euentus malos nemini, præterquam tibi, ascribes. Omne nobis malum ex eo est: Quod Baruch ingemiscens: *Non credidimus, inquit, diffidentes in eum: & non fuimus subiectibiles illi, & non audiuimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in mandatis eius.* Idcirco habe fiduciam in Deo, sustine, & persevera in bono; tanto enim eris ab omni hoste securior, quanto fiducia tua in Deum fuerit robustior.

Sextum documentum.

Baruch. c. 1.
v. 17. & 18..

260.
Si nihil succedit è voto, cre-
das, hac esse
ma experimen-
ta.

Vers. 4..

Vers. 13. 14..

Quod si adhibita omni diligentia nihil succedat è voto; ne indignationem in Deum, nec in ullam rem creatam conuertas; hoc potius cogitato, scire Deum ad vnguentum omnia, quæ passus, aut passurus es; eumque velle, hæc esse constantiae tuæ experimenta. Ea de causa quicquid Deo, hoc omne, & tibi quoque placeat. Nam verè, Beati sumus, ait Barucha c. 4. *Israel, quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.*

Nemo dicat: Ut video, frustra labore. Petui quidpiam à Deo magna in Deum fiducia, magna in diuinam voluntatem resignatione; sed nihil impetro. *Quid enim nouit Deus?* ait Iob. c. 22. & quasi per caliginem indicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cali perambulat. Impiorum hæc cantilena est. Nullo modo frustra fit, quicquid bene fit. Num Deus, vnam solummodo arcum ærariam habet, ita ut qui ex ea nil doni accipit, nil speret ex alia? Fatui ingenij seruuus est, qui cum Dominum suum habeat debitorem, monetam aliam, quam sestertios recusat admittere. *Quid si Dominus moneta aurea,* quid si frumento selectissimo nomen velit expedire, num seruuus obstinatè clamet: Sestertios volo, sestertios? Ita qui non impetraturum certò alia, & meliora...

ARTICVLVS V.

De Prudentia in erroribus vitandis.

QVINTA virtus, qua fulgere debet Exorcista, est Prudentia, quæ ab Aristotele definitur 6. *Æthic.* quod sit recta ratio agibilium. Cuius, ut docet Plato in lib. *Dissinitionum*, est, consilium capere, & bona, malaq, discernere, & petenda, fugienda in vita dijudicare, & bonis ips, quæ quidem concessa nobis natura sunt; præclarè vti, & recte cum hominibus congregari, & opportunitatem rerum cernere, & rationem, orationemque sagaciter adhibere, & eorum, quæ nobis possunt esse usui, omnium experimentum, scientiamq, tenere.

Hæc autem Exorcistæ, ac Parocho maxime operæ est necessaria, vt sciat errorum scopulos evitare, per semitas rectas ambulare; bona & mala discernere; diaboli insidias fugere; ipsius technas, & machinamenta destruere, & in nihilum redigere; miseros obsecros ab ipsius tyrannide eripere; ac de eius iniqua potestate gloriolos triumphos reportare.

Quod typice figuratur in simili filio hominis caput, & capillos albos ad modum nivis, & lanæ gerente. Nam quid caput, & capilli albi referunt, quam uttamque senectutem, annorum, & morum, in qua maxime vigore solet prudentia? Quia senectute, si non prima, saltem secunda ornatus esse debet Exorcista, ac Parochus, vt cum sapientia, ac prudentia, non humanitatis parta, sed acquisita diuinitus suo fungatur officio; valeatq; circa adiutoriationem errores evitare, de quibus in hoc articulo sequentes formantur questiones; ac semitas rectas in hoc munere sequi, de quibus alter articulus infra instituetur.

QVÆSTIO 1.

An licitum sit, aliquem exorcizare, nullo habito signo evidenti, vel probabili ipsius obsecronis.

ANTE huiuscemus questionis solutionem premittenda est duplex distinctio. Prima est: Signorum maleficij, seu obsecronis aliud est evidens, aliud probabile. Evidens est, quod sumitur ab effectu, qui prouenire non potest à causa naturali; sed necesse est, proueniat à causa superiori, puta à Dæmone. Signum vero probabile est, quod sumitur ab effectu, qui sibi vel ut plurimum procedit à causa transnaturali, scilicet à Dæmone; quando tamen prouenire potest à causa naturali.

Secunda distinctio est: Exorcizare, seu adiurare dæmonem potest intelligi dupliciter: Vel per præceptum expulsuum, quo Exorcista ab solute dæmoni precipit, vt exeat ex corpore obsecro: Vel per præceptum probatum, aut lenitium, quod fit dæmoni, vel ad probandum, an sit in tali corpore: vel ad impediendum, ne noceat obsecro.

His positis, dico primò, quod illicitum est, aliquem exorcizare præcepto

261.
Prudentia de-
scribitur.
Effectus Pru-
dentia.

Maximè Exor-
cista, ac Paro-
cho necessaria
ad errores vi-
tandos.

Ad semitas re-
ctas eligendas.

Erroses vi-
tandos.

262.
Signum evidēs
quale.

Signum proba-
bile quale.

Quot modis
Exorcista posse
exorcizare da-
monem.

Quando debent
dæmonem ad-
iurare.

demoni facto expulsiuo, nisi prius habito aliquo signo euidenti præsentia demonis in tali corpore. Ratio est: quia Exorcista se exponit periculo artem exorcisticam infamandi, si talis infirmitas sit à causa naturali, dum astates vident illum oleum, & operam perdere; nec egrotum optatam consequi sanitatem. Numquam ergo Exorcista ad præcepta deueniat expulsua, nisi prius habeat signum aliquod euidens dæmoniacæ præsentia in corpore ægroti; & ipse obsecrus perfectam ad liberationem habeat dispositionem.

Dico secundò, inconueniens esse, deuenire ad præcepta probativa, aut lenitiua, vel etiam instructiua, de quibus infra num. 663. & sequentibus, nisi prius Exorcista dæmoniacæ præsentia habeat aliquod signum probabile saltem leue. Ratio est: quia fit iniuria ministerio exorcistico, dum nulla habita inuestigatione, an aliqui naturali, vel diabolica vexatione sit affectus, utitur Exorcista, præceptis ecclesiasticis: cum materia, circa quam sunt dirigenda præcepta ab Exorcista facta, sit omnino incerta. Si tamen adsit aliquod signum probabile, potest Exorcista formare præceptum conditionatum contra dæmonem, per quod certitudinaliter in cognitionem deueniet veræ, & realis præsentia diabolica: vt docetur infra num. 620.

QVÆ ST 10 11.

An utile sit, interrogare dæmonem, quo nomine vocetur.

263.

Interrogare dæmonem de nomine, superfluum est.
Nomina ut sūt imposta ad distinctionem personarum nō sūt in (Angelis, (demonibꝫ).
Nomina eis sūt imposta ratione Ordinum, & Officiorum.

QVAMUIS ferè omnes Doctores, qui de hac re tractant, asseuerent, utile esse, dæmonem de nomine interrogare, vt ex nomine sciat Exorcista, ad quem suum ditigat sermonem; nihilominus dicimus, hanc interrogationem esse superfluam, & periculosam.

Superflua est: quia, vt docet Tostatus quest. 62. in cap. 12. Matthai, dæmones propriè non habent nomina. Ratio ipsius est: quia nomina imponuntur ad notificationem: In dæmonibus autem, & Angelis non est talis notificatio; nam cognoscunt se in alterutrum perfectè per differentias, & rationes suas siue specificas, siue individitas; & idè ad se notificandos nullis eagent nominibus. Nihilominus aliqua nomina eis sunt imposta vel tatione ordinis, vt pro nouem ordinibus bonorum Angelorum nouem nomina: nam vocantur Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubin, & Seraphin: Sic dæmones aliqui vocantur à D. Paulo Eph. 6. principes, ac potestates. Vel ratione officiorum, seu operationum: vt Michael, Gabriel, Raphael. Sic enim vocantur, vt significatur, ait Gregorius homil. 34. in Euang. ante med. per vocabula eriam in operatione, quid valeant. Sic dicitur Michael quis vt Deus: quia pro Deo præstatus est cum Dracone: Gabriel Fortitudo Dei: quia veniebat nunciare illū, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. Raphael medicina Dei: quia videlicet, dum Tobie oculos quasi per officium curationis retigit, caecitatis eius tenebras tergit. Sic dæmones varijs nominibus vocantur, prout varia sunt vitia, de quibus nos tentant, vt docet Magister Sentent. in 2. dist. 6. Vnde Lucifer, qui inter spiritus infernales primarium locum tenet,

tenet, superbiae, quasi omnium peccatorum capiti praesesse dicitur: Mammon avaritiae; Asmodeus luxuria; Sathan irae; Beelzebub gula; Leuiathan inuidiae; Beelzebog accidia, & sic de ceteris.

Propterea satius est dicendum, superfluam esse huiusmodi interrogacionem: quia Exorcista, ut cognoscat demonem adesse in obsesso, non per illius nominis notitiam sibi est deueniendum in cognitionem presentiae demoniacae in corpore ipsius patientis; sed per operationes varias, quae non a causa naturali, neque diuina, seu supernaturali; sed a transnaturali, seu diabolica prouenire dignoscuntur. Ideoque sat esse debet Exorcista, cognoscere, in paciente esse demonem, eiusque officium, & operationem esse, illum tentare quoad animam, & acriter diuexare quoad corpus. Nam cognitis ab Exorcista operationibus, quas demon in corpore obsessi exercere solet, posthabita nominis interrogatione, facillime opportuna pro demonis expulsione remedia misero obsesso adhiberi possunt.

§. I.

AT dicent fortasse antiqui Auctores: Ex nomine agnosci, ad quem nominatum dirigenda sint precepta facienda ab Exorcista.

Sed valde friuola est huiusmodi ratio; Nam sufficit vocare demonem, possidenteum nomine communis cum differentia aliqua singulari desumpta ab eius operatione, nempe dirigere precepta ad demonem existentem in tali corpore, & in eo has, vel illas causantem vexationes, siue unus sit, siue plures. Vnde sicut etiam cum homines alloquimur non semper eos vocamus proprio nomine, cum sepe illud ignoremus; sed nomine communis cum aliqua differentia singulati, ut dicendo: *Tu o homo, qui rides, veni huc: Tu qui loqueris, silentium impone ori tuo: Tu qui saltas, quiesce: Vos omnes, qui estis in hac domo, statim egredimini ex ea:* Ita cum demonibus idem est obseruandum.

Quare satius erit, quod Exorcista nil prorsus curet de nomine; sed precepta dirigat ad demonem, vel demones existentes in corpore obsessi, ut exstant, nec amplius nocere presumantur. Nam velle interrogare de nomine, nil aliud praestat, quam differre liberationem; magis, magisq; obsessum miserum torquere: quia, cum hoc non sit necessarium ad liberationem, demon non nisi difficulter respondebit: nec Deus tenetur virtute sua diuina illum compellere ad suum explicandum nomen; etsi aliquando concurrat ob reuerentiam Sanctissimi sui Nominis, quod ab Exorcista in suis praecptis interponitur.

§. II.

Periculosa insuper est huiusmodi interrogatio. Nam cum demon sit pariter mendaci, nec ad aliud collimet, quam homines decipere, & maximè Exorcistas, nonne potest aliquod ridiculum, aut obscenum Exorcistæ manifestare nomen, ut sapientia comprobatum est; vel hebraicū, aut grecum, vel alterius idiomatici incogniti, quod in nostro idiomatico sonet

264.

Obiectio contra
munis.
Refellitur.

Interrogatio de
nomine Obsesso
nocet.

265.

Interrogatio de
nomine pericu-
losa est ipse
Exorcista.

K ; aliquod

150 Part. I. Cap. III. De Exorc. virtutibus ornato.

aliquod ridiculum, aut turpe, immundum, ac prorsus detestabile; vt sic illud appositum exorcismis, ac sacris verbis admixtum, dæmonibus sit occasio Exorcistam irridendi, subsannandi, ac paruipendendi?

An fortasse Exorcista aduertere poterit, & cognoscere dolum, cum illius idiomatis sit ignarus?

Nec obstat illud Marci cap. 5. de Christo interrogante dæmonem dicendo: *Quod est tibi nomen?* Nam si responsum dæmonis dicentis: *Est mihi nomen legio*, consideremus, fauente Deo, intelligemus, hoc factum esse ad nostram instructionem. Nam ait Apostolus Roman. 15. *Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Ob id Christus dæmonem interrogauit, non vt ignarus; sed primò, ait Glossa super prædicta verba: *vt ipse confiteretur suam pestem*. Secundò, vt nos edoceremur, quòd sicut Christo mentitus est, (ipso permittente) nobis attendendum, quòd & nos sua malitia decipiet. Nam huiusmodi responsio de nomine, cum dixit: *Est mihi nomen legio*, neque sicut secundum nomen suæ naturæ; cum sub nomine naturæ omnes vocentur spiritus: neque secundum nomen officij, quo diuersimodè nominantur, vt supra diximus; idcirco veritati non respondit; cum legio sit multitudo spirituum, quæ in se non habet nomen, sed multitudinem. Officium enim est, quod quemque pro conditione suæ personæ facere decet, obseruata locorum, temporum, & personarum ratione.

Q V A E S T I O III.

An conueniens sit, interrogare demones: An sint multi, vel pauci: unus, vel plures in eodem corpore.

267.
Interrogatio de numero demonum in corpore obfessi est falsa.

Respondetur, hanc interrogationem esse fallacem, ac diuinæ omnipotentiaz iniuriosam. Videas eius fallaciam. Quomodo poterit scire Exorcista in uno corpore esse vnum dæmonem, vel plures? An ex locutione? Nonne idem dæmon potest successuè formare plures voces, atque diuersas, modò hanc, modò illam: nunc sibi vnum, nunc sibi aliud imponendo nomen? Et qui vnum est, nonne potest fingere se esse plures, vt sic diutiùs in hisce vanis, & ridiculis quæstionibus derineatur Exorcista, donec farigatus, ac defessus desistat ab opere incæpto? Vnde cognoscet Exorcista, quòd vnum dæmon det locum alteri, & eo recedente alius vocari possit, à quo per præcepta veritatem extorqueat, vt docent tam antiqui, quam moderni Autatores? An fortasse Exorcista per præcepta poterit dæmones inuisibiles visibles reddere, & intueri, & agnoscere, quisnam eorum sit maior, aut minor? quis superior, aut inferior? quis magis, vel minus obediens? Si dæmones essent oues, aut capræ, posset vtique modò ab una, modò ab altera lanam sondere, vel lac mulgere, & istas segregare ab illis. At cum dæmones sint spiritus immateriales, & inuisibiles, in his, oportet, Exorcista patrimentacijs dictis totum se committat: quo quid absurdius?

§. I.

PRÄTEREA HUIUSMODI INTERROGATIO, AC PRAXIS MAXIME DIVINÆ EST INIURIOSA OMNIPOTENTIAE. NAM QUÆ VIRTUTE, AUT POTES TATE, PRETENDIT EXORCISTA, DÆMONEM È CORPORE OBSESSI EXPULSARE? AN PROPRIA VIRTUTE, QUÆ FINITA EST, AC LIMITATA: VEL VIRTUTE DIVINA, QUÆ INFINITA EST, & ILLIMITATA? SI PUTAT EUM EXPELLERE VIRTUTE PROPIA, PUTA VERBIS OPPROBRIOSIS, SECERNAT DÆMONES (SI POTES T) VNUM AB ALIO, & NUNC ISTUM, HUNC ILLUM REPEHENDAT, & TANDEM LICET FUERIT ULTIMUS, & INFIMUS OMNIVM DÆMONVM, AD ILLIUS CONGRESSUM, SUCCUMBET; CVM NON SIT POTES TAS SUPER TERRAM, QUÆ COMPARETUR EI: AC PÆFECTÈ NOUERIT VERSIPELLIS DÆMON MODOS, QUIBUS VALEAT CUM DETERIMENTO EXORCISTÆ IPSIUS RETUNDERE OBIURGATIONES. SI VERO INTENDIT, DÆMONES VIRTUTE DIVINA PROPELLSARE, NOHNE INIURIA DEUM AFFICIT, DUM NECESARIUM PURAT, SEGREGATIM DÆMONES ESSE AGGREDIENDOS, QUASI VIRTUS DIVINA, QUÆ MINISTER ECCLESIA OPERATUR, NON SIT SUFFICIENS AD OMNES INFERNALES DÆMONES VNICO ACTU EXPELLENDOS? CUM ENIM VIRTUS OMNIVM DÆMONVM, QUI SUNT IN AERE, SUPER FACIEM TERRÆ, & SUBTER TERRAM, SIT FINITA, & LIMITATA, & VIRTUS DEI, QUÆ EXPELLENDI SUNT, INFINITA, & ILLIMITATA, TÀM FACILE EXORCISTA IN VIRTUTE SANCTISSIMI NOMINIS IESU EXPELLET À CORPORE OBSESSO CENTUM MILLIA DÆMONIORVM, AC VNUM TANTUM, SI PÆFECTA SIT DISPOSITIÖ TÀM EX PARTE ENURGEMENI, QUAM EXORCISTÆ. Vnde Exorcista pro certo tenere debet, quod in curâdo vexatum nulla est differentia ex parte Dei, ac potestatis ab Ecclesia traditæ, si dæmones expellendi plures sint, vel unus tantum: nec si vexatio sit recens, aut diurna. Vnde non sunt attendendi illi Auctores, qui dicunt, quosdam esse dæmones alijs ad expellendum duriores: quia sunt ad sustinenda opprobria, ac verba divina contemnenda fortiores: Näm regulâiter non expelluntur dæmones per opprobria, aut verba simplicia, vt verba sunt; sed per virtutem divinam operantem ad præcepta facta ab Exorcista in nomine Iesu, dæmonem expellentem. Quod autem dæmonum alij alijs videantur fortiores in resistendo preceptis Exorcistæ, & obssessorum alij alijs difficultius liberentur, non prouenit ex defectu divinæ virtutis, ac potentia, vel ecclesiasticae potestatis; sed ex defectu vel ministri; vt latè demonstratû est supra num. 20. & sequentibus: vel obssessi, vt infra fuse declaratur num. 710. & sequentibus: vel quia talis liberatio non fuisset obssesso salutaris.

QVÆST 10 IV.

An licitum sit inquirere à dæmone causam ingressus.

QVAMVIS LICITUM ESSE ASSENERENT LEONARDUS, LESS., SYLVESTR., THYRÆUS, DELRIUS, & SANCHEZ, DICENTES: CONFERRE, EAM NOSSÆ, VT EA REMOTA (SI TOLLI POSSIT) MINOR SIT DÆMONIS IN HOMINEM POTES TAS: & (SI SIT ALIQUOD PECCATUM) VT ALSTANTES À SIMILIBUS CAUEANT; & EO EXPIATO, FACILIUS SANCTUR ENERGUMENUS. NIHIL OMNIS FATEMUR, SATIUS HANC INTERROGATIONEM SILENTIO ESSE PRÄTEREUNDAM, QUAM AD PRAXIM REDUCENDAM. NAM DÆMON

268.

DIVINE OMNIPOTENTIA EST INIURIOSA.
Ratio distat.

269.

INTERROGATIO DE CAUSA INGRESSUS OMITTENDA EST, AD MALA, QUÆ SEQUITUR, ENI-TANDA.

152 Par.I.Cap.III. De Exorc. virtutibꝫ ornato.

Ratio dictat.

ex hac facillimè locum potest sumere, aliquem, vel aliquos, qui erunt satis illeſae famæ, ac bona conditionis, infamandi, eisq; honorem detrahendi: Iminò ipsummet Exorcistam non difficulter in naſsam trahendi, dicendo (vt plurimum consuevit) se ingressum fuisse in tale corpus, quia sic iuſſus est à tali Malefico, vel tali Saga, quæ posuit signa maleficij, sed abscondidit ea; ideò nō posse egredi à tali corpore, nisi prius obſeffi ad Sagam, vel ad Maleficum confugiant, & rogent; vt ipſe huiusmodi tollat signa, quibus manet ligatus: ſicq; maleficio affectos, vel obſeffos in eam impellat necessitatē, vt quos certò nouerint, Deo, vniuersoq; hominum generi infenſos, atque inimicos, ipſisq; (etiam priuatim afflicta valetudine) iniurios; eos tamen ſupliciter adire, obtestari, atq; etiam munerari non dubitet. Quod bene aduerterit Nicolaus Remigius lib. 3. demonol. cap. 2. dicens: *Hoc eā redit, vt prædonibus, suisq; inimicis, ac tortoribus gratiam habeant maleficiati, quod ſpoliauerint, non eriam trucidauerint: vt Malefici ferociores, atque ad nocendum deinceps confidentiores reddantur, quod pro supplicio præmium reportare ſe videant.* Ut tandem corporis breuis, incertaq; valetudo anima ſempiterno, atque indubitate luatur interitus. Noli ergo, mi bone Exorcista, noli tam facile à dæmonie inquirere causam ingressus, niſi velis ab eo in naſlam trahi: Rarò enim Dæmon verum fatetur, niſi cognouerit ſub ſpecie veritatis aliquid ad hominum perditionem plantare poſte: vt doceſt S. Cyprianus tract. 4. de Idolorum vanitate, dicens: *Damones falſa veris ſemper inuoluunt.*

270.

Si autem Exorcista fortalle dubitat, dæmonem ingressum fuiffe ob ali- quod peccatum, vt dicunt prædicti Auctores, recurrit ad noſtras instruc- tiones infra poſitas par. 3. & inueniet inter alias, quod Exorcista ſemper omnes maleficiatos, & obſeffos (ſi rationis vſu ſint participes) lhortari debet, ad deterſtandum ex corde omnia ſua peccata; proximas peccati occaſiones relinquendas; integrè, ac fideliter cumta ſua facinora conſiftenda; imposta- rum vitam in melius commutandam, Deoq; piè, humiliter, & ex totis præcordijs inſeruiendum: hoc modo abſque periculo causam ingeffus remouebit, (ſi fortalle ſit peccatum) & cauſa remota, remouebitur effectus.

Veruntamen, quia potest dari aliquis cauſus, in quo expediens eſt, dæmo- nem interrogare de cauſa ingressus (vt egomet feci in illo cauſi relato ſupra num. 86. & quibusdam alijs) tunc dæmonem non interroget, niſi paucis ipſius obſeffi consanguineis, vel parentibus præſentibus: nec verbis dæmo- nis credat, niſi veritati rei ſint conformia.

Q V Ä S T I O V.

An licitum ſit, querere à Dæmonе: Per quam pеſonam, & per quem Sanctum ſit ab obſeffo expellendus.

271.
Ilicitum eſt, interrogare dæ- monem de per- fona, vel San- cto, à quo eſt expellendus.

Notum eſt omnibus exorcisticæ arti addic- tis, huiusmodi interroga- tionein, ſicut & alias praecedentes, & ſubsequentes contineri in Exor- cismarijs antiquorū Auctorum, easq; Exorcistis in ſuis adiurationibus adhi- bendas inculcari nulla ratione ſuffultas. Nos tamen indubitanter allerim, illicitam

illicitam esse; ac perniciosa huiusmodi interrogationem. Quis enim sancte
mentis illam approbet? Proh dolor! Quot dæmoni hoc medio perdidit
Exorcistas? Nonne hoc est, assumere sibi dæmonem in Magistrum, & Exor-
cistam fieri diaboli discipulum? An fortasse Christus modum non tradidit
in Euangeliō, quo dæmones sunt expellendi, ut necesse sit, à dæmoni que-
rere de tali modo? Nonne per has interrogations, o bone Exorcista, fate-
ris te ignorare auctoritatem, ac potestatem, quam à Christo, & ab Ecclesia
aceperisti ad dæmones expellendos, dum queris à dæmoni, per quam perso-
nam, & per quem Sanctum sit expellendum? Quid, si responderit dæmon,
non posse expelli nisi per talē nūlīterem, quam vulgus vocat Sagam; sed
ipse bonam, & sanctam predicatorerit? An erit adimplendum huiusmodi cō-
silium, & monimentum diabolicum? Quid ergo stultius, quam Exorcistā
velle edoceri ab inimico, quibus armis ipse vti debeat ad illum confodien-
dum? querere à vulpe, quibus laqueis capi valeat? Quid gratius dæmoni,
quam Exorcistam eius discretioni, ac magisterio se totum committere, seq;
cqam eo imperitum fateri, ac precipue suæ potestatis exorcistica ignatum,
aperte demonstrare? quia sic facilissime in naſsam ab illo trahi potest:

§. I.

IVta huiusmodi indubitate veritatem inter alia, unicum exemplum
animi gratia referam eorum, qui hoc nostro æuo his interrogationibus
à dæmoni decepti sunt.

Quidam Prelatus specie fidei mihi enarravit, quod in adolescentia sua
in quadam Lombardæ Ciuitate (vtriusque nomina reticeo, quia sic expedit)
pluries adfuit, dum quidam Exorcista quandam adolescentulam à dæmoni
obsessam exorcizabat: ubi cum pluries dæmonem interrogasset; per quam
personam, & per quem Sanctum esset expellendum, & a quo magis cruciaretur;
post repetitas coniurations, post ptemptoria facta, & multa addita tor-
menta (vt ipse putabat Exorcista) tandem obstinatus dæmon, licet coacte
(vt fingebat) fassus est veritatē more suo; dixitque magno cum eiulatu:
Neminem magis, ac magis sibi aduersari, quam quendam Clericum ade-
scensem, qui vt plurimum comitabatur Exorcistam; nec per aliam personam,
aut Sanctum esse expellendum, quam per illum ob eius puritatem, ac sim-
plicitatem. Qua de re admónitus Exorcista, impósterum quoties obsessam
exorcizabat, toties secum Clericum ducebat, cui præcipiebat, vt & ipse dæ-
moni præcepta faceret: Vel (si quandoq; non aderat) dæmoni minabatur,
se Clericum illum aduocaturum, nisi à vexatione cessaret; ex qua commina-
tione dæmon magnos emittebat clamores, ostendens se ab illo Clerico ní-
mis affligi; cui illicò exactissimam prestabat obedientiam. Quare Energumen
parentes Clericum rogarunt, & obsecravint ut quotidie adolescentulam
inuiseret: cum dæmon alteri, quam illi obtemperare nollet; Qui satis
diligentem, & assiduum in tali charitatis officio adimplendo se se exhibens,
quotidie obsessam visitabat, solusq; cum sola in cubiculo morabar: (Quis
& quād mali suspicatus esset?). Nihilominus quotidie postquam

Ratio dictat.

272.
Comprobatur
veritas
Exemplorelatio
ab Auctore.

per

154 Part.I. Cap.III. De Exorc. virtutibus oīnato.

Per præcepta dæmonem sibi obedientissimum comprescerat, & in digito pedis relegauerat, ab eodem spiritu rām Clerici, quām puellæ venereis partibus ad luxuriam excitatis, modestiæ, ac continentiæ laxatis habenis, corpus etiam Obsessa comprimebat, & cum ea carnaliter commiscebatur. Quod peccatum per menses aliquot quotidie perpetravit, quāmuis publicè coram Exorcista, & Eherguimenæ parentibus, & consanguineis, alijsq; circumstantibus dæmon clamaret, se nimis ab illo Clerico cruciari, atque torqueri; illumq; vt purum, vt castum, vt simplicem, & sanctum proclamaret. Qui Clericus quibusdam suis cōdiscipulis secrerò prædicta enarrans, eos inuitauit, & obsecravit, vt & ipsi carnaliter Energumenam cognoscerent; nec timerent, quia ipse dæmonem in paruulo digito pedis relegasset; ita vt ab eo in carnali concubitu impediti non fuissent, nec vnum ab illo damnum, ac nōcumentum receperissent. Qui recusantes tale perpetrate facinus, rem Energumenæ parentibus patēfecerunt. Clericusq; ille pēnas suo sceleri debitas persoluere fuit coactus.

Queras modò, ò bone Exorcista, à dæmone: *per quam personam, & per quem Sanctum sit expellendus, & à quo magis crucietur, quod benè modum, & viam te edocebit, quibus facilius, ac citius in nassam cadas, & ad interitum traharis.*

Q. V. A. S. T. I O . VI.

An licitum sit, querere à dæmone, vt dicat: quinam sint sui inimici in Cælo, & qui in Inferno.

273.
Interrogatio de
Sanctis, q̄i sūt
inimici demo-
nis, Sanctis ip-
sis est iniuri-
sa.

HÆC quæstio duas partes continet: Prima est; an licitum sit, interrogare dæmonem, *quinam sint sui inimici in Cælo;* Altera; *quinam in Inferno.*

Si primam interrogationem apertis oculis considerare volamus, statim agnoscamus, per hanc interrogationem maximam Sanctis ipsis inferni iniuriam. Si enim queras à dæmone, *quem Sanctum inimicum habeat in Cælo:* si dæmon responderit: *S. Petrum:* quid de ceteris Sanctis erit iudicandum? an fortasse, quod ipsi sint dæmonis amici? nam lex docet, quod *Inclusio unius est exclusio alterius.* *L. cum prator. ff. de iudic. L. Cum maritus. ff. de procuratoribus. L. quamuis. ff. de pignoribus. L. ait prator. §. Sed quod Papiian. ff. de minorib. cap. nonne. de presumpti.* Si ergo dæmon nominat tantum, ut inimicum suum *talem Sanctum,* videtur à sua inimicitia excludere alios Sanctos?

Verum quia aliquis posset obijcere, quod illa interrogatio intelligitur comparatiuē, idest *quinam Sanctus sit magis suus inimicus,* seu, *quem Sanctum maiori odio prosequatur,* ut videtur illam regulam iuris interpretari Augustinius Barbosa de *Axiomatis Iuris usu frequent.* *Axiom. 120. nu. 13. & 14.* aliam adducam rationem.

274.
Ratio dijicit.

Supponamus, maximum omnium diaboli inimicum esse Sanctum Vbal-
dum Episcopum Eugubinum; vel Sanctum Antonium Abbatem, qui de-
tot

tot dæmonibus triumphatunt. Quid si dæmon post longas, ac repetitas coniurationes, in quibus, oportet, miser & infelix Energumenus multas sustineat tortiones, dixerit esse Sanctum Ioannem Baptistam, vel S. Paulum Apostolum, vel S. Dæminicūm, aut S. Franciscūm: vel alium ex primis omnibus Paradisi Antesignanis? Si credis, quod ait dæmon, credis falsum: quia (ex suppositione) inimicus eius est S. Vbaldus; vel S. Antonius Abbas. Si non credis, quod sit aliquis illorum dæmonis inimicus, iniuria affinis dictos Sacerdos, quasi ipsi non sint diaboli inimici; sed amici: vel quasi ipsi non sint sufficietes suis meritis à Deo impetrare Obsesso à dæmoniaca vexatione liberari. Cesset igitur Exorcista ab huiusmodi interrogatione: Non cesset tamen seipsum, & obsessos commendare Sanctorum intercessioni, & maximè Beatissimæ Deiparæ, Angelorum, & aliorum Sanctorum; non quos nominauerit diabolus ut inimicos; sed ad quos propria magis inclinauerit devotionis; & qui sua humilitate, ac fiducia in Deum dæmonibus terribiliores extiterunt, nullum umquam excludendo; sed omnes saltem implicitè, ac generaliter in cunctis suis necessitatibus implorando.

Secunda interrogatio refellitur infra quest. 13.

QVÆ. S. T. I. O. V. II.

An sit licitum querere à dæmonie: quibus verbis magis crucietur.

REspondeo breuiter, hoc esse illicitum: Primo, quia Exorcista seipsum prodit ignorantem. Si enim Christus tradidit verba in Euangeliō, quibus dæmones sunt expellendi, nempè præcipere dæmoni in nomine Iesu, (vt sepius diximus, & suo loco docetur infra par. 3.) cur querit à dæmonie, vt de hoc certior fiat? Nonne hac interrogatione se discipulum constituit diaboli? Secundo, cum dæmon plenus sit omni dolo, & astutia, ostendet se grauissimè torqueris, dum Exorcista aliqua sacra proferet verba, quæ directè non sunt ordinata ad dæmones fugandos: cùm vero proferet verba ordinata à Christo ad dæmones pellendos, nulla ostendet affici vexatione, vt sic relictis ab Exorcista verbis a Christo institutis, præceptis nempè in nomine ipsius formatis, ipse diu tale possideat corpus. Sic quidam Exorcista anno Domini 1648. Venetijs mihi enarravit se, dum exorcizaret quandam mulierem, quadraginta annis, & amplius à dæmonie obsessam pluries obseruasse, quod dæmon magis cruciabatur, dum ipse recitabat illam antiphonā: *O Clavis David &c.* quæ legitur ad Vesperas vna ex ferijs ante Nativitatem Domini. Ita vt relictis præceptis factis in nomine Iesu, legebat illam; non tamen dæmonem expellebat. Nimis eslet longum, tediosum, ac ridiculum, recensere varias orationum lectiones, ac repetitiones, in quibus plures boni, ac simplices Exorcistæ à dæmonie admoniti insudarunt, vt illum ab obsessis corporibus expellerent: sed incastum, surdo verba facientes, ac dæmonie illos tridente, & subsannante.

275.
Interrogatio de
verbis, quibus
demon magis
crucietur, Ex-
orcistam igna-
rū manifestat.
Ratio dictat.

Probatur exé-
pto ielato ab
Auctore.

2 VÆ S T I O V I I I .

An licitum sit querere à dæmonie: qua die, & hora sit egressurus.

276.

*Interrogatio de
die, vel hora
exitus demonis
iniuriosa e.t
Diuina Mai-
stati.*

Ratio dictat.

Licet communiter hæc interrogatio facienda insinuetur ab Auctoribus, qui de arte exorcizandi pertractant: veruntamen mihi videtur Diuinę Maiestati, & ecclesiasticę potestati iniuriosa. Optarem, non mediocriter sapientes, ac prudentes profundiū oculis intellectualibus attenderent, ac consideraret̄ errores, qui ex tali interrogatione oriuntur. Dic mihi, quæſo, dī bone Exorcista, Potestas, quā ab Ecclesia accepisti in ordine Exorcistatus ad dæmones adiurādos, & ē corporibus obſeffis expellēdos, à quo depēdet? A volūtātē diuina, vel à volūtāte dæmoniacā? Si dicas: à volūtāte dæmoniacā: te hæretiqū manifestas: quia, cū Ecclesia sit sponsa Dei, & Christus sit caput eius, omnēm potestatem habet ab ipso Christo! Si ergo depēdet à volūtāte diuina: nōne ipsius Dei est, dæmonem expellere, prout lubet! quem certē ex promissione facta Marci c. 16. *Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur. In nomine meo dæmonia eijcent, etiam primo precepto facto ab Exorcista in nomine Iesu, ipse expellat, si fani Exorcista, quā in obſessus cōditiones habuerint requisitas, de quibus infra par. 3. & supra cap. 1. & liberatio sit salutaris.* Quod egomet phantasias experientia comprobavi in varijs enērgumēnis, qui eo ipso, quod perfectam habuerunt fiduciam in Deum pro sua liberatione, illicē dæmon exiit ab eis; & perfectam consecuti sunt sanitatem. Immò ipsemē dæmon per vim præcepti sibi à me facti coactus est fateri hanc veritatem, niempē immeiatē quod persona obſessa habet perfectam fidem, & credit sine vlla hæſitatione, etiam ad prium præceptum dæmoni faciendum ab Exorcista, se à dæmonie esse liberandam, indefinenter Deum compellere dæmonen exire, ac talēm derelinquere personam; & si in fide perseuerat, dæmonem nullo modo ei nocere posse. Quam veritatem etiam alias nonnulli dæmones fassi sunt Sancto Cypriano prius mago, postea Sancto, cum illos interrogasset, cur non potuissent maleficio afficer. Sanctam Iustinam: respondeunt: *Propter eius fidem in habitantem: his enim, qui firmiter credunt, ac confidunt, se à Deo protegendos fore, nullo modo nocere possumus: ut benē tradit Deltius lib. 6. Disq. Magic. c. 2. q. 3. ſect. 3.*

§. I.

277.

*Error plurium
Exorcistarum
offendit.*

Sed vis ſcire, vnde proueniat, quod ferē omnes antiqui Auctores petunt à dæmonie, quando velit exire? Hoc est in cauſa: quia putant, quod præcepta contra dæmonem formata ab Exorcista ſint ſicut præcepta Decalogi, quorum obſeruatio pendet à libero hominis arbitrio diuina gratia adiuto; ideo ſicut ēt in potestate hominis illa obſeruare, & non obſeruare; ita est in potestate dæmonis (aiunt iſti Auctores) præceptis Exorcistarē vel obedire, vel obliſtere. Attamen addunt ſicut Deus hominibus adhibet ſtimulos, vt veſtint obediens, per Prædicatores, aduersitates, & huiusmodi; ita etiam malignis ſpiri-

Art. V. Prudentia in vitandis erroribus. 157

spiritibus adhibet stimulos urgentes ad suam obedientiam, qui sunt exorcismi, quibus dæmones ita spiritualiter cruciantur, sicut homines verberibus corporalibus : Ita docet Hieronymus Menghus à Viadana in Flagello Dæmonum.

Sed grauter hallucinantur prædicti Autores . Nam in exorcismis, & cōfigurationibus duo continentur, vt dicitur infra num. 355. scilicet obiurgatio, & præceptum . Quoad obiurgationem, verum est, eam esse veluti stimulus, quo dæmonis audacia constringitur, (si recto modo fiat, vt habetur nu. 659.) sed falsum est , quod præceptum maximè expulsuum (si fiat iuxta regulas infra traditas par. 3.) sit, tantum sicut stimulus , ac veluti præcepta Decalogi : Nam contra stimulum potest dæmon calcitrare , & contra obiurgationes obstinatus persistere ; sed non contra præceptum , (si Energumenus perfectam habeat fidem, vt supra dixi .) Similiter falsum est, quod præceptum expulsuum dæmonis ab Exorcista formatum sit sicut præcepta Decalogi homini imposita, quæ possunt ab eo obseruari, & non obseruari; sed est sicuti forma Sacramentorum , vel sacramentalium , qua (si super debitam materiam proferatur), sit Sacramentum, vel sacramentale, quod suum producit effectum . Quando enim Exorcista cum debita intentione format præceptum expulsuum contra dæmonem , si ipse habeat omnia requisita , & Energumenus per fidem, & cōfidentiam in Deum perfectè sit dispositus , ac liberatio ei sit salutaris; Deus concurrit , ac virtute sua dæmonem inuitū expellit ; & contra hunc stimulum dæmon calcitrare non potest , vt latè supra explicatum est num. 13. & sequentibus .

Aduertat hic benevolus Lector, quicquid astrui quest. 2. de nomine dæmonum quarendo : quest. 3. de numero : quest. 4. de causa ingressus : & quest. 8. de die, & hora egressus , licet videatur refragari his, quæ in Rituale Romano præscribuntur; nihilominus si attentiùs consideretur, ac maturius iuxta sequentem distinctionem discutatur, nulla contrarietas adinuenietur.

Dicendum ergo , de egressu dæmonis ex corpore obsessi posse loqui duplíciter . Vno modo de eo , qui prouenit ex industria humana , quatenus homo destruit signa maleficij, quibus destruetis dæmon quandoque voluntariè egreditur, vt ostendat Sagæ, aut Malefico, qui signa illa posuit, se nulla molestia afficere obsessum , aut maleficiatum , nisi quandiu signa maleficij permittent ; vt sic credant , signa illa aliquam vim habere homines diuexandi . Alio modo est loqui de egressu dæmonis, qui fit per potestatem ecclæsticam diuina virtute illum ad egrediendum compellente .

Primo modo non videtur illicitum, interrogare dæmonem de nomine, vt homo sciat, ad quem dirigat sermonem : de numero, vt cognoscat, an etiam plura signa reposuerint : de causa ingressus, vt intelligat, cuius generis sit illud maleficium, an sit perpetuum, vel temporale : ac de die, & hora, qua sit egressurus ; quia talis egressus dependet à voluntate dæmonis ex pacto inito cum Malefico ; Et hoc modo (vt puto) loquitur Rituale Romænum . Nam Sancta Romana Ecclesia , quæ infirmantium mater est pia , ac clemens, sepiùs conniuere videtur suorum filiorum necessitatibus , eos hortando non rancium ad diuina confugere subsidia; sed etiam humana adhibere remedia : sicut etiam iubet perquirere maleficij signa, eaq; comburere; quod remediū vtique

Prædictus error refellitur .

Demon potest calcitrare circa obiurgationes; sed non contra præceptum .

Quomodo .

Quando :

278.

vtique humanum est censendum. At loquendo de dæmonis egressu, qui fit per potestatem ecclesiasticam, dico, huiusmodi interrogations esse relinquendas ijs de causis, de quibus supra.

Veruntamen si prædicta mea doctrina aliquo modo his, quæ in Rituali Romano continentur, aduersetur, ea, sicut & omnia, quæ in hoc opere traduntur, iudicio, & correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Catholicæ subiecta sunt.

QVÆSTIO IX.

An licitum sit querere à dæmone, in quo loco sit egressurus?

279.
Ilicitum est,
querere à dæ-
more, in quo
loco sit egressu-
rus.

HÆC quæstio breuiter resoluitur, sicut antecedens, dicendo, illicitum esse, querere à dæmons de loco, in quo sit egressurus. Ratio est; quia in hoc ostendit Exorcista, se credere, quod potestas dæmones expellendi dependat à loco: quod impium est asserere; non enim à loco; sed à Deo dependet. Sed supponamus, quod licet talis potestas non dependat à loco; attamen unus locus magis quam alius possit Exorcistam, vel obsessum ad maiorem excitare deuotionem, ac confidentiam in Deum eliciendam, quod per merita, puta vel Beatissimæ Virginis, vel Sancti alicuius, quem populi venerantur, ac colunt in tali loco, obsesus sanitatem optatam sit consecuturus; Veruntamen si quandoque talis locus sit eligendus, non inquirendum est à dæmons, ut ipse eligat; sed ab ipso met Exorcista est deputandus: nam hoc inquirere à dæmons, nil aliud est, quam eius laqueis capiendum se exponere.

*Comprobatur
exemplum relato
ab Auctore.*

Vis inter multas deceptions aduersus Exorcistas instructas vnicam tibi referam? Quidam Exorcista vir vtique bonitate prædictus hoc nostro æuo aliquandiu quandam exorcizauit mulierculam obsessam: cum autem dæmoni pluries præcepisset, ut horam, diem, & locum sui exitus patefaceret, dæmon (acsi coactus esset) dixit: post mensem, tali die, hora meridiana, in tali Ecclesia. Qua die, cum multitudo populi conuenisset, dæmon post multos rumores, strepitus, & vulnus tandem cachinnans Exorcistam irridebat, & subsannabat, omnesq; eius defectus naturales, ac morales publicè ei obijciebat, qui omnia patienter sustinebat. Iterū Exorcista ei præcipiebat, & peremptoria faciebat, ut de die, hora, & loco sui exitus veritatem fateretur, qui dæmon iterum tempus prorogabat, iurando, quod post tot dies, & in tali loco esset egressurus. Quod pluries promisit, & ad varia loca duxit Exorcistam; sed semper more suo promissis stabat, Exorcistam irridendo, & subsannando. Tandem magno eiulatu dixit, se amplius non posse suum exitum prorogare; non tamen posse exire, nisi Exorcista vna cum Energu-mena, & Virginum comitatu Brixiam peteret, quæ à Vico, vbi morabatur Exorcista, viginti circiter milliaria distat; & per viam Litanias Beatissimæ Virginis decantarent. Quod si hæc obseruassent, se tandem egressurum (licet iniustum) ante imaginem Sanctæ Mariæ Gratiarum, cuius facillum pluribus donatijs ditatum, ac ferè innumeris tabellis suspensis coopertum in

in ea vrbe existit. Bonus Exorcista (his auditis) sic optimè à dæmone instrutus (iam omnibus necessarijs paratis) aggressus est iter vnâ cum muliere illa obsessa, ac nonnullis adolescentulis ex vili plebecula (omnibus se virginis predicantibus;) quas, (ne tedium afficerentur in via) comitabantur earum amatores, qui omnes cantabant, & in itinere collaudabant B. Virginem iuxta diaboli mandata. Cum autem statuta die, & hora ante imaginem B. Virginis astitissent, dæmon post multos clamores, & eiulatus per os Obsessæ emissos, quibus asserebat, se valde cruciari, ac torqueri, tandem multis cachinnis irridere, ac subsannare cepit Exorcistam, eò quod tam facile credidisset, multisq; ac varijs eum lascessiuit iniurijs, ac contumelijs. Quare bonus ille Exorcista confusione, & ignominia plenus dormum regressus impoterum munus exorcisticum exercere recusauit. Crede modò diabolo, & te ignominia afficiet, ac confusum relinquet.

Q VÆ S T I O X.

An licitum sit, querere à dæmone, si aliquo pacto, vel maleficio sit alligatus. Et quomodo huiusmodi maleficium possit destrui.

Signa maleficij querere, & inuenta destruere, licitum esse supra diximus num. 125. Attamen dæmonem interrogare, vt ipse annuat locum, ubi sunt talia signa; ac modum, quo huiusmodi maleficium sit destruendum, vt illictum reprobamus.

Prima pars probatur. Dæmon non potest naturaliter, aut violenter ab homine rebus, seu signis naturalibus, vel artificialibus alligari: quia omnes res corporeæ sublunares naturaliter angelicis spiritibus subiiciuntur, vt docet Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 4. in hæc verba: *Mali Angeli præponuntur potestate rebus visibilibus, & illis utuntur priuato iure aliquando.* Quod priuatum ius non est aliud, quam potestas naturæ secundum Alexandrum Alensem. par. 2. quest. 112. mem. 2. ar. 2. Si ergo dæmon non potest signis, vel maleficij, ad quid querere, vt dicat, an sit alligatus? nonne hec est mera fatuitas? Sed fortasse quis dicet: sicut in maleficij signa ponuntur, quibus positis dæmon malum, ac maleficium operatur; ita maleficium destrui nequit, nisi destruatur signum, quod sepius inueniri non potest, nisi dæmon illud indicet. Respondemus, quod credant hoc, (vt lubet) Sagæ, ac Malefici, qui iam suum corpus, & animam dæmoni crediderunt; quia nos, qui catholicè sentimus, hanc fatuitatem toto cælo derestamur; & indubitanter asserimus, sine signorum maleficorum inquisitione, inuentione, ac destructione dæmones posse expelli, ac maleficia destrui per remedias spiritualias, vt practicè tota tercia parte demonstratur. Illa enim alligatio dæmonis illis signis non est naturalis, nec coacta, seu violenta, sed libera, & voluntaria. Cogatur igitur dæmon ab Exorcista per præcepta illi facta in nomine Iesu, vt ceteret homini nocere, & nihil documenti poterunt afferre illa signa.

Hinc cautè sunt legendi illi Auctores tam prisci, quam neoterici, qui aiunt,

280.

Dæmon non potest ab homine alligari signis.

Ratio dictat.

281.

*Causè legendi
sunt Autòres
antiqui, ac mo-
derni talia af-
serentes.*

Et quare.

*Vexatio Saulis
vnde.*

aiunt, non posse maleficium destrui sine destructione signi; sed stante maleficio materiali in loco, vbi positum fuerat, durare maleficium formale: & addit quidam Neotericus: *hic de causa Saulis dinexatio iterabatur, & per- seuerabat.* At horum Autorum positio ita falsa est, sicut falsum est, dæmonem subijci naturaliter, aut coætē illis signis materialibus. Non n. subijcitur naturaliter; quia cunctæ res sensibiles subiectæ sunt dæmonibus, vt dictum est *numero precedentem*; non ergo possunt detinere, dæmones. Neq; coætē subijcitur: quia dæmon ipse est, qui precipit Sagæ, aut Malefico, ac docet, talia signa ponere; ergo doceret ponere contra seipsum, quod asserere est ridiculum.

Quod autem Saulis vexatio iteraretur, nō proueniebat ex eo, quod signū, seu maleficium materiale non esset destructum: quia dæmon non possidebat Saulem per maleficium; sed ex Dei permissione, vel iussione propter ipsius peccata, ob qua recesserat ab eo Spiritus Domini; & idē exagitare eum cœpit spiritus nequam à Domino, vt habetur 1. Regum. c. 16. Id testatur Abulensis quest. 33. in dictum caput, *Spiritus iste Domini, inquit, erat Dæmon, & datus est in penam Sæuli, ut vexaret eum, sicut faciunt dæmones in arrepticijs.* Iterabatur autem vexatio, quia iterabatur causa primaria vexationis, nempe peccata, maximè malitia, & inuidia, ob quam conabatur Davidem ē medio tollere; ideoq; merebatur iterum magis, ac magis à dæmo- nē torqueri.

§. I.

282.

*Illicitum est
petere à demo-
ne modum, quo
maleficium de-
struatur.*

Altera pars probatur. Nam præcipere dæmoni, vt dicat, quomodo maleficium possit destrui, est beneficium à dæmone requirere; Hoc autem est illicitum: vt docent D. Thom. 2. 2. q. 90. art. 2. & ibi Cajetan. ar. 1. D. Antoni. 2. par. tit. 10. c. 8. Syluest. verb. adiuratio, q. 7. & ibi Angelus nu. 2. & 4. Tabiena nu. 6. Sotus lib. 8. de Iust. q. 3. ar. 2. Suarez. 10. 2. de Relig. l. b. 4. de Adiuratione. c. 2. num. 8. & 9. Leonard. Lefs. lib. 2. de Iust. c. 42. dub. 13. nu. 70. & 71. & latissimè probans ex multis scripturis, Sanctorum testimonij, & rationibus, soluensq; contrarias, & dicens, esse de- fide. Valentia 2. 2. disput. 6. q. 8. punt. 2. quest. 2.

Ratio verò, cur non imperatiuè liceat, est: quia Christus non reliquit potestatem Ecclesiæ aduersus dæmones, nisi ad eos arcendos, vel repellendos tanquam hostes, ne nobis noceant. Quod est ab eorum societate recedere: vt docent Sanchez tom. 1. in precepta Decalogi lib. 2. cap. 42. num. 19. Et Ferdinandus de Castro Palao de Adiuratione Disput. 4. punt. 4. num. 8. At velle petere à dæmone, vt dicat, quomodo maleficium possit destrui, idem est, quod ei præcipere, vt nos doceat modum, quo destrui possit maleficium: sic est vti eius ministerio, & obsequio, quod pertinet ad quoddam pactum, & societatem cum ipso, saltem implicitam.

Q VÆ S T I O X I.

*An licitum sit, querere à dæmone, vt dicat: quis sit eorum princeps
in illo corpore.*

HÆC quæstio remanet soluta ex dictis supra quæst. 3. huius articuli,
& infra quæst. 13. ad quas remitto Lectorem.

283.

Q VÆ S T I O X I I.

*An licitum sit, querere à dæmone, vt dicat, an talis persona,
quam possidet, sit verè vexata.*

QVAM sit ridiculum hoc quæstum, & totaliter sibi contrarium, audias. Volunt isti Auctores, quod Exorcista interroget dæmonem existentem in corpore Energumeni, & illum cogat ad veritatem fatendam per os Obsessi, dicendo: *Si talis persona sit verè obsessa, necne?* Quis non irrideat huiusmodi nugas indignas prouersus, que ab ore Ministri Ecclesiastici enuncientur! Si tu vis, ut dæmon per os Obsessi loquatur, nosne supponis, iam dæmonem verè, ac realiter talem personam possidere? Cur igitur vis querere, ut ipse dicat, an sit verè vexata? Quid, si dæmon responderit, quod non, sed humore melancholico esse affectam: quia (cum sit adolescentula) marituum habet senem: vel dixerit, humoribus matricalibus esse perturbatum. An fortasse his verbis erit credendum? Facile hoc crederent, qui negant maleficia, obsessiones, ac possessiones dæmonum reales; quia hi, ut plurimum, negant etiam esse dæmones, & Infernum, & Paradisum. At cum supponamus, dæmonem loqui per os Obsessæ, consequenter supponimus, dæmonem esse in rati corpore ex dictis, & probatis supra num. 99. Qui ergo auditet dæmonem loquentem per os Obsessæ, & crederet ei dicenti, Obsessam non esse Obsessam; sed humore melancholico, aut matricali affecta; potius scutica dignus esset, quam munus exorcisticum exercere. Quis non aperte agnoscat, huiusmodi interrogaciones ad aliud non proficere, quam ad ignarum Exorcistam confundendum, & confusione refertum ad ultimum exitium perducendum?

284.

Ridiculum est
querere à dæ-
mone, ut dicat,
an persona ob-
sessa sit verè
obessa, necne.

Q VÆ S T I O X I I I.

*An licitum sit Exorcistæ, præcipere Dæmoni superioris ordinis, ver. gr.
Lucifero, ut dæmones sibi inobedientes excruciet in Inferno.*

Item spiritui principali in corpore obsesso, quod secum
educat totam societatem suam.

HO C licitum esse sustinent Syluester Prieras tract. pro Exorcistarum
instructione, Zacharias Viccomes in Compend. artis Exorcist. doctr. 2.

L

Hieron-

285.

Plures Aucto-
res docent, lici-
tè posse dæmoni
superiori impe-
rari, ut inferio-
res expellat.

Hieronymus Menghus in *Campend. artis Exorcist.* lib. 1. cap. 4. & *Fuse demonum cap. 6.* &c alij.

Refellitur ab Auctore.

At quia horum opinio nulla probabilitate fulcitur, dico, illicitū esse, ac superstitionem, præcipere dæmoni superiori siue existenti extra corpus, siue existenti intra corpus, ut cæteros inferiores spiritus expellat. Hoc apertere constat siue considereremus huiusmodi præcepta respectu dæmonum ad quos diriguntur: siue respectu potestatis, quam accepit Exorcista ab Ecclesia dæmones expellendi.

Ratione: sumpta à parte dæmonum.

Si considererentur respectu dæmonum, quis non videat illa prorsus à dæmonibus paruipendi? Nam eti in dæmonibus sit aliqua prælatio, & superbie instinctu unus alteri aueat dominari; (vt dicunt dicti Auctore's, & cœidunt omnes Theologi.) Haec tamen prælatio, & auiditas dominandi non est in ordine ad bonum, & utilitatem hominis, qualis esset, si superiores expellerent inferiores, sed in ordine tantum ad hominis perditionem. Immò licet dæmones non se diligent mutuo, sed potius oderint, magis tamen odit quilibet dæmon homines, quam alias dæmones: vt eruditè probat Abulensis, quæst. 6. l. in cap. 12. *Matthæi. vers. Dicendum igitur.*

Quomodo ergo poterit Exorcista expellere dæmones inferiores mediante ministerio superiorum? An fortasse Exorcista maiorem potestatem habet præcipiendi dæmonibus, superioribus, quam inferioribus? Quis hoc asseret? Si non potest compellere dæmones inferiores, vt sibi obedient, & exeat è corpore obseSSI, quomodo poterit Luciferum euocare ex orco, vt véniat, & expellat illos dæmones, & eos cruciet in inferno? Vel compellere dæmonem superiorem in illo corpore, vt inferiores spiritus inobedientes expellat? An fortasse dæmones superiores sunt melioris conditionis, & inferiores sunt peiores, peruersiores, & in malo obstinatores? Sed hoc est falsissimum: quia dæmones superiores cum sint natura perfectiores, sunt etiam sapientia excellentiores, potentia strenuiores, & malitia iniqiores; ideoque cæteris inferioribus peruersiores, ac in malo obstinatores; sapientia enim, ac potentia, vtuntur, non ab bonum, sed duntaxat ad malum operandum. Quomodo ergo superiores obedient Exorcistæ, dum illos presumit vel ex inferno euocare, vel (si sunt in corpore) eos compellere, vt secum trahant suam societatem, si in istis maior inobedientiae adest ratio?

Nonne hoc aperte rationi resistet repugnat?

§. I..

286.
Non officit, dæmones hoc præstatre iussos à Magis.

Estò quodquādōque dæmones superiores ad præcepta Magorum, ac Maleficorum ē corporibus obseSSis expellant dæmones inferiores: si faciunt hoc, non alio fine faciunt, quam vt maleficium minus maiori soluant maleficium, maleficium transferendo ab una in aliam personam (vt faciunt Magi, & Malefici) & ab homine maleficio transferente adorationes, oblationes, prostrations, cæteraque obsequia sibi exhibita recipiant. Nullo tamen patet unus dæmon alteri præesse cupit, nec unus super alterum principatum affectat, vt homini prodesse queat; sed duntaxat vt malefaciat, ei damnum inférat.

inferat in anima, vel in corpore, & tandem ad exitium perducat; vt docet Tostatus loco citato.

Constituat ergo Exorcista iuxta monita dictorum Auctorum, dæmonem principem super alios, ac præcipiat dæmoni principi constituto; vt suo vctatur iure, cæteros inferiores è corpore obfesso expellendo, magna promitteret, sed nulla seruabit: nondum tempus adesse talis electionis, sed opportuno tēpore omnia executum, asseuerabit: prius opotere, talem herbam quærevit eius suffit rebelles torqueantur spiritus: talem lapidem inuestigare, vt ad collum appensum deferat, qui non poterit inueniri nisi cum maxima difficultate: Maleficum compellere, vt signa maleficij destruant: tot Ecclesiæ visitare: tot candelas offerre: aduersus orientem brachijs extensis tot vicibus orare: tot nomina incognita Angelorum proferre: cacumina montium scandere, vbi sit edicula Deipara Mariæ dicata: aliaq; id generis, quæ aliquam admixtam habent superstitionem, adimplere iubebit. Quin immò quandoque vnus & idem spiritus se plures esse finget: ac modò luciferi, modò alterius principis, nunc officiarij subalterni, nunc subditi vices geret, hisq; alijsq; huiusmodi technis incautum decipiet Exorcistam; ipsu[m]q; non nisi irrationibus, contumelijs, conuicijs, & ignominia affectum relinquet; vt experientia sapientia comprobarunt nimio suo malo, & dedecore plures Exorciste huiusmodi Auctorum quasdam superfluas, & illicitas sequentes traditiones: cum genium diaboli non sit ceteris dæmonibus preesse, eosque coercere in hominis utilitatem, & solatium; sed tantum in eius ruinam, perniciem, ac damnationem.

§. II.

Si verò considerentur precepta in ordine ad potestatem, quam Exorcista à Deo, & ab Ecclesiæ accepit in Ordine Exorcistatus ad dæmones expellendos, illicitum est precipere dæmoni existenti siue in inferno, siue alibi extra corpus obfessi, vt inferiores dæmones expellat. Ratio est: quia hoc est petere beneficium à dæmone, ad quod præstandum cogi non potest præceptis: Non enim Exorciste data est potestas à Christo, cogendi dæmonem superioriem, vt inferiorem expellat; sed solum data est potestas expellendi dæmones, qui in corporibus extiterint. Ergo petere illam expulsionem à dæmone superiori (etiamsi fiat præcipiendo) est velle ab eo beneficium habere: ac proinde est illicitum: Ita etiam tenet Ferdinandus a Castro Palao de Adiuratione disput. 4. punct. 4. num. 9.

Si autem dæmon superior, cui præcipit alios expellere, sit in corpore obfessi vna cū alijs dæmonibus inferioribus, quero à te, o bone Exorcista: qua virtute, putas, quod ille dæmon superior sit inferiores expulsurus: an diuina, vel demoniaca? Non diuina: quia Deus non promisit Ecclesiæ, nec decuit, se velle virtutem suam dæmoniibus communicare ad dæmones expellendos, cum potius conueniens fuisset, hoc per Angelos Beatos adimplere; quod tamen non fecit; sed quando Ecclesiæ communicauit potestatem dæmones expellendi; id se factum promisit, non per dæmonum ministerium; sed

287.
Praxis descri-
bitur.

In qua sapientia
concurrunt mul-
ta supersticio-
nes.

288.
Ratione sumpta
à potestate
Exorciste.

289.
Sive diuina
virtute sit ex-
pulsurus.
Quod non con-
ceditur:

per Ecclesiam idoneos ministros; vel quoscumque fideles perfectè credentes in nomine suo; à quo statu, ac conditione dæmones penitus sunt extores.

290.

*Sive naturali
sua virtute,
Quod est illici-
tum.*

Si tandem dæmon superior eos sua virtute naturali expellat: vel hoc facit inuitus, & coactus à Deo; vel voluntarius. Non inuitus: quia etsi Deus quandoque utatur ministerio dæmonum ad aliquid opus peragendum; in ministerijs tamen ecclesiasticis non virtut ministerio demoniaco; nec convenit illos cogere ad aliquid operandum in hominis obsequium, & utilitatem, cum hoc possit vel per seipsum, vel per Angelos bonos: (nisi aliquando ob aliquam specialem sanctitatem alicuius hominis, vel singularem rationem, quæ in continuis ministerijs ecclesiasticis non presumitur.) Ergo si superiores dæmones aliquando obediunt Exorcistæ, inferiores expellendo, hoc faciunt voluntarie, vt Exorcistas incautos decipient, cùm præceptis diuinis, ac Sanctissimo Dei nomine abutuntur, virtutem diuinam suopre Marte ad diabolicam applicantes, & seipso saltē implicite dæmoni quodammodo mancipantes, dum à dæmonе beneficium postulant. Consequentēs arguunt, adiurationes Ecclesiæ insufficientes esse ad dæmones inferiores expellendos, dum pro eorum expulsione configiunt ad dæmones superiores. Ergo nulla ratione hoc licere potest.

*Licit tantum
sunt Exorcista,
qua ex potesta-
te à Christo ac-
cepta expulsi-
oni dæmonum
conducunt.*

291.

Neque obstat, hanc petitionem, seu præceptum conducere expulsioni, vt inde inferas tibi licere: quia solum ea, quæ expulsioni conducunt ex potestate à Christo accepta, licita tibi sunt; non ea, quæ ex voluntate dæmonis conducunt, qualis est hæc petitio, vel præceptum: quia (vt supra dixi) Christus non dedit potestatem dæmones expellendi per alios dæmones, ergo nec Exorcista potestatem habet præcipiendi: Et ita tenet Sotus lib. 8. de Inſtitutis, quæst. 3. ar. 2. Suarez tom. 1. dæ Religione. lib. 2. de Superft. cap. 18. nn. 8. Lessius lib. 2. cap. 44. dub. 6. nn. 46. Sanchez lib. 2. sum. c. 42. nn. 21. & Ferdinand. à Castro Palao loco cit.

Potes tamen, o bone Exorcista, præcipere dæmoni superiori; vt perfide exeat cum omnibus satellitibus suis: quia tunc non solum ipsi, sed omnibus eius satellitibus expulsione præcipis. At si superiori dæmoni præcipias, vt exeat è corpore, & exundo pellat secum quemcumque dæmonem inferiorem ibidem existentem, videtur non licere: quia illo modo petendi convinceris, te non expellere dæmones inferiores; sed dæmonem superiori, illos ad tui petitionem expellere; tequè indigere auxilio dæmonis ad illos expellendos. Eaq; de causa Sotus, Suarez, Lessius, Sanchez, ac reliqui Doctores absolute affirmant, non licere præcipere dæmoni superiori, vt inferiorem pellat. Praterquam quod tale præceptum superfluum est. Nam si virtus adiurationis efficax fuit ad pellendum superiori dæmonem, à fortiori inferiorem pellere poterit. Nulla ergo necessitas est, petendi à superiori, vt inferiorem pellat.

Q V A E S T I O X I V .

292.
*Illiūm est,
velle demonem
in desertis alli-
gare.*

An sit licitum Exorcista, dæmonem in locis desertis alligare.

Dico absolute, hoc esse illicitum. Ratio est: quia potestas Exorcistarum sive ratione Ordinis Exorcistarum, sive per fidem in Nomine Iesu, est tantum

Art. V. Prudentia in erroribus vitandis. 165

tantum ad dæmones ejiciendos, & non ad terminum, seu locum electionis assignandum: ut constat ex verbis Euangelij Marci 16. *In nomine meo dæmonia ejicient*: Ita tenet etiam Castro Palao loco citato num. 12. Nec Deus promisit concurrere, nisi ad ciectionem, non ad alligationem in desertis locis, aut alibi. Constat etiam ex potestate, quam Christus tradidit suis Discipulis dæmones ejiciendi Matthæi 10. Marci 5. & Lucæ 9.vbi sic habetur: *Connocatis duodecim Discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos.* vbi Tostatus quæst. 16. super cap. 10. Matthæi, ait, *Potestas eorum se extendebat solum ad ejicendos eos è corporibus, id est ab hominibus, & rebus ad homines spectantibus.* Nihil enim aliud facere poterant. Idem dicendum de ijs, qui dæmones alligant in patuo digito pedis.

At dicent aliqui, Asmodæum, à quo Sara filia Raguelis, & vxor Tobiae junioris obsesta erat, fuisse alligatum in deserto superioris Ægypti per aliquod temporis spatium. Sed de hoc sanè non est mirandum, cum vnu Angelus siue bonus, siue malus (si alio superior sit virtute) illum alligate, id est detinere possit in aliquo loco sua virtute naturali; ut docet Delt. *Disq. Magic. lib. 2. quæst. 30. sect. 2.* Si verò sit Angelus sanctus, etiam si sit inferior dæmone virtute naturali, nihilominus per gratiam à Deo acceptam (quamvis sit minimus Angelus Paradisi) superior est omnibus dæmonibus; id est virtute diuina, ac supernaturali potest alligare quemque dæmonem cuiuscumque ordinis sit, ac conditionis. Exorcista autem nullam habet facultatem; non naturalem, cum longè sit inferior quocumque dæmone, cui nulla potestas super terram comparari yalet. Non supernaturalem, ac diuinam: quia non constat per scriptutam sacram, Deum promisisse, se ad huiusmodi precepta facta ab Exorcista virtute sua diuina prestò ad futurum ad dæmones alligandos, ybicumque placuerit Exorcistæ.

Quod verò à Sanctis Viris aliquando dæmones fuerint alligati: ut docet Tostatus quæst. 132. in cap. 8. Matthæi: & ex eo Sanchez, Thyreus, & alij recentiores, quando hoc factum sit, & quomodo, hoc non dicunt, nisi de Raphaele (de quo supra) qui non erat Exorcista, nec homo, sed Angelus.

Sed estò quod ab aliquibus aliquando factum fuerit, hoc ex Dei speciali inspiratione, & singulari ipsius auxilio ob eorum maximam sanctitatem, & sub condicione diuini beneplaciti factum esse, credendum est.

Q V A E S T I O X V .

An Exorcista potestatem habeat dæmones mittendi in Infernum.

SI antiquorum Exorcistarum mentem sequi vellemus, dubio quæsitionem solueremus affirmatiuè. Nam passim in exorcismis ab ipsis collectis, quos quotidie præ manib[us] habent Exorciste, legunt sequentia verba: *Principio vobis dæmones, & cat. ut statim recedatis ab hac creatura Dei, numquam ad eam redeuntes: ad locum, ubi deinceps nullam creaturam Dei ledere possuis, protinus ire festinetis, & cat. alioquin in virtute D. N. Iesu Christi in flagrum ignis, & sulphuris vos præcipito, & aternaliter condemnabo.*

L ;

Constat ex ver-
bis Euangelij.

293.

Nihil obstat
objectione de As-
modeo alligato
ab Angelo Ra-
phaele in deser-
to.

294.

Antiqui Exor-
ciste putant, se
posse mittere
dæmones in in-
fernū.

Et

Et scipiùs repetunt huiusmodi verba in suis cōiurationibus, quibus mittunt dæmones in profundum abyssi: dicentes: *Coniuro te, & cat. vt dicas mihi: quis est ille, qui debet te hinc expellere, & ejcere: Alioquin mittam te in profundum inferni, & abyssi cum sequentibus tuis, & cat.* Passimque repetunt sequentia verba: *Cedite hinc maledicti dæmones, alioquin mittam vos in profundum inferni in loca penarum magnarum, de quibus non exhibitis.* Et addunt aliqui: *Et in casu inobedientia, nisi vis incurriere illicò penam annorum ceniū mille, & alias maledictiones arbitrio meo, & cat.*

295.

*Opinio eorum
est temeraria,
& vana..*

*Sacra Scriptu-
ra testatur.*

At dicant mihi isti Exorcistæ, qui huiusmodi ediderūt exorcismos: in qua parte Euangelij, vel in quo diuinæ scripturæ loco inuenierūt, sibi hanc à Deo communicatam esse facultatem, vt ad gehennam infernalem dæmones mittere, ac detrudere, eisq; penas ad arbitrium suum imponere, & augere valeant? Qua virtute, qua ratione, quo iure, & qua potentia illuc eos mittere, ac deportare prætendunt? Estò ex Euangelij Marci vltimo verbis illis: *In nomine meo dæmonia ejcident: & ex Ordine Exorcistatus potestatem ha-
beat Exorcista dæmones ejcendi ex corporibus obfessis, & è rebus ad vsum
hominis spectantibus: non tamen facultatem accepit eos mittendi in infer-
num, & penas illis ibi augendi: Hoc enim est solius Iudicis supremi, qui* Ioanni apparens in Apocalypsi cap. 1. ait: *Fui mortuus, & ecce sum viuens,
& habeo claves mortis, & inferni: quæ verba explicans Primasius apud Cor-
nelium à lapide ait: Habeo potestatem, diabolum, qui est auctor, & præses mor-
tis, & inferni, iudicandi, & condemnandi.*

Quibus verbis, Pannionius, Alcazar, & alij dicunt, Christum seipsum & mortis, & inferni herum, & dominum manifestasse; ac se liberum, ac plenum habere dominitum, & imperium in mortem, & infernū; illaque Christo quasi Domino suo per omnia obsequi; nec quemquam inuadere, nisi ex Christi nutu, ac imperio. Ideò temeritate non vacat, Exorcistam hanc sibi velle usurpare potestatem. Nec mirum, si à dæmonibus maxima præditors sapientia sæpiùs subsannetur, & irtideatur, omnesq; eius conatus fiant iriti. Quod benè probar Tostatus quæst. 60. in cap. 10. Matthai. dicens: *Potestas
data Apostolis super dæmones non fuit absoluta, ita vt possent quicquid vellent:
super dæmones; sed solum vt possear eos ejcere: vt colligitur ex littera Eu-
angelij eodem capite, vbi habetur: Christum dedisse illis potestatem spirituū
immundorum, vt ejcerent eos. Nec maior potestas datur Exorcistis ab Ec-
clesia, quam à Christo. suis Discipulis communicata fuerit.*

§. I.

296.
*In præceptis
premissis sibi
cotradicunt di-
cti autores.
Ratio dictat.*

SE D quæso, sapiens lectot, videas, & attentè prædictorum præceptorum consideres confusionem, ac contradictionem. Dicunt, ac minantur: dæmoni isti Exorcistæ his verbis: *Cedite hinc, & excite ex corpore istius. Crea-
tura Dei, alioquin mittam vos in profundum abyssi, & cat. & alibi: Coniuro te,
& cat. vt dicas, quis est ille, qui debet te hinc expellere: Alioquin mittam te in
profundum inferni, & abyssi, & cat.* Dic mihi, bone Exorcista: si dæmon no-
luerit obedire exundo ex corpore obfessi, vel tibi respondendo, ac dicendo:
quis

quis sit ille, qui debeat eum expellere? quid facies, ut valeas illico eum
mittere in infernum? forsan eum ligabis fune, vel catena ferrea? Si non
vult tibi obedire in his, quæ videntur esse tui iuris, quomodo obediet in his,
quæ tuam excedunt facultatem? An aliquo adunco ferre, illum extrahes
ex corpore obsecris & ligatis per tuos satellites mittes in infernum? Nonne
haec sunt minæ puerorum? Tu non vales auctoritate tibi tradita ab Ecclesia
demonem expellere ab obsecro, & putas illum detinendere in infernum, quod
munus est solius Iudicis supremi! Si dæmon non exhibet ex illo corpore,
permanebit utique in illo, nisi à virtute superiori expellatur. Vbi inuenisti,
quod Deus inquam promiserit, ad præcepta Exorcistæ diuina sua virtute
dæmonem detinere in infernum? Quare scias, mi Exorcista, quod licet
Deus concurrat virtute sua ad dæmones expellendos, quando debito modo
Exorcista præcipit, & omnia adiungit requisita, nedium ex parte Exorcistæ sed
etiam ex parte obsecro, & expulsio est salutaris: Non tamen Deus concur-
rit ad omnia quæcumque voluerit Exorcista dæmonibus præcipere; Idcir-
cò antequam præcepta formes, sis valde cautus, & prius consideres omnia,
quæ ad dæmonis conducunt expulsionem, ne pro expulsione irruptionem,
ignominiam, ac confusionem consequaris.

Q. V. ST 10 X:VI.

An peccatum sit graue, de vanis, & inutilibus, & fortè nocivis,
& ijs, quæ ad expulsionem non conducunt,
dæmonem interrogare.

Respondetur, dubio procul peccatum esse: Quia ad ea interroganda
non est data potestas Exorcistis. An verò hoc semper sit graue pec-
catum, nō ita certum est. Et quidem in aliquibus casibus indubitatum est,
graue esse peccatum.

Primò: Si ex interrogatione aliquod occultum peccatum proximi time-
tur manifestandum: quia dare occasionem absque necessitate, ut proximus
infametur, iniustum est.

Secundò: Si interrogatione longos etiam yanarum rerum, & inutilium
sermones multiplices: quia adest periculum, quod dæmoni ijs interrogatio-
nibus aliquos errores misceat; & præcipue quia signum est amicitiae, absq;
necessitate cum dæmonie longos miscere sermones.

Tertiò: si adsit finis addiscendi; quia est dæmonis honoratio, eum velle
habere in magistrū. Quod à fortiori procedit, si certainam fidem eius respon-
sis concedas. Nam licet dæmoni fides dari possit in ijs, quæ exorcismis Ec-
clesiæ coactus manifestat, dummodo non contrariantur veritati Sancti Euā-
gelij, auctoritati Sanctorum Patrum, recte philosophiæ, ac bonis moribus;
In alijs tamen, quæ ipse sponte dicit, ei fides non est præstanda: Dixi, dum-
modo non aduersentur veritati Sancti Euangelii, &c. quia multoties dæmon
fingit, se dicere aliqua coactum, quæ aduersantur veritati euangelice, &c.

279.
Peccatum est,
de vanis, &
inutilibus dæ-
monem interro-
gare.

Quibus casibus
sit graue pecca-
tum.

168 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

Dum enim Exorcista dēmones interrogant, per quem Sanctum, per quam personam, per qua verba sit expellendus: qua die, hora, & loco sit egressurus: quomodo maleficium sit destruendum, & alia, de quibus supra, licet Exorcista hoc faciat per precepta nomine Iesu interposito; nihilominus dēmon multa respondet à veritate aliena: quia huiusmodi interrogations sunt illicite: in eo sensu, quem posuimus supra nn. 278. idcirco illi fides nō est prēstanta.

298.

Quarto: Si deprecatiuē, & non imperatiuē interrogas: quia interrogatio deprecatiua est signum amicitiae, & nota subiectonis. Subiicit enim se dēmonibus, qui dēmones precatur: vt quosdam fecisse Exorcistas in Civitate Penarum, narrat Zacharias Vicecomes par. 1. Complet. art. Exorcist. doct. 8. Quo scelere quid grauius? Est enim velut quoddam transfigurum ad Dei, & hominum hostes, cum quibus per consequens nullum fœdus, neque implicitum est ineundum; sed perpetuæ gerendæ inimicitie; vt nunquam fas sit, aut deprecando, obsequium: aut rogando, recessum ab eis quoquomodo postulare. Ita tenent D. Thom. 2. 2. q. 90. ar. 2. D. Antonin. 2. par. tit. 12. c. 1. §. 5. Sotus lib. 8. de Iust. c. 3. ar. 2. Nauarrus c. 11. nu. 28. Suarez tom. 2. de Religione tract. 4. de Superst. lib. 4. de Adiurat. c. 2. Sanchez lib. 2. in precepta Decalogi cap. 42. nu. 19. & 25. Layman. tom. 2. lib. 5. tract. 9. c. 14. nu. 7. Ferdinandus à Castro Palao de Adiuratione disp. 4. punt. 4. nu. 6. & Bonacina tom. 2. disp. 4. quest. 1. punt. vlt. nu. 9.

§. I.

299.
In materia leui tantum esse veniale, censent plures Autores.

Verū ex leuitate, & curiositate in materia leui vnam, vel alteram rem vanam interrogare non deprecando, sed imperando, neque fidē certam adhibendo: ver. gr. quod Exorcista imperet dāmoni, vt moueat lapidem, vel aliud simile, plures, grauissimique Doctores censem, non excēdere culpam veniale. Sic Sylvest. verbo Adiuratio quest. 5. in fine, & q. 7. Caietanus 2. 2. qu. 90. ar. 1. ad finem. Sotus lib. 8. de Iustitia q. 3. ar. 2. circa solutionem ad 2. Nauarrus sum. c. 12. nu. 28. Valent. 2. 2. disp. 6. qu. 8. punt. 2. circa finem, vers. ad tertium. Suarez loco citato cap. 2. num. 9. Lessius lib. 2. cap. 42. dub. 13. nu. 71. Sanchez alijs relatis lib. 2. sum. cap. 42. nu. 25. Bonacina loco citato num. 25. Ratio ea est: quia hæc interrogatio non videtur notabile signum benevolentiae, & amicitiae cum dāmone.

300.
Mortale esse peccatum, docet Castro Palao.

Ceterum verius existimat Ferdinandus à Castro Palao de Adiurbatione disp. 4. punt. 4. num. 8. (per se loquendo) quamlibet interrogationem, quæ ad expulsionem non conductit, quamlibet petitionem vani operis præstandi, mortale peccatum esse: Quia hoc petere non potes imperio, sed deprecatione. Non enim habes potestatē compellendi dāmonem, ad hoc præstandū: Quia non habes potestatē naturalem, vt de se constat. Nulla enim humana potestas ei comparari potest. Neque etiam habes potestatē à Christo acceptam: qui solum ad expulsionem, & conculationem dāmonis eam concessit. Ergo non imperio, sed deprecatione petis; tametsi verbis imperatiuis utaris. Petere autem deprecando, ipsomet Sanchez docet, semper esse mortale. Ergo semper est mortale illa interrogatio, & petitio.

Et

Art. V. Prudentia in vitandis erroribus. 169

Et confirmo : Dēmon nec cogitur interrogatoriū respondere , nēque opus illud postulatum p̄estare ; sed spontē responderet, & postulatum p̄estat . At cum nihil dēmon spontē faciat, quod ob eius obstinationem non sit ex odio Dei, & ad obscurandam eius gloriam, & nostrā perditionem procurandā, graue peccatum esse videtur, absq; necessitate occasionem dare, hæc peccata tam grauia committendi, quibus dehonestatur Deus, & nos offendī possumus . Hæc Cāstr. Pal.

Q VÆ S T I O X V I I I .

An licitum sit Exorcistæ, præcipere dæmoni sub pena excommunicationis, ut Energumenum amplius non diuexet .

NON desunt Exorcistæ, qui in suis exorcismarijs talia præcepta formant, passimq; veluti p̄lati formidabilē totius auctoritatis macherā deponentes, excōnis majoris, & minoris latē sententiæ mucrone dēmonē cōpellere tentant, vt ē corpore Obsessi exeat : aut nubes, animalia, bruchos, & id generis irrationalia insectantur, quasi dæmones, ac illa irrationalia sint excommunicationis capacia .

Illicitum ergo est dēmoni præcipere sub tali forma : cum dēmon , & irrationalia sint extra Ecclesiam militantem : *De his, qua foris sunt, nihil ad nos.* c. Gaudemus. de Diuort. seu Confor. Blasphemum insuper est, hanc sacram Ecclesiæ censuram sic derisui, & ludibrio habere : non secus, ac si quis sub pena excommunicationis latē sententiæ iuberet canibus, ne latrarent, & lupis, ne vlularent ; aut vulpem absolueret à rapinis gallinarum, &c. Ita docent Suarez tom. 5. par. 3. disp. 5. secl. 1. Sanchez lib. 2. in præcepta Decalogi c. 42. nu. 32. Baucius in Miscellaneis p̄act. tract. 1. ibi Quartò petes, & Lopus Comment. Edic̄ti S. Inquis. par. 3. lib. 22. dispt. 4. art. 1. diffic. 3.

301.

*Illicitum est ;
præcipere dæ-
moni sub pena
excommunica-
tionis.*

*Ratio est mani-
festa .*

Q VÆ S T I O X V I I I .

An sit licitum Exorcistæ, dæmoni præcipere : vel irrationalibus per terminos iudiciarios .

SOlent nonnulli, vt dēmonem expellant ab aliquo loco : vel ab eius iurisdictione aliquem Magum, vel Maleficum volentem se ad Deū conuertere, eripiant, ac in libertatem afferant, litem instituere, constituere Iudicem, & duos Aduocatos, qui litem contestentur, in qua seruantur processus ordinarij, & cetera acta iudiciaria perficiuntur . Sic hoc nostro æuo in varijs Italiax Ciuitatibus aëtum fuisse, à testibus fide dignis audiui . At hoc illicitum esse, ac superstitionis ratio ipsa dicitat . Nam quo iure, aut qua ratione autumant dēmonem compellere, à tali loco exire, ac Magum penitentem derelinquere ? An humana, vel diuina ? Si humana ; hallucinantur vtrique : quia dēmon, cum sit sapientissimus, & doctrina super omnes homines maximè polleat, Aduocatum, qui partem suam gerit, subtilibus instruet

302.

*Superstitionis
est instituere
litem cum da-
monibus .*

*Sive ratione
humana fuit ;*

struct rationibus, & in somnis phantasie, imaginatiue, ac memoria sensitiue subtilissima, ac validissima suppeditabit argumenta; immo ipsem scripturis hoc prestatib, (sicut alicubi praestasse quidam referunt) quibus alter domini loci, vel Magi penitentis Aduocatus obtui, necesse sit; Sicque vterque manifesto se periculo exponunt, iste, vt diaboli technis, ac fallacijs confundatur, & confusus nesciat, quid loqui: ille. verò auxilium à dæmone, fauorem, & obsequium expectandi, ac recipiendi: quod grauissimum superstitionis est peccatum: vt docent D. Thom. 2. 2. q. 90. art. 2. & ibi Castelanus art. 1. D. Anton. 2. par. tit. 10. c. 8. Sylvest. verb. Adiuratio q. 7. Tabiena num. 6. Sotus lib. 8. de Iust. quæst. 3. ar. 2. Suarez 10. 2. de Relig. lib. 4. de Adiurat. c. 2. num. 8. & 9. Lessius lib. 9. de Iust. c. 42. dub. 13. num. 70. & 71. Armilla verb. Adiuratio insine, & Sanchez lib. 2. in præcepta Decalogi cap. 42. num. 19.

303.
Siue auctorita-
te diuina.

Tunc fit prau-
dicium potesta-
ti Ecclesiæ.

Ac libertati
arbitrij.

Si verò putant ratione, & auctoritate diuina dæmonem compellere ē tali loco discedere, vel Magum penitentem in liberratem afferere: tunc, cum hæc potestas competit Exorcistæ à iure diuino, & ipsi communicata sit ab Ecclesia independenter à voluntate dæmoniaca, cur ponere sub lite, quod certum est? Nonne Ecclesiam maxima afficiunt iniuria? Nam si loquamur de loco à dæmone posesso: cum possessio huiusmodi sepè fiat, diuina permittente voluntate, ob aliquod dominorum vel incolarum ibi patratum crimen: hortetur Exorcista loci dominos, vel habitatores, vt per penitentiam, orationem, & eleemosinam diuinæ iustitiae vindicanti satisfaciant, ex p̄cordijs ad Deum confugiant, & totam suam in Deum collocent fiduciā; & cōfidant, quod Deus, mediante potestate Ecclesiæ suis ministris communicata, Dæmones vertet in fugam; ideoque talem locum deferent. Nec sub lite ponat Dei & Ecclesiæ potestatem: quia sic & Deo, & Ecclesiæ maximā infert contumeliam. Si verò loquamus de Mago, aut Malefico ad Ecclesiam confugiente: tunc si credas, hominem viatorem, (et si diabolo per p̄cta, ac publicas conuentiones se deuouerit, eiq; & corpus, & animam tradi- derit, promiseritque nunquam ad Deum se conuersum, ac peccatorum suorum aeternum penitentiam,) adhuc per liberum arbitrium possè dæmo- ni abrehunciare, ad cor redire, pacta scindere, syngrapham destruere, pec- cata deflere, ac detestari, à dæmoniaca se eripere potestate, & à Deo pecca- torum suorum veniam obtainere, (sicut verè, & infallibiliter Deus veris pro- mittit penitentibus, Ezech. c. 18. dicens: Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, que operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam: vita viuet, & non morietur: omnium iniurias eius, quas operatus est, non recordabor.) Si credis, inquam, quod Magus, & Maleficus per actus liberi arbitrij diuina adiutus gratia verè possit penitere, & à diaboli tyrannide se subducere, cur vis ponere sub lite, ac dubio; quod certum est, ac de fide tenendum? Dum ergo vis litigare de hoc, quod Ca- tholica docet fides, ostendis te nutare in fide.

§. I.

IDIPsum proorsus fatendum de ijs Adiutoribus, qui vendicant sibi artem quandam, aut potestatem peculiarem, ut à Deo concessam, expellendi, necandique campi bruchos, locustas, cantaros, & alia insecta, atque vermina, quæ fructus, radices, & semina depascuntur, & spem agricolarum deludunt: & tales multis in locis, ut resert Delrius *Disquis. Magic. lib. 3. par. 2. quæst. 4. sect. 8.* solent à rusticis quotannis magno pretio accetsiri.

Praxis esse solet huiusmodi: Impostor iste se iudicem constituit: comparent coram eo duo procuratores: Vtius causam populi agens fungitur vice accusatoris. Alius à Vicario Episcopi, vel Regio officiato loci constitutus vicem subit Rei pro locustis, vel alijs insectis: Litem contestant, & seruantur processus ordinarij, omnes tricæ, ac mortæ, ac dilatoriij termini. Tandem in causa concluditur, & bellus Index fert sententiam, qua insecta illa, iubet, intra certum dierum spatium terminis illis territorij excedere, sub pena excommunicationis latè sententię, & cęt.

Quis autem est tam ignarus, qui dictam artem non iudicet proorsus illicitam, & superstitionem? Apertior enim est hic superstitione, quam ut queat tegi. Quare iuremeritò ab omnibus Doctoribus Sanctis condemnatur: eò quod lis instituatur contra creaturam irrationalem, quę quid agatur, nec scit, nec sentit, nec potest intelligere; propterea quis nō agnoscat, iniustum esse excommunicationem latam in eas creaturas, quę nec mortaliiter, nec venialiter peccare possunt? Et si lis intentetur aduersus demones, à quibus fortasse mouentur, adhuc illicitum est, illos accusare: aut defendere: ut supra latè probauimus num. 302. & 303. Et ita docent Sotus lib. 5. de Iustit. quæst. 12. art. 2. in fi. & lib. 8. quæst. 3. art. 3. in fi. Nauat. lib. 5. Cōfit. tit. de sent. excommu. in 1. edit. toto consil. 5. in 2. toto consil. 2. Ciruelus de Superst. 3. par. c. 10. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 8. punct. 2. Delrius *Disquisit. Magic. lib. 3. par. 2. quæst. 4. sect. 8.* & in *Anacephaleosi monit. 11.* Sanchez lib. 2. in præcepta Decalogi cap. 42. num. 39. & Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 25. num. 1.

LVÆ ST. IO XIX.

An licitum sit Exorciste medicinas corporales obfessis, ac maleficiatis applicare.

AD questionem dico, neminem licet posse, ac sine peccato artem medicam exercere, nisi ita sit peritus, ac communiter à peritis illius facultatis reputetur idoneus. Qui sic reputari dicitur, si non secundum propriam voluntatem, sed iuxta artis medicæ scientiam regulat, attente, & diligenter considerando, & obseruando:

Primo in personis complexiones corporum, dispositiones humorum, varietas temporum, discretiones sexuum, ac diuersitatem ætatū: Quia alia medicina.

304.
Superstitionis
est, litem insti-
tuere contra ira-
rationalia.

Praxis quo-
rum ostenditur.

305.
Improbatur
Ratione.

Auctoritate.

306.
Scientia requi-
sita in perfecto
Medico.

Respectu perso-
narum.

Raynerius de Pisis in Pantheologia de penitentia à cap. 29. vsque ad 33.

medicina danda est debili, alia forti propter constitutionem corporum. Alia cholericō; alia flegmatico; alia sanguineo; alia melancholico propter diuersas dispositiones humorū. Alia in hyēne; alia in æstate; alia in vīre; alia in autumno propter varietatem temporū. Alia viro; alia mulieri propter diuersitatem sexū. Alia tandem iuueni; alia seni propter varietates ætatum.

307.
Respectu infirmitatum.

Secundō in infirmitatibus cōsiderando Diuturnitates; quia quantō morbus est diuturnior, ac prolixior, eō fōrtiori, ac validiori indiget medicina. Diuersitatis: nam simplex morbus medicina simplici, & per contraria est curandus. Contrarietates: contra enim causam infirmitatum calidam, frigida debeat esse medicina; & è conuerso; ita quōd semper contraria contrarijs currentur. Quantitates: quia secundūm quantitatē morbi debet esse quantitas medicinæ. Qualitates deniq;nam quando morbus causatur ex repletione, cura debet esse per euacuationem; & è contrā quando infirmitas causatur ex inanitione, tunc cura debet esse per restaurationem.

308.
Respectu medicinarum.

Tertiō in medicinis attendendo varietatem, nempe quę medicina sit morbi corporalis ad extra attractiua: quę immutatiua: quę digestiua: quę laxatiua: quę constrictiua: quę curatiua: quę aperitiua: & quę sanitatis conseruatiua.

309.
Respectu herbarum medicinalium.

Quartō considerando in herbis medicinalibus vires: eorum qualitatem, ac graduum diuersitatem, videlicet quę medicinalis sit calida: quę frigida: quę humida: quę sicca: & in quo gradu habeat ista: an in primo: vel in secundo: vel in tertio: aut in quarto.

310.
Respectu curarum.

Quintō denique considerando in curis qualitates, & varietates, ac cetera de quibus latissimè Medici tractant in suis pharmacopēis, ac medicis institutionibus.

Quorum omnium sufficientem debet habere notitiam, qui pretendit licetè, ac tuta conscientia egrotis medicinas exhibere corporales: vt docet Syluest. verb. Medicus. q. 1.

§. I.

311.
Exorcista signans predictorū illiciē egrotis corporales medicinas exhibet.
Error grauiſſimus Exorcista. quem offenditur.

EN modò mi curiose Exorcista, qui in alienam messem falcem mittere præsumis: tu te ipsum iudica, an licetè, ac tutu conscientia valeas obſessis, ac maleficiatis medicinas exhibere corporales. Ediffere, quis te edocuit, agnoscete corporum constitutiones, dispositiones humorū, & id generis in personis alia necessariò attendenda? Cuius Doctoris præceptis fuisti imbutus ad cognoscendas infirmitatum diuersitates, contrarietates, quantitates, & qualitates? In qua palestra medica fecernere didicisti medicinas attractiua ab immutatiuis: digestiua à curatiuis: laxatiua à constrictiuiis: aperitiua à conseruatiuis? Quas pharmaceuticalis institutiones, pharmaco-pæas, sive antidotaria peroluisti, vt herbarum medicinalium vires, qualitatem, ac graduum diuersitatem probaueris? Quanto tempore egrotorum curis operam nauasti, vt de eorum qualitatibus, ac varietatibus periculum feceris; egrotisq; necessaria ad sanitatem consequendam, ac conseruandam

pre-

præcepta tradideris? A quo Collegio, vel Vniuersitate concessa est tibi medendi facultas? Quid respondes ad hæc? Nescis quid loqui! Nonne vides, dum secundum tuam voluntatem, non sequendo artis medicinæ regulas, egrotis medicamina præsumis exhibere corporalia, cæcus es, & dux cæcorum? Cæcus inquam: quia operaris sine lumine rationis; nec artis medicæ scientiam, ac præcepta calles. Et licet videaris in cælum lœuam porrigere, astraque inde notare, dum cælestium influxum, ac rerum medicinalium exploratorem, expertumque te iactitas; te tamen prodis caput asini habentem: quia non capit mens tua res humanas, nec sensus res diuinæ; abuteris; ratione ad intelligendum, atq; ipso corpore ad operandum. Fis dux cæcorum; nam ægroti, dum ad te confugiunt existimantes, proprijs consulere morbis, cæci sunt, & palpitant in tenebris, fiuntque Corebo stultiores. Nullum enim discrimen ponunt inter album, & nigrum, inter lyncem, & talpam, inter lusciniam, & vpupam, inter sapientem, & ignorantem. Hinc sequitur, *Dum cæcus caco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt:* (vt Iesus Seruator noster admonet Matthæi 15,) Exorcista in foueam lethalis culpæ: *Ægroti necis corporeæ.*

§. II.

Exorcista in foueam tunc cadit lethalis culpæ: cum ex notabili ignorantia, vel imperitia in sua cura nocet infirmo. Facit enim contra illud: *Non occides. de panit. d. 1. cap. homicidium.* Vbi teste Augustino lib. 19. contra Faustum c. 23. *Aperuit Dominus omnem iniquum motum ad nondum fratri in homicidiū genere deputari.* Et secundum Ricardum tenetur infirmo ad æquivalens, ex quo nō potest resarcire principale; immò etiam si sanitas sequatur, peccat mortaliter: quia exposuit se periculo peccati mortalis, idest operi, vnde sequi potest notabile damnum proximo: Ita docet Syluester ver. Medicus q. 1. & Iacobus de Graffis lib. 2. Decision. aurear. c. 61. num. 57. Nec eum excusat ignorantia iuxta illud Ouidij Epid. 19.

312.

Exorcista qua
do peccet mor
taliter ægroti
medicinae tra
dendo corpora
les.

Praterita veniam dabit ignorantia culpæ.

Neque inuoluntarium detrimentum: quia licet hoc non intendat, nec velit directè; Voluntariè tamen exponit se ad illud, vnde hoc natum est sequi. vt habetur 15. q. 1. c. merito. & §. obijcitur de Lamech: quia non sequitur traditiones artis: vt notat Petrus in autb. Sed hodiè. C. de iudicijs. Ideò eius imperitia, & ignorantia culpg annumerantur. *L. si quis fundum.* §. Celsus. ff. loc. & *L. imperitia. ff. de reg. iur.* Hoc tamen Panormit. in c. ad aures. de atat. & qualit. limitat, quando assumit officium voluntariè. Secus si ex necessitate bona fide fecerit, quod potuit deficientibus Medicis: Ita Syluest. & Iacobus de Graffis loco citato.

Nec ipsum iuuat alia excusatio; nisi quid medicinæ in libris sic ordinatae inueniuntur. Sed & in hoc suam ipsem Exorcista prodit ignorantiam, dum medicinas in libris ordinatas legens, documenta præposita pro ratiuum medicamentorum vsu necessaria omittit; legitq; antecedens sine consequente: vel consequens sine antecedente: Vel nescit connectere antecedens cū conse-

313.

Ignorantem se
prodit.

consequente. Vel non nouit distinguere inter propositiones de possibili, & de facto: inter vniuersales, ac particulares: inter indefinitas, & singulares; ideo in penè innumeros incidit errores; ac tam imprudenter circa hoc se gerit, quod sine aliqua cognitione, an talis persona sit maleficiata, vel aliqua naturali labore aegritudine, prædictas medicinas, quas descriptas in libris reperit, illis præbet; & quot videt infirmos, tot maleficiatos esse iudicat. Hoc testantur Valerius Polidorus par. 2. *Dispers. demonum. cap. 9.* Maximilianus ab Eynaten in *Manuale Exorcismorum par. 1. instruct. 3.* Hoc illicitum esse, ait Sanchez lib. 2. in *precepta Decalogi. c. 42. nu. 31.* Guillelmus Philiacus *de off. Sacerdotis tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 11.* & Hieronymus Menghus *Fuga demonum cap. 10.*

§. III.

314.
Avarum se
ostendit.

Nec tantum ignorantes; sed pecuniae seruientes, & avaritiae studentes se ostendunt. Nam instar circulatorum aquas, oleum, & pulueres, aliosq; liquores vendunt maleficiatis ad ipsorum maleficiales curandas infirmitates, nihilq; honorem Dei, & clericalem dignitatem existimantes, de Exorcistis, qui debent esse, euadunt Simplicistæ, Pseudomedici, & Circulatores, hanc, vel illam herbam contra dæmones quærentes, medicinas, pulueres, & his similia maleficiatis, & à dæmoniæ obfessis absq; aliquo consilio Medicorum præbentes, etiam contra præcepta, regulas, & ordinis in libris huius artis præscriptos temerariè sibi officium Medicorum usurpant, vt magis possint augere pecuniam: sic mundum scandalizant, hoc sacrum exercitium deturpant, & reputationem, honoremq; à veris auferunt Exorcistis. Ideò iuremeritò dici possunt in foueam cadere lethalis culpæ, præter irregularitatem, quam incurunt, dum cum ijs sp̄iritibus inmundis quandoq; etiam anima's quorundam ex ijs corporibus excutient: Ita etiam contra huiusmodi Exorcistas inuehitur, ac de eis consequitur Menghus *loco citato.*

§. IV.

315.
Aegroti ut caci
in foueam ne-
cis corporeæ ca-
dunt.

Pari modo Aegroti ab huiusmodi Exorcistis ducti, vt cæci cadunt in foueam necis corporeæ. Experientia enim rerum magistra docet in dies, eorum, qui ab hisce Exorcistis, vel Religiosis, vel etiam mulierculis, aljsq; huiusmodi pseudomedicis alexipharmacæ sumperunt, pura antimonium præparatum, catapotiam, sciammonium, elleborum, colocynthidem, ac cetera huiusmodi medicamina pro sanitate consequenda, plures festinanter viam vniuersæ carnis esse ingressos. Sic fateatur Zacharia Vicecomes in *Complem. art. Exorcist. loco cù. se vidisse aliquos Exorcistas sine consilio Physicorum medicamina aegrotis exhibentes, eos occidisse.* Vnde etiam Alexander Albertinus in suo *Malleo demonum in epistola nuncupata, Documentum ad vexatum,* sic eum admonet: *Te hortor, si quis Religiosus tibi vellet corpoream exhibere medicinam, quod eam omnino respucas, nec ullo modo sumas:*

sumas: quia ego proprijs oculis vidi nonnullos iuuenes vespero à quodum Religioso aliqua sumptuose medicamina, qui post sex, vel septem horas ultimum obire diem; quod mihi maximum fuit scandalum. Hoc idem, euenisse in territorio Bergomensi, egomet audiui.

Quare, cum maleficio additur morbus naturalis, siue à causa naturali, siue à dæmonie excitatus, infirmus se committat Medico, qui disponat sicut expediens iudicauerit. Et licet varij Autores suis exorcismatijs varia corporalia apposuerint medicamina; multas tamen circumstantias addiderunt, quæ nec obseruantur, nec intelliguntur à multis.

§. V.

SE D estò quòd plenā, atque perfectā habeat Exorcista artis medicinæ nomine, adhuc illi onus medicinas corporeas exhibendi, non incumberet nemo est, qui ambigat. Clericis enim, qui sunt in sacris, vel etiam in minoribus constituti (dum tamen sunt sufficienter beneficiati) secundū Raynūtium non licet operari in medicina physica, nisi gratis, pro miserabilibus personis, vel consanguineis; nec tunc vbi posset esse periculum. Quod etiā in claustralibus districtiūs est obseruandum, vt habetur in titulo *Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotijs se immisceant.*

Hoc idem in Rituali Romano (vbi de forma exorcizandi obseffos agitur) Exorcistis cauetur his verbis: *Caveat proinde Exorcista, ne vllā vñquā medicinam infirmo, vel obffeso præbeat; aut suadeat; sed hanc curam Medicis relinquit.* Huiusmodi Exorcistarum inconuenientia considerans etiam Episcopus Parmensis Anno Domini 1621. teste Bordono *Resolut.* 7. sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda præcepit suis subditis Exorcistis, ne auderent vlo modo præbere anthimonium, oleum, aut quodus genus medicinæ, nisi de consensu Medici.

316.

Exorcista, quāuis in arte medica periti, prohibentur corporeas medicinas exhibere.

QVÆ ST 10 XX.

An sit licitum Exorciste, cum ægrotis, obffessis, aut maleficiatis Chirurgi munere fungi.

HAEC quæstio iuremetitō est examinanda: quia experientia docet in dies plures Exorcistas sèpiùs hoc sibi vendicare munus.

Alij enim Obffessos, ac Maleficiatos, præcipue adolescentulas, ac iuuenulas manibus suis tangunt, & partē vexatam palpant, modò vultum, modò pectus: nunc brachia, nunc manus: sèpe collum, sèpe pectus perficando, donec dæmon ad manuum sacerdotialium cōtactum aufugiat: sic à testibus omni exceptione maioribus audiui, quosdam Exorcistas tales exercuisse functiones, ad quorū contactū, ac perficitionem fingebat dæmon maximam percipere vexationem, sed utinam per talē actū tam in iuencula, quam in Exorcista alteram vexationem, carnalem nempe delectationem non excitat, ob quam multoties Exorcistæ ad barattum peccati periuenerunt.

317.

Varij Exorcista munus Chirurgi sibi asciscunt.

Quorum

Alij partē vexatam palpant.

Quis.

Hoc prohibitum
est à S. Carolo
Borromaeo.

Quis audebit talēm exorcizandi modū approbare? Si dæmon compositus esset ex humoribus, ita vt in corporis superficie absconsus staret, posset vtique Exorcista manibus corporis læsas partes cōrectare; sed cum dæmon sit spiritus immaterialis, ad quid tangere partem corporis vexatam? Quare iustissimē hosce tractus prohibuit S. Carolus Borrohomæus in *Synodo Provinciali*. Ideoq; Exorcista oculis, & manibus, & in omnibus suis motibus, & actionibus debet esse pudicus, & cautus non solum propter seipsum; verū etiam propter Obsessam; & eō magis, quò minus eius cogitatus agnoscit: tum etiam ne scandalizentur circumstantes.

§. I.

318.
Alij partes vexatas inungūt.
Vñsus vñctionū esti licitus sit,
si recte fiat; tamē est periculosis.
Experientia docet.

Alij vñctionibus, ac lenimentis partes à dæmone vexatas inungunt. Quarum vñctionum vñsus licet sit licitus, & bonus, si recte exerceatur, vt fecerunt plures Sancti; Veruntamen valde periculosus est. Nam dæmon versipellis, qui presentialiter Obsessum, ac Maleficiatum vexat in corpore, torquendo nunc caput, nunc collum: modò brachia, modò pectus: nunc renes, nunc ventrem: sepè coxas, sepè crura, ac ceteras partes corporis etiam verecundas, ad vñctionem olei, dummodo vñctio fiat manibus Exorcistar, illicè aufugit: nec aliter à vexatione cessare vult, quicquid remedij adhibere tentent. Vnde, cum (vt plurimum) mulieres iuuençulae, & adolescentulae pulchrae, ac venustæ huiusmodi vexationibus dæmoniacis affiantur, tunc dæmon astutissimus data occasione magis, magisq; suos tenet laqueos, suaq; expandit retia, vt in nassam incautos trahat Exorcistas. Ideoq; tales mulierculas vexare incipit in collo; nec cessat à tali vexatione, donec Exorcista suis sacratis manibus oleo sacro collum inungat: tunc dæmon è collo velut fulgur fugit ad pectus, & illud torquet: iterum necesse est, ad dæmonem fugandum. Exorcista manibus suis pectus oleo liniat; sed ecce repente vt ventus validissimus dæmon sub mamilla se abscondit, & vexat, quam denuò oportet, Exorcista manibus tangat, & vngat, deuotè tamē, & honestè. Hinc statim fugit, ac recedens se recipit ad matricem, & eam atriter torquet: tunc Exorcista castitatis amator renuit illas tangere partes; sed clamat adolescentula, ac suppliciter rogat, vt tangat, quia necessitas vrget, citò vngendi, & liniendi, quia dolor nimis cruciat, & vrit, affirmans nullum in tantis pñnis aliud sentire leuamen, quam ex tactu ipsius manuum sacerdotalium. Quare bonus Exorcista charitate ductus, ac pieitate impulsus, tangit partes illas verecundas, vngit, & lenit cum maxima tamē verecundia. Sed ecce follicularius dæmon interim, qui adolescentulam torquebat, ex tali manuum contactu magnum ei affert oblectamentum, & ditum, dutumq; angorem in carnalem mutat ardorem, ac simul in tangente Veneris faces accendens, non cessat, donec ex vñctione eos trahat ad coniunctionem. Quod hoc nostro æuo nonnullis Exorcistis etiam animarum Parochis in quadam Lombardiae diœcesi nimio suo damno, totius populi scandalo, attis exorcisticæ infamia, & Christianæ Religionis ignominia euenisse, in competto est; qui etiam penas tanto sceleri debitas solvere coacti sunt.

Alij

§. II.

Alij balnea adhibent : alij suffumigia ex sulphure , ex ruta , ex limatura vngulæ asini , ex stercore canis , & alijs huiusmodi ; sed vtique cum maximo Obsessi , aut Maleficiati detimento .

Nam qui balneis vtuntur , illa parant ex lixiuio cum cinere oliuarum , & aqua fluminis , in quibus ebuliant ruta sabina , hypericon , artemisia , verbena , palma Christi , & aristolochia rotunda , in quibus iubent totum corpus Obsessi , vel Maleficiati immersi , & ablui . Sed si putant his balneis demoneum fugare , valde hallucinantur : quia nulla res corporalis agere potest in demones actione siue physica , ac reali ; siue intentionali sensibili , aut phantastica . Immo sepius Obsesso , ac Maleficiato maximo sunt detimento : cum balnei vsus iuxta Medicorum placita tot exposcat conditiones tum ex parte morbi , & egrotantis : tum ex parte balnei , & ministrorum , vt difficultimum sit , omnes simul conuenire . Quare satius erit Exorcistæ , balnea Medicis relinquere paranda , prout ipsi expediens iudicauerint : vt benè admonet Codroncus *de morbis venef.* lib. 4. cap. 5.

Qui verò suffumigia adhibent , recipiunt galbanum , sulphur , asam fetidā , aristolochiam , hypericonem , rutham , carnem , vel limaturam vngulæ asini , canis , ac diaboli stercore , vt videre licet in Flagello dæmonum Hieronymi Menghi , & Compendio Artis exorcisticae Zachariae Vicecom. par. 1. *de rebus corporalibus* : ex quibus facto fetido suffumigio maleficiati , aut obsessi nares fumigant ; vt dæmon tali perculsus odore in fugam versus ab obsesto recedat . Sed quid hisce suffumigijs operantur isti Exorcistæ ? Mortuos incensant , & lapides elixant . Ipsi enim demones de nulla re magis delectantur , quam de rebus fetidis : vt patet in omnibus eorum apparitionibus corporeis , in quibus semper fætores percipiuntur . Fingit tamen versipellis dæmon , hisce suffumigijs magna se affici molestia , vt ignarus Exorcista diaboli astutiam non preceauens , iterum , & iterum ea repeatat , ac replicit ; quæ , (cum sint calida , & calidi natura sit ascendere) ad egroti caput ascendunt , secumq; alios vapores adducunt , qui simul illud implentes , in eo grauitatem efficiunt , ac cum maximo ipsius patientis detimento sua caliditate quandoque inflammationem progignere , & humores frigidos fundendo epilepsiam , apoplexiā , conuulsionem , & alios graues morbos excitare possunt : vt docet Codroncus lib. 4. *de morbis veneficis* cap. 6. Quare Exorcista à se procul abijciat talium suffumigiorum usum , ac remedij spiritualibus , de quibus in toto hoc tractatu peragitur , vtatur , ac pro virili dæmonem in fugam vertat .

Q V A E S T I O X X I .
An licitum sit Exorcistæ , Energumenum vexare flagellis , & de honestare opprobrijs , aliae similia facere .

Beuiter respondent Petrus Thyreus *de damoniacis* cap. 46. nu. 31. Sanchez lib. 2. *in precepta Decalogi* cap. 42. nu. 30. Bonacina tom. 2. disp. 4.

319.

*Alij utuntur
balneis , sed cū
magno patiētis
detimento .*

320.

*Alij suffumi-
gia adhibent ,
qua varias in
patiente egri-
tudines causa-
re possunt .*

321.

Aliquis sentiat,
licere flagellis
vexare Energumenum, si ho-
nestè, & mode-
ratiè fiat.

de Iuram parte vlt. nu. 12. & Ferdinandus à Castro Palao de *Adiuratione*, disp. 4. punct. 4. nu. 25. licitum esse, si prudenter, & moderatè fiat, ea, inquam, moderatione, ut potius in conculcationem dæmonis, quam in afflictionem Energumeni cedat. Nam cum illæ actiones ea solùm ratione ad expulsionem dæmonis conducant, quatenus dæmon illis conculcari se sentit, videns ob suam causam Energumenum vilipendi, eiusq; corpus malè tractari, (estò grauiter Energumeno molesta non sinit) effectum habere possunt.

Sunt aliqui:
Adiuratores
Obsessorū car-
nifices, ac tor-
wores.

Verè prædicti Auctores benè locuti sunt, addentes illa verba: *si pruden-*
ter, & moderatè fiat, & eat. Sunt enim aliqui Adiuratores, qui non Exorcisti, sed tortoris scutiam exercent, ac crudelitatem, grauiter Energumenū exigitantes flagellis, & alapis, ac pugnis percutientes, boum neruis, ac fustibus cædentes, longa terræ spatia lingua verrere iubentes; addentesq; doloribus dolores, vexationem internam dæmonis, vexatione externa dira, & crudeli, faciunt & prolixorem, & intolerabiliorem. Hei miseri illi arreptitij, qui talium tortorum discretioni se committunt. Nam graue satis esset, tortorem dæmonem habere internum, absque eō, quod carnificem etiam Adiuratorem haberent externum. Ideo hoc iuremeritò damnant plutes. Auctores: Ita Iacob. Simanc. de Cathol. instir. tit. 63. nu. 32. allegato Bartholomeo Sibilla. Deltrius lib. 2. Disquisit. Magic. q. 30. sect. 3.

Satius est tota-
liter prædicta-
relinquere.

Satius ergo erit Exorcistis, omnino se ab huiusmodi pñnis afflictiis miseriis Energumenis infligendis abstinere. Nam cum dæmon sit spiritus incorporeus, non afflictionibus corporeis, sed verbis contumeliosis, & obiurgatorijs est concilcandus; ut latè docetur infra nu. 355. Energumenus vero, ac Maleficiatus verbis blandis suavitate condiris, ac consolatorijs subletrandus, pro sua liberatione in spē erigendus, & excitandus ad fiduciam in Deo collocandam, nec non ad dæmonem detestandum, & conculcandum; ut infra par. 3. docetur.

Q V A E S T I O X X I I .

An Exorcista licetè possit fictionibus vti, ad probandum, an aliquis:
sit verè, vel imaginariè, aut fictè obseßus.

322.
Quidam fictio-
nibus utuntur
ad veros, aut
fictos obseßos
agnoscendis.

HÆC quæstio mouetur propter eos Exorcistas, qui ad probandum, an aliquis sit à dæmone obseßus verè, vel tantum fictè, aut imaginariè, pro Reliquijs Sanctorum ad illum benedicendum, vtuntur ossibus animallium brutorum, vel hominum mortuorum, qui ab Ecclesia non vt sancti sunt reputati: Vel pro Reliquario adhibent paruulum horologium: vel quid aliud simile: pro libro exorcismorum librum poetarum, vel fabularū, vel id generis fictiones præstant, attendentes, si dæmon huiusmodi res siq; agnoscat. Nam si persona obsessa ad talium applicationem, nedum ullum sentiat dolorem, aut molestiam; sed potius subrideat, dolum, ac fictionem manifestans, tunc concludunt, eam verè, ac realiter esse à dæmone obseßam. Si verò ad eorum applicationem clamet, ac dicat se nimis aduri, & roget, vt illa auferant, tunc argumentantur, eam non esse verè; sed tantum fictè, vel imaginariè obseßam. Verun-

Art. V. Prudentia in vitandis erroribus. 179

Veruntamen dicimus, illicitum esse Exorcistæ hisce fictionibus vti. Ratio est: tum quia illicitum est, & inconueniens, ministros Ecclesiasticos in officiis, & cunctis ecclesiasticis, fictiones, ac simulationes adhibere. Tum etiam quia dæmon, qui est astutissimus, cum talia fictitia nouit applicari, potest clamare fingendo se nimis cruciari, & aduri ab huiusmodi rei fictæ applicatione, ut tam Exorcista, quam parentes personæ Obsessæ huiusmodi clamores audientes, ac scientes res illas esse fictitias, ac simulationes, existimant eam non verè, ac realiter; sed duntaxat imaginariè, aut fictè esse obsessam: Sic imposterum remedia sacra totaliter abijciant, nec amplius per exorcismos, ac ministeria ecclesiastica eam à dæmoniacis vexationibus liberari curent. Prorsus ergo fictiones fugiant Exorcistæ, & ad probandum, an aliquis sit verè, vel fictè, aut imaginariè obsesus, seruent documenta, quæ habentur infra num. 375.

Hoc illicitum
esse probatur.

QVÆ ST 10 XXII.

An Obsesso, seu Energumeni, ac Maleficiati per solum dissensum voluntatis possint seipso à quacumque dæmoniaca vexatione totaliter liberare.

Hunc modum se à dæmone eripiendi per dissensum, tueruntur nonnulli moderni Exorcistæ Theologi rationibus, & auctoritatibus; simulq; experientia suam probant assertionem. Qui modus, cum doctrinæ à me in hoc opusculo allata aduersetur, necessariò èò attentiùs, maturiùs, ac diligentiùs est discutiendus, quò magis inusitatus, & tamen à quibusdam viris doctis probatus, & ab aliquibus Exorcistis famosioribus in praxim ductus; & ab eis, vt mirabilis prædicatus. Expendamus ergo huiuscet opinionis fundamenta principalia posita in quadam opusculo manuscripto, cuius exemplar à pluribus Exorcistis conseruatur; eiusq; quidditatem medullitùs inquiramus; & vtique inueniemus eam non super stabilem perram doctrinæ euangelicæ; sed super arenam eorū propriæ imaginationis esse fundatam, coloribusq; adulterinis duntaxat concinnatam; & latere anguem in herba.

323.

Hoc tñetur ali
qui Exorciste
Theologi
Rationibus.

§. I. *Fundamenta dictæ opinionis.*

Primum fundamentum, quod est eorum Achilles, ad quod in omnibus suis responsis confugunt, hoc est: In regularibus vexationibus non potest dæmon sine consensu ipsius hominis (saltē interpretatio) suggestioni diabolice priùs prestito ingredi corpus eius, illudq; actualitet vexare. Quia, cum dæmonis potestas per passionem Christi fuerit alligata, immò totaliter ablata; nec Deus præcisè permittat (vt ipsi dicunt) in regularibus vexationibus aliquem vexari, nisi in casibus particularibus, qui per diuinam manifestantur reuelationem, non potest dæmonis potestas relaxari, nisi priùs

324.

Prima ratio-
sumpta à con-
sensu voluntati-

*Eius confirmatio.
Sumpta à Credulitate,
Timore,
Imaginatione.*

ipse homo diabolice consentiat suggestioni: quod potest esse multipliciter-
puta, Vel credendo, dēmonem habere potestatem corpus suum intrandi, il-
ludq; vexandi: Vel dēmonem timendo, ita ut parvus credat ad periculum
maleficiorum: Vel imaginando, se esse maleficiatum, aut obsessum: Vel
alteri id generis suggestioni diabolice consentingendo.

Ab oppositis ergo (aiunt) si ab hisce suggestionibus homo dissentiat, vel
credendo, dēmonem aduersus ipsum nihil posse: Vel nullum periculum
adesse maleficiorum: Vel imaginando se non esse maleficiatum, aut ob-
sessum: Vel ab alia simili suggestione dissentiendo, dēmon neutquam po-
terit eum possidere, aut vexare. Et si corpus suum fuerit ingressus, ed quod
alicui eius consenserit suggestioni, per huiusmodi dissensum illicē exire, ac
recedere cogetur: quia sicut posita causa ponitur effectus: ita remota causa
remouetur effectus. c. cum cessante de appellat. & L. generaliter. C. de Episc.
& Cleric.

325.
*Seconda ratio
sūpta à liber-
tate arbitrii.*

Secundum fundamentum. Deus fecit hominem rectum, & reliquit eum in
manu consilij sui. Ecclis. c. 15. hoc est in sua libertate, non solum quoad ope-
rations animæ; sed etiam corporis, prout anima eo, vt organo vti, necesse
habet. Sicut ergo contradicentibus nobis non possunt dēmones animæ no-
cere, ita nec corpori; aliter fieret præjudicium libero arbitrio; quod non cō-
uenit ordini diuinæ Prudentiæ: quia cum corpus subdatur imperio vo-
luntatis, (quod est sibi naturale) non potest dēmonis imperio (quod est ac-
cidentale) subiacere, si voluntas ipsa contradicat: cum nō possit idem cor-
pus simul dupli imperio subiacere, nisi imperia sint subordinata: vel vnum
cedat alteri.

326.
*Tertia ratio
sūpta à pro-
videntia natu-
rae universalis.*

Tertium fundamentum. Natura prouidit omnibus creatis necessaria nō
solum quoad sufficientiam viætus, & vestitus; sed etiam quoad congruen-
tem defensionem suppositi, vt ab inimicis proprijs preseruetur: Ergo sicut
alia animalia habent, quo naturaliter possunt se defendere: ita & homo
debet habere, quo naturaliter possit dēmonis potestatem impedire, ne sibi
noceat. Hoc autem aliud non est, quam ratio, seu liberum arbitrium.

Nec est dicendum (addunt) quod remedia dederit spiritualia: quia adhuc
sequitur, quod natura defecerit in necessarijs. Nam cum dēmones pugnant
viribus naturæ, nempe intellectu, & voluntate contra hominem, adhoc vt
bellum sit iustum, debet esse eiusdem generis armorum; ideoq; & homini
naturæ viribus, intellectu nempe, & voluntate aduersus dēmonem est pu-
gnandum, aliter Auctor naturæ defecisset in necessarijs, quod est inconue-
niens.

§. II.

Auctoritatibus, quibus suam probant opinionem.

327.
Auctoritatibus

Auctoritatibus insuper suam conantur probare opinionem, adducentes
verba D. Petri Chrysologi serm. 16. dicentis: *Dēmones ledere non
valent, nisi iussi.* S. Ambrosij in Psalmum 118. *Aduersus diabolum non vocis
magnitudine, sed magnitudine cordis utendum est.* D. Augustini serm. 197.
de

Art. V. Prudentia in erroribus vitandis. 181

de tempore. *Frates, quam stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet.* Tu te illi per voluntatem noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere: latrare potest, solicitere potest, mordere omnino non potest, nisi volenter. Christus etiam cum Paralyticum sanauit, prius consensum ab eo ex-piscatus est, dicens: *Vis sanus fieri?* Et in sanitatibus conferendis requirebat consensum infirmorum. ergo, &cet.

§. III.

Fundamenta prædictæ opinionis destruuntur.

HÆC sunt profecto huiuscce opinionis fulcimenta, hæc sunt illustria, 328. haec valida imumenta, quibus mirabilis appetit. Sed modò ingeniole mei acie ferar ad ea, & funditus eorum stabilitatem, firmitatemque experiri conabor.

Primum fundamentum, quæm sit infirmum, ac debile, non mediocriter scienti non est ignotum. Supposita enim diuina permissione, qua mediante, absque vlla alia particulari reuelatione, ac manifestatione quodlibet maleficium, ac queuis à dæmoni vexatio fieri solet, vt latè probatum est supra cap. 2. vbi de divina permissione. Dico, Diabolum ex vi naturæ suæ, (cum sit spiritus) potestatem habere naturalē super omnia corpora sublunaria, illaq; mouere posse motu locali è voto suo sine hominis consensu, immo ipso contradicente: (eo quia, vt docet Augustinus lib. 83. qq. q.79. & lib. 3. super Genes. ad lit. quem sequuntur communiter omnes Theologi, materia corporalium sublunarium obedit Angelis siue bonis, siue malis quoad motum localem;) quo motu etiam actiua passiuis applicando, illam mouere, turbare, & alterare potest, vt lubet, nisi à Deo impediatur per se, vel per Angelos, vt benè probatum est supra num. 147. & sequentibus.

Nec obstat, quod dæmonis potestas religata sit in penam peccati sui, & per passionem Christi totaliter ablata: quia non est religata, & ablata pro omnibus absolute, & efficaciter, aliter dæmones numquam possent alicui nocere, etiamsi illis suum præstaret consensum; sed respectiuè pro illis, qui in potentia, virtute, ac bonitate Dei; vel efficacia Sanctissimi Nominis Iesu suam constituunt fiduciam, in adiutorio Altissimi habitantes: Vel etiam Beatisimæ Virginis Mariæ, ac Sanctorum Angelorum suffragia, ac protectionem implorantes: Vel pro his quoque, quibus Deus ob aliquod bonum publicum, vel priuatum, dæmones nocere non permittit; vt supra docui n.66.

Et quis tam mente captus inuenitur, qui crudelissimum hostem in suo proprio corpore inhabitare, consentire velit, ac crudeles torsiones, ac vexationes, quæ sepius etiam spiritualia impediunt exercitia, voluntariè appetat? Estò multi diabolicis, quæ in peccatum inducunt, consensum præstent suggestionibus: At hæc sub specioso velamine boni sensibus obiciuntur. Sed vexationes diabolicae nihil boni naturalis, neque apparentis secum admixtum habent. Nemo ergo nisi desperatione ductus: vel aliquo spirituali desiderij excessu patiendi pro amore Dei: vel pro breui tempore, vt exinde sumatur occasio postea totaliter ab illis se eximendi, consensum præsta-

Prima ratio
improbatur.

329.
Instauria refel-litut.

330.

182. Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

bit. Immò Vexati vellent omnes se eripere à démoniacis vexationibus, idèo remedia querunt. In quo expressè ostendunt, se explicitum habere dissensum, ac nolitionem talium vexationum.

§. IV.

331.
Obiectio eorum

Reprobatio.

SE D dicunt isti Theologi in sua Theorica quæst. 18. in responsione ad 7. Vexatos velle quidem omnes liberari; & hac de causa querere remedia, ut sanentur: quia propriam nolunt vexationem. At quia volūt illam implicitè, idèo non curantur, donec etiam consensus implicitus fuerit reuocatus, atque remotus.

Verùm quis non videat hoc nullatenus consistere posse? Nam sicut consensus explicitus, seu volitio explicita alicuius rei includit consensum, seu volitionem implicitam, sive interpretatiuam eiusdem: sic dissensus, seu nolitio explicita includit dissensum, & nolitionem implicitam, seu interpretatiuam respectu eiusdem rei.. Modò consensus, & dissensus, seu volitio, & nolitio sunt duo actus positivi voluntatis contrariè oppositi; ita quòd positivo remouetur reliquum, vt docet Aristot. in Postpredicam.: quia non possunt stare simul respectu eiusdem, eodem tempore; Ergo si vexatus habet dissensum, seu nolitionem explicitam respectu démoniacæ vexationis, & obsessionis, habet etiam nolitionem implicitam respectu eiusdem: Ergo sicut posita nolitione explicita remouetur, ac destruitur volitio explicita respectu eiusdem: sic etiam posita nolitione implicita, remouetur, ac destruitur volitio implicita: quia non possunt esse simul eodem tempore respectu eiusdem. *Posito enim uno contrariorum remouetur reliquum ex Aristotele loco cit.* Si ergo obsessi habent nolitionem explicitam, cum hæc includat nolitionem implicitam, quæ contrariae opponitur volitioni implicitæ, impossibile est, quòd explicitè Vexati nolint suam vexationem, & simul eodem tempore implicitè velint eandem, aliter simul, & semel aliquis obsesus, & vexatus esset obsesus, & non obsesus, vexatus, & non vexatus. Obsesus, & vexatus: quia implicitè vult obsessionem, & vexationem. Non obsesus, nec vexatus: quia explicitè non vult vexationem, & obsessionem. Sicut qui actualiter, & explicitè omnia sua peccata detestatur, nō est dicendum, quòd velit ea implicitè, & interpretatiuè, aliter contradictoria simul, & semel verificarentur de eodem, quia simul ea detestaretur, & non detestaretur, quod implicat contradictionem. Falsum est ergo, quòd per consensum interpretatiuum homo velit à démonie vexari, aut possideri.

§. V.

332.
Ostenditur in
dictis eorum con-
tradictio.

EO autem magis conuincuntur, ac suis se confodiunt armis, quòd in responsione ad 14. eiusdem quæstionis afferunt: Si Vexati formis silent verum, & efficacem dissensum, sicut formarunt consensum, démon cesseret à vexatione; atque etiam de corpore exiret: quia remota causa, remouetur effectus.

effectus. Quod farentur, se multo ries expertos esse: Ergo per ipsos, ut dæmon ex corpore expellatur, sufficit minimus Obsessi dissensus interpretatiuus. Nam in responsione ad 4. 5. 6. & 7. arg. & alibi passim in toto illo suo opusculo sèpiùs repetunt, non esse credibile, quòd quis explicitè velit, corpus suum proprium à dæmone inhabitari, & crudeliter vexari; sed credibile est, quòd hoc velit implicitè, & interpretatiuè, in quantum vult id, ex quo sequitur vexatio, neinpe prout diabolicae consentit suggestioni; & ita per minimum consensum interpretatiuum (vt mordicùs suam tueantur opinionem) aiunt, dæmonem corpora ingredi humana, eaq; acriter diuexare. Ergo secundūm ipsos, & per minimum dissensum interpretatiuum dæmon ex corpore exire cogetur. Sed per ipsos in responsione ad 7. Vexati omnes habent non tantū dissensum implicitum, & interpretatiuum; sed explicitum, & efficacem: quia vellent omnes à dæmone liberari, ideo remedia querunt ad liberationem opportuna; Ergo ex eorum assertione nullus Obsessus obsidetur, ac nullus Vexatus vexatur: quia omnes habent dissensum vel explicitum; vel saltem implicitum, & interpretatiuum, quo illicò, ac sine mora à quacumque obsessione, ac vexatione dæmoniaca liberari, necesse est. Sic superfluuus per ipsos est Ordo exorcistatus à Christo institutus, superuacanea Ecclesiæ potestas, inanis in Christi nomine fiducia ad dæmones expellendos ab ipsomet Christo suis fidelibus insinuata, ab Apostolis practicata, & à tot Dei preconibus publicata. En quomodo suis ipsissimis rationibus, & argumentis suum coguntur fateri errorem, dum tam apertè in suis dictis sibi contradicunt!

§. VI.

AD primam confirmationem de credulitate, qua dicunt, hominem cōsentire dæmoni, vt ingrediatur corpus suū, ac illud vexet, cùm credit dæmonem posse illud possidere, ac vexare: Respondeo non sequi: quia homo credit se posse à dæmone possideri, ac vexari, ergo vult ab eo possideri, & vexari: Ibi enim fit transitus ab actu intellectus ad actum voluntatis, id est à credere ad velle: seu potius à timore concepto, dæmonem posse vexare, ad velle ab eo vexari.

Sed dicunt isti in eodem Opusculo quæst. 22. *Credere* ex D.Thoma 2. 2. est alicui assentire ex præcepto voluntatis. Assentire verò idem est, quod confessare, & approbare ea, quæ dicuntur, vel fiunt. Dum ergo quis credit, dæmonem posse possidere corpus suum, illudq; vexare, consentit ei, & approbat suggestionem, & per consequens dæmon acquirit posse super corpus eius. Verū si quis apertis oculis intellectualibus veritatis lucem intueatur, erroris quidem tenebras conspicere, ac comprehendere, sibi dabitur. Concedo vtiq; D. Thomam sapientissimè locutum esse, dicendo: *Credere* est alicui assentire ex præcepto voluntatis, aliter actus fidei non esset meritorius, nisi concurreret voluntas. Veruntamen D. Thomam ab ipsis Theologis non esse rectè expositum, eiusq; doctrinam non bene intellectam, assertere non ambigo. Cum enim quis credit, dæmonem posse corpus suū pos-

333.
Cōfirmatio pri-
ma impugna-
tur.

sidere, atq; vexare, concurrit voluntas, & suum præbet consensum per actū imperatiū, vt benē explicat D. Thomas illis verbis: *Ex præcepto voluntatis*: quia voluntas conuertitur super actū intellectus, imperatq; intellegētui, vt id, quod agnoscit credendum, firmarer, ac sine vlla hēsitatione credat. Modò, dum quis credit dēmonem posse suum corpus possidere, atque vexare, voluntas conuertitur super actū intellectus, eique suum præbet consensum imperando, vt hoc firmiter teneat, nempe in dēmone residere, talem possidendi, ac diuexandi potentiam quoad actū primum: Non tamen consentit super actū obſidendi, aut vexandi, seu (vt alijs verbis vtar) super potentiam possidendi, atque vexandi quoad actū secundum, scilicet quōd actu corpus suum sit possellurus, ac vexaturus: cum poriū contrarium velit. Sicut dum credo, posse Deum creare mille mundos, & me posse damnari, concurrit mea voluntas, & consentit predictis propositionibus, tanquam veris, ac indubitatis, imperatq; meo intellectui, vt firmiter illis adhēreat, & sine vlla hēsitatione credat, ita esse, nempe in Deo esse talem creandi potentiam: quia potest quicquid non implicat contradictionem: Et in me, talem damnationis possibilitem: cum adhuc sim in via, nec in gratia cōfirmatus. Non tamen voluntas mea concurrit super creandi, ac damnandi actū secundum, videlicet, quōd Deus creet, vel sit creaturus mille mundos; neque quōd ego sim damnatus, vel damnandus: Immò potiū opposito adhēret, nempe Deum non alium creaturum mundum, ac me saluandum, diuino fauente auxilio, sperat, & optat: Quamuis ergo voluntas cōsentiat, dēmonem posse possidere, & vexare corpus meum; non tamē suum præstat consensum super actū possidendi, atque vexandi; nec dēmon acquirit aliquod dominium super illud: quia nemo, nisi sit rationis impos: vel desperatione duxus, vel maximo patiendi pro amore Dei desiderio impulsus, vult à dēmone possideri, atque vexari.

§. VII.

334.
Confirmatio se-
cunda soluitur
eodem modo.

AD secundam confirmationem de timore, in qua dicunt: *Qui timet periculum maleficiorum, dat consensum dēmoni*. Dico, quia hoc probant per supradictam rationem de fide, ideo per eandem soluitur respōsionem. Quomodo autem dēmon dicatur corpora ingredi per timorem, declaratum est supra num. 83.

335.
Confirmatio ter-
tia destruitur.

Ad tertiam confirmationem, qua dicunt, per imaginationem præstari consensum; cùm quis imaginatur, se esse maleficatum, dum illa imaginatio fiat (vt dicunt) per præcedentem diabolicam suggestionem, cui voluntas assentiatur; Respondeo, huiusc confirmationis falsitatem satis ex eorummet assertionibus apparere. Nam secundū ipsos *in eodem suo Opusculo quest. 31.* nullam habent dēmones facultatem in corpus nostrum, nec habere possunt vllam actionem in illud, nisi ex præcedente suggestione, ac consensu à nobis illi præstito: quia, vt aiunt, facultas naturalis dēmonum aduersus nos eis per passionē Christi est ablata. At quis non videat, ad hoc vt dēmones aliquid nobis suggestant, oportere, vt rerum species sensibus afingant.

tingant exterioribus, obtrudant eis spectra, & imagines; deinde receptas in exteriori sensu ad interiore reducant: vel noua excitent spectra, objicantq; in phantasmatum, quo tanquam speculo talium rerum similitudines represententur; easq; componant, vel diuidant; sic compositas, vel diuisas imaginationi proponendo: vel iam per naturā formatas phantasiae sub aliquo ordine obijciendo? Sed quis talem dedit dæmoni operandi in corpore facultatem? Non à se ipso: quia ei potestas operandi in hominem per passionem Christi est ablata. Respondebunt ergo, habere talem facultatem ex præcedenti suggestione, & consensu; ergo non potest dæmon mouere phantasiam, vel imaginationem, eique aliquid sugerere sine præcedenti suggestione. Et tunc de illa est querendum: quomodo potuit dæmon operari in corpore, ac sugerere, si nullam habet facultatem operandi in eo sine præcedenti suggestione? Sic debet dati processus in infinitum: vel tandem est deueniendum ad vnam suggestionem primam factam sine alia præcedenti suggestione, in qua dæmon potuerit, & de facto operatus sit in corpore sine alia præcedenti suggestione, ac consensu; ac concedendum, dæmonem posse operari in corpore humano, illud mouendo, alterando, obsidendo, possidendo, atque vexando sine ipsis hominis consensu præcedenti, prout sibi à Deo est permisum; quod est contra prædictum eorum fundamentum. Idemq; afferendum de somnijs à dæmone excitatis, in quibus in vigilia nullus præcessit consensus. Sic de illis, qui diu fuerint maleficijs affecti, vel à dæmone obseSSI, ipsis hoc ignorantibus, nec vimquam de maleficijs, aut dæmoniaca obsessione cogitantibus, existimantibus, morbum esse à causa naturali inductum; & per consequens non est dicendum, eos priùs aliquem præstitisse consensum: quia consensus quoquomodo accipiatur, cum sit actus voluntatis, nō fertur nisi in præcognitum. Quomodo autem possit dæmon dici per imaginacionem ingredi corpora humana declaratum est supra num. 88.

§. VIII.

Secundum fundamentum, in quo dicunt: Deum fecisse hominem rectū, eumq; reliquissē in manu consilij sui (hoc est in sua libertate) &c. non minùs primo mancum est, ac defectuum. Concedo namq; hominem plenum habere dominium super corpus suum quoad ea, quæ cadunt sub imperio voluntatis. Sed quia non omnia, quæ sunt in corpore humano, possunt imperari à voluntate; ideo respectu eorum non potest dici homo perfectū habere dominium: vt sunt potentiae vegetatiæ, & etiam sensitivæ interiores quoad alias functiones. Non enim potest voluntas imperare nutritiæ, ne post cibum sumptum nutrit corpus: vel augmentatiæ, ne augeat: Vel mulier accepto in matrice semine virili, ne fiat conceptus fœtus: Vel memoriarum, vt illicet scientias, aut alia præterita reminiscatur: vel ne obliuiscatur corum, quæ percepit: Vel phantasiarum, ne componat, vel diuidat; licet possit

336.

Secunda ratio
principalis re-
fellitur.

possit aliqualiter eas à suis functionibus distrahere per intensam alterius potentias ex his, quæ sub ipsius cadunt dominium, & imperium applicationem.

337. Nec officit id, quod afferunt, has potentias esse sub dominio liberi arbitrij de vero, & pleno iure, sicut animalia agri, campi, domus, &c. sub potestate domini: quia si hoc esset verum, possit liberum arbitrium è suo corpore expellere malos humores, & noxios, febrim, apoplexiā, paralysem, & alios id generis morbos, sicut dominus agri ab eo potest expellere animalia noxia, potest vendere, vel destruere aurum, equum, domum, &c. quod nō potest licet, ac iuste homo facere respectu suorum corporis membrorum: quia nemo est dominus suorum membrorum. *L. Liber homo. ff. ad L. Aquiliam. & c. contingit. 1. de sent. excommunic.*

An: plius si homo plenum haberet dominium sui corporis, sensus numquam posset villo modo rationi repugnare; nec aliquod minimum rationi contrarium operari; quod expressè diuinę scripturę aduersatur. Nam Paulus Apostolo datus est stimulus carnis Angelus Sathan, qui eum colaphizabat: & dicit: se rogasse Deum, vt auferretur ab eo; ergo caro spiritui repugnabat; nec stimulo illi ipse assentiebat, vt potè qui expressè legi mentis aduersabatur; ideoq; non sui corporis habuisse dominium dici potest.

Quod apertius testatum reliquit Roman. 7. Quod enim operor, ait, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio: & parum infra subdit: Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago. Deinde: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati, qua est in membris meis. Poteratne clarius Apostolus in humano corpore ostendere contrarietatem, qua caro, & sensus repugnant, ac se opponunt arbitrij libertati, multaq; ratione contradicente operatur? Quid ergo si etiam dæmon, qui est spiritualis substantia facillimè se potens obtrudere in corpus, multa operetur in eo, & in sensu, libero arbitrio repugnante, rectaq; ratione renuēt? Eò magis quod dominium acceptum à dæmone non est naturale, ac verum, sed tyrannicum, ac falsum, quod facillimè per diuinam virtutem per se, vel mediante potestate Ecclesiastica tollitur, atq; destruitur.

§. IX.

338. *Tertia ratio principalis improbatur.*

Tertium deniq; fundamentum, quo afferunt, Naturam prouidisse omnibus creatis necessaria etiam quoad defensionem, quis non videat non bene rationi recte se accommodare? Concedo enim naturam prouidisse homini necessaria ad se ipsum naturaliter tuendum contra omnia aduersa, quæ intra naturæ corporeæ, ac sensibilis limites continentur. Nam homo pro statu isto, quia animam habet corpori alligatam, non potest aliquid operari, nisi per sensibilia: nihil intelligere, velle, & amare naturaliter, nisi sub aliqua re sensibili prius sensibus exterioribus praesentetur: deinde interioribus per species phantasticas; postea per intelligibiles intellectui: & tandem voluntati obiectiatur. Modò dæmones, cum sint puri spiritus, non est dicendum, cadere sub sensu, & per consequens posse per sensibilia

sensibilia ab homine cognosci ; sed per ea, quæ per diuinam habentur reuelationem. Ideò sicut naturæ corporeæ limites transcendunt : ita ab eis non se potest homo defendere naturaliter. Quare Auctor naturæ, qui nō deficit in necessarijs, sicut ei naturalia dedit auxilia , quibus contra hostes se tueratur naturales : sic supernaturali, illi tradidit adiutoria, nempe Angelos Custodes, qui illum defendant, ac proeliant contra spiritus nequitiae ; ut docet per Prophetam Psal. 90. dicentem : *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* En angelica protectio , quæ inuisibiliter ab inuisibilibus hostibus defendit ! Sed quid inde ? *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* En victoria ab homine huiusmodi angelico tutamine de hostibus reportata ! Nam per aspidem, basiliscum, leonem, & draconem allegoricè intelliguntur dæmones : quos liet homo in temptationibus possit ijsdem intellectus, & voluntatis, quibus ipsi pugnat, armis impugnare, eis resistendo per detestationem, ac nolitionem ; non tamen eisdem naturaliter in corpore se tueri potest : cum occulte insidias in eo tendat subdolus hostis , quarum prorsus ille est ignarus , nisi per intellectum fide illustratum , & per frequentatos fidei actus eleuatum : ac per voluntatem charitate Dei , & proximi inflamatam elicientem actus spei firmissimæ, ac confidentiæ in hæsitantis in Dei bonitate infinita , ac fidelitate immutabili collocata , Beatissimæ Deiparae intercessione , Angelicæ custodiæ tutela, ac Sanctorum suffragantibus meritis ab omni diabolica vexatione, & incursu dæmoniaco se eximat, securumq; liberum, & illæsum se praeteruet.

Dyonis. Car-
thus. in Pl. 90.

§. X.

DEnique illas Sanctorum auctoritates à prædictis Theologis relatas dico, intelligendas esse de temptationibus diabolicis , quibus nullus succumbere cogitur, nisi voluntarium eis suum præbeat consensum ; vt ex verbis ipsas antecedentibus, & subsequentibus facile est colligere : non autem de vexationibus corporalibus, quibus, non est necesse, vt homo vexetur , suum præster consensum.

339.

*Sanctorum au-
toritates ex-
plicantur.*

Ad illud D. Petri Chrysologij. Quod dæmones non possunt laderere, nisi iussi : Dico, quod intelligitur, nisi à Deo permitti : Non enim Christus dæmonibus iussit intrare in porcos , sed permisit , vt latè docet Tostatus in cap. S. Matthæi q. 130. Aliquando tamen innocentiam iussi , quando vult Deus per ipsos dæmones , homines punire propter aliquod graue peccatum ab eis patratum; vt probatum est supra num. 82.

Ad id, quod ait D. Ambrosius , quod magnitudine cordis aduersus dæmonem est pugnandum.. Dico, verum esse , prout voluntas nititur diuina protectione, & elicit actus spei; ac confidentiæ in Deum ; non autem prout simpliciter elicit actus naturales..

Auctoritas vero D. Augustini intelligitur de temptationibus ad peccandum , quibus nemo, nisi volens, succumbere potest ..

Quod.

340.

Quod autem dicitur de Christo , qui cùm Paralyticum , Languidum , ac ceteros sanauit infirmos , consensum ab eis requirebat , facili negotio soluitur : Nam aliud est , consensum requiri ad sanitatem obtinendam per remedia opportuna : aliud consensum requiri ad obsecrationem , & vexationem dæmoniacam incurrendam . Primum facillimum est præbere ; Huiusmodi enim consensum , ac fiduciam pro sanitate obtinenda de lege ordinaria (vt præium dispositionem) requiri in adultis : in ratione verò carentibus supplere Ecclesiam , probauimus *supra nn. 13.* & infra latius declarabitur *par. 3.* Quod quidem Christus dñs ebatur , cùm infirmos à languoribus sanabat dicés :

Ioan. c. 5. v. 7.

Matt. c. 9. v. 28.

Vis sanus fieri ? Credis, quia hoc possum facere vobis ? & similia : quia volebat , vt egroti remedium quererent , & se ab eo sanitatem obtentatos sine hæsitatione cederent . Consentire autem dæmoni , vt proprium corpus possideat , ac vexet , hoc est difficillimum , ac raro eueniare solet ; ac valde pauci à dæmoni vexarentur , si talis consensus esset necessarius , cum omnes naturaliter velint oppositum . Sicut ad se liberandum à dæmonis obsecione , ac vexatione non sufficit dissensus à vexatione , & obsecione ; sed insuper remedia requiruntur à Deo nobis tradita , & ordinata , de quibus toto agitur hoc tractatu . Sic Christus , postquam egroti consensum præstiterant , vt ab eo sanitatem impetrarent , verbo virtutis suæ eis optatam largiebatur sanitatem , dicens Leproso : *Mundare : & Languido : Surge tolle grabatum tuum , & ambula,* ceterisq; similia verba .

341.

- De porestate tamen absoluta potuit , & de facto eiecit dæmones , etiam nō requisito consensu ab ipso obsecro . Non enim legitur consensum exquisisse ab illis Energumenis , qui habitabant in sepulchris . Matthæi 8. & Marci 5. Nec ab illo , de quo dicitur Lucæ 11. *Erat Iesus ejiciens dæmonium .* Nonne etiam Paulus Coloniæ in Macedonia eiecit à Puella spiritum pythonem nō solum absque consensu ipsius ; sed etiam eius parentibus contradicentibus : quia exierat spes quæstus eorum , quem eis maximum præstabat diuinando , propter quod simul cum Barnaba eum , vt seditionis apprehenderunt , ac Magistratibus puniendum obtulerunt ?

Actuum c. 16.

Quare indubitanter est concludendum ; sicut ad obseciones , ac vexationes dæmoniacas in corpore hominis inducendas ipsius consensus nō requiritur : sic ad eas tollendas , ac totaliter remouendas ipsius non sufficere dissensum . Quòd si predicti Theologi Exorcistæ plures à dæmonibus , ac maleficijs se liberasse hoc modo , asseuerent : hoc non per purum Obsecro , aut Maleficiati dissensum , ac nolitionem ; sed potius per potestate exorcisticae , remedia diuina , & ecclesiastica eiecle : vel dæmonem voluntariè exiisse , vt in huiusmodi errorem Ecclesiasticos induceret ministros , facile est credendum .

Q V A E S T I O X X I V .

An sit necesse , in exitu dæmonis è corpore , ei precipere , ut iuret , sè exiturum , nec amplius regressurum .

In exitu dæmonis è corpore nō est necesse ei p-cipere , ut iuret , se exiturum .

R Espondetur negatiuè . Ratio est : tum quia dæmon est pater mendacij , ideo quamuis iuraret , tamen adhuc iuramentum non seruaret : Tuni quia

quia seruare iuramentum dependet à voluntate iurantis; sed exitus diaboli à corpore Obsessi dependet à voluntate Dei , qui virtute sua dæmonem expellit . cùm obsesus perfectam habet fiduciam in Dei bonitate , ac fidelitate eius volens . etiam dæmonis non regreditus homo & expulsio salutaris est animæ suæ . Sic ex protectione Dei hominem in se confidentem à diabolici vexationibus custodientis, ac præseruantis .

Q VÆ S T I O X X V .

An licitum sit , annuere dæmoni offerenti egressum ex homine , si ei permittatur in alium ingredi .

Respondet Sanchez lib. 2. in precepta Decalogi cap. 42. nu. 36. cum Thyraeo de demoniacis cap. vlt. à num. 8. & sequentibus, Carolo Baucio in Miscellaneis practicis traçt. 2. ibi pcces 7. regulariter non licere : quia est in proximi damnum : At licitum esse quadruplici concurrente conditione . Prima : vt is , quem dæmon possessorus est, sit pessimus , & eo supplicio dignus . Secunda : vt adiurans habeat imperium in eum , quem dæmoni traditurus est; atque potestatem in ipsum dæmonem , sumnumque ius ad ipsū expellendum quandocumque libuerit . Tertia : vt adsit boni maioris spes : quia scilicet speratur fore , vt hac ratione proximus iuuetur , qui alijs rationibus iuuari posse non videbatur . Quarta : vt absit voluntas placendi dæmoni ; sed id tantum fiat ad vtendum ipso tanquam lictore , & carnifice . Ratio autem, quare concurrentibus ijs conditionibus, licitum esse videatur petitioni dæmonis annuere , ea est , quia rem de se honestam petit , & quæ, seclusa illa occasione , solum ob bonum proximi præstari poterat . Sed hæc conditions nullæ sunt, vt mox dicam .

Q VÆ S T I O X X V I .

An seclusis illis quatuor conditionibus à Sanchez adductis , adhuc liceat petitioni supradictæ conniuere .

Hec quæstiōni videtur respondere affirmatiuè Ferdinandus à Castro Palao de Adiuratione disp. 4. punc. 4. vers. Verum . Ratio ipsius est : quia ex duobus malis minus est permittendum . Additq; consensum illius Exorcistæ non esse cooperationem , aut inductionem ad ingressum ; sed solum illius permissionem , & acceptationem , quæ ob vitationem maioris maiori sufficieret videtur honestari . Neque ob id inhonori exorcismos Ecclesiæ : Non enim negas illis virtutem ad expellendum dæmonem : sed illa concessa, experiris expulsionem impediti ob causam tibi ignotam , & ad vincendam illam difficultatem admittis petitionem dæmonis . Nec dicendum est , dæmonem sponte antiquum domicilium relinquere ; sed coactum exorcismis Ecclesiæ petere loco domicilij relinquendi , vt aliud succedat . Non igitur

343.
Illicitum esse ;
sustinet aliqui ,
dæmoni permit-
tere , ut corpus
alterius ingre-
diatur , nisi qua
druplici condi-
tione cōcurren-
te .

344.
Seclusis illis
quatuor condi-
tionibus adhuc
licere , id per-
mittere , putat
Castro Palao .
Ratio eius ad-
ducitur .

190 Par.I.Cap.III.De Exorc.virtutibus ornato.

igitur in acceptatione huius petitionis apparet clara turpitudo, posito, quod ingressus de nouo petitus minus nocivus sit, quam possessio de praesenti habita. Hec Ferdinandus.

345.
dicta positio
et eramandi.

Veruntamen hæc positio mihi Nec valeret ratio de vincenda illa difficultate. Nam cum dæmon à corpore obseSSI non viribus humanis, sed virtute diuina sit ab Exorcista expellendus, non potest aliquid dari impedimentum ex parte dæmonis, quin egredi cogatur, si illa expulsio obseSSI sit profutura, & adsint cætera requisita, tum ex parte Ministri, tum ex parte ipsius Energumeni; ideo ecclesiasticæ potestati fit iniuria, dum integrum esse censetur, ad hoc ut dæmon facilius egrediatur, Exorcistam ei conniuere, ut corpus alterius ingrediatur, quasi Ecclesia sufficientem non habeat porestatem dæmones expellendi, nisi Exorcista eis concedat facultatem corpus alterius ingrediendi.

346.
Conditiones à
Sanchez addu-
ctæ reprobantur.

Nec illæ quatuor conditiones à Sanchez positæ *quæstione præcedenti* aliqui sunt roboris; Nam prima quoad secundam partem cuiilibet Exorcistæ prouersus est ignota; nō enim potest sine speciali Dei reuelatione scire, an iste, vel ille maximus peccator tali supplicio dignus sit. Secunda numquam adesse potest: nullus enim purus homo habet tale imperium in aliud hominem quantum ad istum effectum: nec absolutum habet dominium in dæmones, nisi hoc habeat ex speciali Dei auxilio, quod non presumitur in Exorcista. Tertia est friuola: non enim sunt facienda mala, ut euenant bona. Quarta non sanat malitiam huius actionis.

Non videtur tamen inconueniens, posse Exorcistam dæmones obiurgare obijciendo illis, cur non vexent Magos, ac Maleficos, qui voluntariè animam, & corpus suum illis tradiderunt, dicendo per modum obiurgationis, ut potius istos suos afflendas, ac mancipia, quam homines iustos, ac pios vident, ac castigent; sed iuxta Dei voluntatem; & eo modo, quo permisit illis Deus.

ARTICVLVS VI.

De Prudentia in rectis semitis eligendis circa adiurationem.

347.
Exorcista con-
siderare debet
media necessa-
ria ad dæmonē
expellendum.

VT rectè, ac prudenter se gerat Exorcista in suo ministerio, diligenter simè considerare debet omnia media necessaria ad finem suum consequendum, qui est dæmonem expellere è corpore obseSSI, ut ex hoc Deus magis, ac magis laudetur, ac glorificetur, ac splendor Ecclesiæ eius sponsæ magis illucescat.

Adiuratio quid
sit.
Cap. 12. v. 1.

Primo ergo ei est attendendum, quid sit Adiuratio: quotuplex sit: & in quo differat à iuramento, & oratione.

Adiuratio, teste D. Thoma 2. 2. q. 90. ar. 1. est, aliquam personam impremendo, aut obsecrando inducere ad aliquid faciendum, omittendumue inuocatione alicuius rei sacra: ut Paulus ad Roman. fecit: *Obsecro vos per misericordiam Dei.*

Duplex

Art. VI. Prudentia in rectis seinitis eligendis. 191

Duplex autem est: quædam deprecativa, quæ fit deprecando: quædam imperativa, quæ fit imperando.

Conuenit verò adiuratio cum iuramento: quia sicut hoc adhibetur ad veritatis affirmatae confirmationem; aut maiorem promissionis factæ firmitatem: ita adiuratio fit, ut postulatio, aut iussio sint efficaciora. Differt verò ab illo, quod in iuramento adducatur Deus, ut testis veritatis, aut quasi fideiussor promissionis: In adiuratione verò ut obiectum amoris, vel timoris eius, quem adiuramus, ut inde eius amore, vel timore ducatur ad rempetitam concedendam: Ita Sanchez lib. 2. in precepta Decalogi c. 42. nu. 1.

Differt tandem ab oratione: quia per orationem aliquid à Deo petitur, sed propter Deum; & ita potest id peti à Deo, & tunc coniunguntur adiuratio, & oratio: Aut ab hominibus, & tunc non est oratio aliqua; & aliquando nihil petitur, sed imperatur; Ita Sanchez loc. cit.

Secundò, Exorcista obseruare debet, tria concurrere in adiuratione, nempe adiurantem, adiuratum, & id, per quod fit adiuratio.

Adiurans debet esse necessariò res intellectualis, cuius solius est rogare, aut iubere. Potest autem adiurare Deus ipse; ut ob nomen suum aliquid præcipiendo. Possunt etiam Angeli, & dæmones; ut Marci c. 5. dæmon Christum adiurauit: *Adiuro te per Deum, ne me torqueas.*

Res adiurata debet quoque necessariò esse intellectualis: ut clariùs patet ex dicendis. Posunt autem Deus, Angeli, & Sancti, & dæmones, & qui cumq; homines adiurari. *Quando autem deprecatiuè, & quandò imperatiuè, constabit ex solutione sequentium quæstionum.*

Res, per quam fit adiuratio, sunt Deus, Angeli, & Sancti, & homines iusti viatores; non autem per creaturas inferiores in natura, aut in statu gratiæ, fit adiuratio: Ita optimè docet Suarez tom. 2. de Religione tract. 4. de Adiuratione cap. 2. & 3. per totum. Nos autem hanc doctrinam clariùs elucidabimus sequentibus quæstionibus.

QVÆ ST 10 1.

Quomodo Deus à nobis rectè adiurari possit.

Deus licetè, ac rectè à nobis deprecatiuè adiurari potest; ita quod eius adiuratio inter partes orationis collocari debet, & obsecratio appellatur. Hæc assertio est D. Thomæ quest. 83. art. 17. ad 1. & q. 90. art. 1. ad 3. quem sequitur Suarez loco cit. c. 1. nu. 3. & Sanchez lib. 2. in precepta Decalogi cap. 42. num. 12.

Prima pars constat: Quia erga Deum non habet locum adiuratio per modum imperij; Eius enim est imperare, & non imperari: ergo tantum deprecatiuè adiurari potest.

Altera pars probatur: Sicut enim possumus orare Deum, ac illum deprecare; ita possumus aliquid diuinum illi representare, ob cuius nomen, aut merita nostras orationes exaudiat; ut constat ex Scriptura, in qua legimus Moysen, & alios Prophetas orasse Deum propter semetipsum, & properter

Quotuplex sit.

Quomodo conueniat cum iuramento.

Quomodo differat.

Quomodo differat ab oratione.

348.
In adiuratione tria concurrūt.
Adiurans...

Res adiurata.

Res, per quam fit adiuratio.

349.
Deus licetè, & rectè à nobis deprecatiuè adiurari potest.

350.

192 Par.I.Cap.III. De Exorc. virtutibꝫ orhatō.

*Adiuratio ob-
secratio quædā
est.*

ter Abraham, & alios iustos sibi dilectos ; & Ecclesia semper orat per Christum . Hic ergo orandi modus quandam Dei adiurationem continet ; quia exoratur Deus, & ad impetrandum ab illo interponitur vel ipsem Deus : vel aliquis nomine eius, qui potentior sit, quam nos ad impetrandum , vt per eum oratio nostra inuenetur : ratio autem adiurationis in hoc perficitur .

Hoc autem totum pertinet ad obsecrationem , in qua proponitur Deo ratio aliqua obtinendi aliquid ab ipso : vt cum per Christum, vel per ipsammet Dei bonitatem , ac fidelitatem eius postularimus . Hæc ergo adiuratio obsecratio quædam est ; solūmq; videntur ratione , & denominatione differre . Nam obsecratio dicitur, quatenus dat vires orationi : adiuratio, quatenus est peculiaris actus reuerentia illius personæ, per quam Deus adiutor : Ita Suarez de *Adiuratione loco citato* .

Q V E S T I O 11.

An Beati, & Sancti Angeli licetè possint à nobis adiurari.

351.
*Sancti, & An-
geli licetè, ac
rectè à nobis
adiurantur.
Probat vsus Ec-
clesia.*

REspondetur, licetè, ac sanctè posse à nobis adiurari, si debito modo fiat . Hoc tradit D. Thom. 2. 2. q. 90. ar. 1. & est receptum apud omnes . Rectè enim Sancti, & Angeli possunt à nobis orari , & consequenter etiam obsecrari ; Et ita habet communis vsus Ecclesiæ , & fidelium : nam perimus à Virgine per Filium, & per Natuitatem, vel assumptionem ; & proportionali modo possumus ab alijs Sanctis petere . Non possumus tamen Sanctos adiurare cum imperio; sed cum reuerentia, & honore humiliter eos precari, non vt auctores honorum; sed vt intercessores : eodem modo ergo possumus illos adiurare : Ita docet Suarez *loci cit. c. 2. num. 4.*

Q V E S T I O 111.

An dæmones sanctè, & licetè adiurari possint ab hominibus.

352.
*Dæmones san-
ctè, ac licetè
adiurari pos-
sunt ab homi-
nibus, si debite
fiat.
Hoc fides docet.*

REsponderetur affirmatiuè, si debito modo adiuratio fiat . Conclusio est certa secundum fidem : nam Ecclesia ab initio consuevit adiurare dæmones; vt testantur Patres, Lactantius lib. 4. cap. 27. Tertull. in *Apologet.* c. 32. Cyprianus in lib. de *Idol. vanit. circa medium.* & ad *Demetriadem.* Fundatur autem hic vsus in Christi verbis, ac virtute : Dixit enim Marci vlt. In nomine meo dæmonia eiſcent . & Matthæi 10. Marci 3. Lucæ 9. Dedit discipulis suis potestatem, vt dæmones eiſcerent, quam eis concessam declarauit Lucæ 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes , & scorpiones .

Vt autem debitus in adiuratione teneatur modus, hæc obseruanda videntur; vt benè docent Suarez tom. 2. de *Religione tract.* 4. de *Adiurat.* c. 2. n. 6. & 7. & Sanchez lib. 2. in *precepta Decalogi cap. 42. nu. 15. & 19.*

Primò requiritur, vt finis adiurbationis sit, expellere dæmonem , non verò aliquid ab illo obtinere, vel societatem aliquam cum illo inire : Hoc docuit D. Thom. 2. 2. q. 90. ar. 2. Et constat primò : quia Christus non dedit Ecclesiæ fux

sua virtutem, nisi ad fugāndos , & coercēndos dēmones iuxta illud : *In nomine meo dēmonia cīcēnt.* & Lucē 10. cum Apostoli gloriarentur, quōd etiam dēmones sibi subiicerentur, Christus declarauit eis, potestatē ip̄sīs esse datam ad calcāndos ipsos , eorumque virtutem , vt nihil nocere nobis possent ; ergo non aliter licet nobis adiurare dēmones . Consequentia probatur : tum quia non valemus id facere, nisi per potestatē à Deo concessā ; naturaliter enim dēmonibus longē inferiores sumus : tum etiā , quia aliās pericula exponimur, vt multū nobis noceant; cum tamen finis adiuratiōnis esse debeat, dēmonis insidias, & artes nocendi fugere, vel fugare .

Exorcista nihil
demoni preci-
piat, nisi qua-
conducunt ad
expulsionem.

§. I.

Secundō necessarium est, vt non rogando, vel amicē petendo ; sed impe-
rando, obiurgando , & cogendo dēmon adiuretur . Hoc enim docuit
D. Thom. 2. 2. q. 90. ar. 2. Et tam hanc, quām præcedentem assertiōnēm
complexus est D. Augustinus lib. 10. de Ciuit. Dei c. 22. dicens : *Vera pie-
tate homines Dei aeream potestatē inimicam, contrariaq; pietati exorcizan-
do cīcīunt, non placando : omnes tentationes, aduersitatesq; eius vincunt orāno
non ipsam, sed suūm Deum aduersus ipsam .* Et Tertullianus lib. de Anima
c. 57. *Spiritualia,* inquit, *nequitia non quidem socia conscientia ; sed inimica
scientia nouimus ; nec inuitatoria operatione ; sed expugnatoria dominatione
tractamus .*

354.
Demon ē adiu-
randus, non ro-
gando; sed ob-
iurgādo & im-
perando.

Ex his colligitur primō , nulla ratione esse licitum alicui , dēmones adiure
rate adiurationē deprecatiua, idest ipsum deprecando dēmonem , vt ob Dei
nomen exeat è corpore obſessi : nec etiam imperatiuē, aut deprecatiuē pre-
cipiendo, aut rogando , vt nobis dēmones aliquod obsequium, qualiscumq;
generis sit illud, aut qualecumq; beneficium p̄fētent . Quod docent D. Tho.
2. 2. q. 90. ar. 2. & ibi Caietanus ar. 1. D. Anton. 2. par. tit. 10. c. 8. Syl-
uest. verbo adiuratio, q. 7. & ibi Ang. nu. 2. & 4. Tabiena nu. 6. Sotus lib. 8.
de Iustit. q. 3. ar. 2. Suarez tom. 2. de Religione lib. 4. de Adiuratio c. 2. nu. 8.
& 9. & Leonard. lib. 2. de Iust. c. 42. dub. 13. nu. 70. & 71. qui latissimē pro-
bat ex multis scripturæ, Sanctorumq; testimonij, & rationibus, soluensque
contrarias dicit esse de fide . Valentia 2. 2. disp. 6. qu. 8. punēt. 2. quest. 2.
Et Sanchez lib. 2. in præcepta Decalogi cap. 42. num. 19. omnes prædictos
DD. referens . Et contrarium facere est culpa mortalis grauissima : Vt be-
nē docent Caietanus ibi, Sylvest. ead. q. 7. & q. 5. Tabiena eod. num. 6. con-
clus. 6. Armilla verb. *Adiuratio in fin.* Nauarrus summa cap. 11. Hispano
num. 27. Latinē num. 28. Et ratio est , cur non imperatiuē : quia Christus
non reliquit potestatē Ecclesiæ aduersus dēmones , nisi ad eos arcendos ,
vel repellendos tanquam hostes, ne nobis nocerent; quod est ab eorum societate
recedere . At velle vti eorum ministerio, & obsequio, pertinet ad quod-
dam pactum , & societatem cum ip̄sīs . Cur autem non etiam deprecatiuē
liceat petere , vt exeant à corpore , ex se constat : *Quia tunc beneficium
ab eis liberaliter conferendum expectatur;* quod est quedam pacti, & societatis
cum ip̄sīs inchoatio . Item quia quidquid dēmon sua spontē in nos

194 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

confert, id omne ab hostili eius animo in nos, & in ipsummet Deum profiscitur: Semper enim eò spectat, vt Dei gloria obscuretur, & nos ipsum offendentes æternam damnationem incurramus: Ita Sanchez loco cit.

§. II.

355.

In Coniuratio-
ne duo sunt.
(Obiurgatio.
(Præceptum.
Obiurgatio de-
scribitur.

Colligitur secundò, in coniuratione, qua dæmones adiurantur, duo principaliter inueniri, Obiurgationem scilicet, & Præceptum.

Obiurgatio (vt sumitur hic) est dæmonis increpatio, ac operationum eius reprehensio, qua eius superbiam coercet, & impedit ne actu ita Vexatum, seu Energumenum tentet, vel affligat. Dum enim ab Exorcista dæmoni crimina ipsius obijciuntur: vt fit in Rituali Romano, in quo Sathanas vocatur inimicus Dei, hostis humani generis, mortis adiuuentor, vita raptor, iustitia declinator, malorum radix, fomes vitiorum, seductor hominum, incitator inuidia, origo auaricia, causa discordie, spiritus immundus, serpens antiquus, seductor pessimus, plenus omni dolo, & fallacia, draco nequissimus, & cat. facile definit vexare Obsessum, ac tentare illum, & ignominia plenus confunditur; faciliusq; Exorcista obedientiam præstat: quia Vexatus facilius actus fidei, ac confidentiae elicit, cum possidentis dæmonis cessat tentatio; atque vexatio minus eum affligit. Maximè cum illi obijcitur sui status origo, rebellio, apostasia à suo Creatore, à paradisi sedibus deiectione; penæ, quas sustinet, nempe diuinæ visionis priuatio, passiones vehementes iræ, odio, tristitia, desperationis, & huiusmodi, quibus acriter affligitur; & ignis gehennalis, quem sustipebit in æternum. Quenam autem obiurgationes sint aptiores; & quomodo sint facienda, patebit infra par. 3. nn. 660.

356.

Præceptum de-
scribitur.

Alterum, quod principaliter in adiuratione continetur, est præceptum, quod est ordinatio, seu mandatum, quo diuina virtute efficaciter astringitur dæmon ad Exorcista, vt ministro Christi, & Ecclesie præstandam obedientiam. Dico efficaciter: quia supposita dispositione necessaria in patiente, dæmones adiurati non possunt non obedire, à diuina virtute compulsi ex promissione facta. Marci vlt. à Deo in se creditibus: *Signa autem eos, qui crediderint, hec sequentur: In nomine meo dæmonia ejcent*, quando expulsio dæmonis obsesso est profutura.

Præceptum autem, quod iuxta artem exorcisticam dæmonibus fieri potest, est quintuplex, videlicet Commune, probatum, lenitium, instructuum, & expulsuum. De singulis agetur infra num. 662. & sequentibus.

Q V A E S T I O N E IV.

*An Creature irrationalis, vt locusta, nubes, sal, aqua, & ceteris
licet adiurari possent.*

357.

Creature irra-
tionales secun-
dum se non pos-
*sunt propriæ
adiurari.*

Respondet, huiusmodi creature secundum se non posse propriæ adiurari: Ita docet D. Thom. 2.2. q. 90. ar. 3. Sotus lib. 8. de Iust. q. 3. ar. 3. Suarez tom. 2. de Religione lib. 4. de Adiuratione c. 2. nn. 12. & Sanchez lib. 2.

Art. VI. Prudentia in rectis semitis eligendis. 195

in precepta Decalogi cap. 42. nū. 37. Ratio ea est : quia, cum adiuratio respetu illius, qui adiuratur, sit quædam obsecratio, petitio, aut imperiū, & creaturae irrationales nō sunt capaces talium actionum : quia tam petitio, quam præceptum propriè sumptum non percipitur nisi intellec̄tu, & ratione, ergo ex hac parte non possunt creature irrationales propriè adiurari. Non enim haec creature mouere se valent ex intentione ad nocendum nobis : vt euenit in animalibus irrationalibus: vel in nubibus, tempestatibus, & his similibus.

At integrum est, ea omnia adiurare, quatenus ab alio mouentur. Cum ergo possint, & à Deo, & à dæmone ad id moueri, quando mouentur à Deo, adiuranda sunt deprecando Deum, vt id malum auertat ; quando verò à dæmone, imperando illi, ne moueat, sed nocere desistat : Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 90. ar. 3. ab omnibus receptus. Quare in exorcismis, et si quandoque verba adjurationis ad ipsas met creature irrationales dirigantur, vt dicēdo : *Exorcizo te creatura salis : coniuro te creatura aquæ : coniuro vos nubes, & cat.* nō est intentio dirigendi ad ipsas, quasi ipsæ adjurationi conniuere debeant, auertendo malum; sed vele adiuratio ad motorem dirigitur, quasi dicatur : *Coniuro vos dæmones, ut ab hoc sale, ab hac aqua recedatis, ne tempestates excitatetis, & cat.* Ad ipsas autem aliquo modo, dirigitur ut poterit ad illas, in quibus recipitur illa operatio, seu effectus nobis aduersus, quem per adjurationem aduertere conatur : Ita Valent. 2. 2. disp. 6. q. 8. punt. 2. ad fin. Sanchez loco cit. num. 38.

Q V A E S T I O N E .

An Adiuratio beat fieri per Deum solum, an etiam per creature.

Primò dico, Deum adiurari posse per Deum ipsum. Nam sæpè obsecratio fit ad Deum per ipsum : vt Daniel c. 9. *Ne moreris propter temetipsum Deus meus.* & Psal. 24. *Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Saluator meus, & cat.* Et reminiscere miserationum tuarum Domine, & cat. & infra : *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo.* Et alij Prophetæ sæpe hoc modo orabant. Per temetipsum fac hoc Deus. Illa autem verba habent vim, & formam adjurationis. Item rectè à Deo petimus propter ipsius infinitam bonitatem, clementiam, pietatem, ac misericordiam : Sæpe per fidelitatem, & veritatem eius vim faciendo in promissis eius, quæ eius fidelitate innituntur, vt ferè in omnibus illis actibus confidentia erga Deum posui par. 3.

§. I.

Secundò dico, Deum adiurari posse per Christum. Constat ex illis Ecclesiæ precationibus, *Per admirabilem ascensionem tuam, &c.* in quibus censetur adiuratio contineri ; quæ potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt deprecationis sit ad Deum vt Deus est ; sed ratio obsecrandi sumatur à mysterijs factis circa Christum, vt hominem : sic adiuratur Deus, vt Deus, per

Ratio dictat.

358.
Vtile est eas
adiurare ut
mouentur ab
alio.
Quomodo.

359.
Deus adiurari
potest per Deum
ipsuum.
Vers. II.

360.
Deus adiurari
potest per Chri-
stum.

196 Par.I.Cap.III. De Exorc.virtutibus ornato.

opera humanitatis, seu opera in humanitate, vel per humanitatem facta: sic adiuratur Deus per aliquid creatum. Alio modo potest intelligi, ut tota petitio, & obsecratio immediatè referatur ad Christum hominem, ut homo est; & sic adiuratur (propriè loquendo) Christus ipse propter seipsum, repreäsentando illi aliquam rationem largiendi, quod postulatur, ex ipsomet sumptam, eo modo, quo dicebamus Deum per semetipsum adiurari: Ita Suarez loco cit. c. 3. nn. 3.

§. II.

361.

Dens adiurari potest per Angelos, & Santos regnantes in Celo, Etiam per Viatores, qui iusti reputantur.

Tertiò dico, Deum adiurari posse per Angelos beatos, & sanctos non solum iam cum Christo regnantes; sed etiam per Viatores, qui iusti reputantur, & per eorum metira, vel intercessiones. Ratio est: quia Deus sæpe vult per huiusmodi rationes beneficium concedere, & non aliter. Non quia (cum in tempore adiuratur) incipiat ab illis moueri; sed quia ab eterno sæpe statuit dare intuitu illorum, & nō aliter; ideoq; etiam voluit à nobis sic obsecrari. Præterea quia inter viuentes iustos voluit Deus esse communicationem aliquam in bonis operibus, ac meritis, & vni solet benefacere propter alios: ideo etiam potest per Viatores iustos adiurari vel in communione (si oratio sit publica, quomodo Ecclesia sæpe Deum adiurat propter omnes Sanctos: vel propter iustos in communione, & in confusione): Vel in oratione priuata propter talem, vel talem personam, quam orans existimat esse sanctam. Sicut enim unus Viator potest se alterius orationibus commendare: ita potest per ipsum peterē, & adiurare Deum: Ita docet Suarez loco supra citato nn. 3. & Sanchez lib. 2. in præcep. Decal. c. 42. nn. 2.

§. III.

362.

Deus non potest adiurari p. alias creatureas inferiores. Ratio dictat.

Quartò dico, Deum non posse adiurari propter alias creatureas inferiores vel in natura, vel in statu gratiæ: Ratio est: quia nec dignitas talis creature, nec opera aliquid valere possunt apud Deum ad impetrandum aliquid ab ipso. Immò si quis rectè considereret, quando adiuratur Deus per rationem creatam, seu per creaturam aliquam, semper est, in quantum includit aliquam singularem participationem diuinæ bonitatis, que interdum habet adiunctam promissionem; vel saltem respicit maiorem gloriam, & honorem Dei, qui ex tali opere resultare potest. Vnde sicut iuramentum per creature resolutur in Deum eorum Auctorem: ita dici potest de adiuratione Dei, quoties fit per commemorationem alicuius effectus creati, ibi intuloi Deum ipsum, ut auctorem eius, qui ratione sui honoris, ac maiestatis; vel verbi, aut misericordiæ ex uno opere suo quasi inducitur ad aliud faciendum: Ita eruditè docet Suarez loco cit. nn. 4.

363.

Dæmones per Deum ipsum vel expressè, vel tacite adiurandi sunt.

§. IV.

Quintò dico, dæmones per Deum ipsum vel expressè, vel tacite, & non aliter adiurandos esse. Conclusio habetur ex vsu Ecclesiæ; Consuevit enim

Art. VI. Prudentia in rectis semitis eligendis. 195

enim adiurare dēmonem per Deum viuum, per Deum verum, per Deum sanctum. Item per Christum, qui est verus Deus: item per Crucem eius; sed prēcipue per Sanctissimum nomen Iesu: vt ipsemet docuit Marci vlt. dicēs: *In nomine meo dāmonia eiciēnt*. Et licet in adiurationē per crucem, & nōmen eius explicitē non inuocetur Deus ipse; tamen implicitē ibi continetur: quia crux est instrumentū Diuinitatis, & per habitudinem ad illam habet virtutem contra dēmones: Nomen autēm Iesu est nomini salutis, seu Salvatoris, qui est Deus, & homo; immō est nōmen, in quo non tantū dēmones eiciuntur; sed etiam in quo oportet nos saluos fieri, vt docet D. Petrus Act. c. 4. Et eodem modo interdum adiurantur dēmones per Sanctos, quos ipsi magis timent; non propter eorum naturale in virtute in, immō nec propter gratiam infusam prēcisē spectatam, vt habentem sanctificat, & bonum reddit: quia p̄r illam solam virtutem non possunt homines cogere, aut arcere dēmones; nisi Deus Sanctis suis, vel Ecclesiae suae peculiarem virtutem ad hoc conferat.

Hac ergo ratione adiuratio dēmonis semper fit per Deum vel in se, vel in Sanctis suis, aut in suis instrumentis inuocatum: quia (vt supra diximus *nu. 354.*) dēmon non adiuratur prece; sed coactione, & imperio, quae non est in re creata, nisi virtute Dei: quia vt dicitur Iob 41. *Non est potestas super terram, qua comparetur ei.* Imō probabile est, neque Angelos Sanctos posse virtute naturali dēmones cogere saltem comparando maximum ad maximum, & multitudinem ad multitudinem cum proportione: quia plures dēmones (vt creditur) perfectiores sunt in naturalibus aliquibus Angelis cum dicta proportione loquendo, vt breuiter annuimus supra *num. 149.* Ob hanc ergo causam adiuratio dēmonum fieri debet in virtute ipsiusmet Dei, vt recta fide, & efficaciter fiat: Ita eruditē docet Suarez *tom. 2. de Religione, lib. 4. de Adiuratione cap. 3. num. 7.*

364.

Q V A E S T I O N I .

Quānam cautelā snt seruanda ab Exorcista, vt adiuratio suum habeat effectum.

Primō Exorcista seipsum maximoperē parare debet per orationem, & ieiunium eo modo, quo docetur infra *par. 2. vbi de Aegroto orante, & ieiunante;* ac prēcipue captiuando intellectūm in obsequium primæ veritatis, quae est sapientia increata; ac voluntate firmiter ei adhērendo, que manifestatur in diuinis scripturis, quarum parua sylva supra *nu. 242.* & seqq. fuit proposita, credendo firmiter, ac confidendo, quod Deus, ratione suæ infinitæ bonitatis, ac fidelitatis infallibilis concurret cum ipso Exorcista, cùm dēmoni prēceperit ea, quae ad eius expulSIONEM à corporibus obsecris, & à rebus ad homines spectantibus pertinere dignoscuntur, si talis expulsio fuerit salutaris, ac cætera extiterint requisita.

Constat ex usu
Ecclesiæ.

365.
Exorcista va-
care debet ora-
tioni, & ieiunio.

§. I.

366.

*Accedere debet
ad dæmonē ex-
pellendum, vt
iudex.*

Quomodo.

Secundò post efficaces orationes, & precatioñes ad Deū effusas, & actus fidei, ac confidentia in Deum efficaciter elicito, (considerata facultate sibi à Chtisto, & ab Ecclesia tradita, Beatissimæ Deiparæ, ac Sanctorum patrocinio implorato; obseſſoq; seu maleficiato circa ea, quæ credenda sunt; & adimplenda perfectè instructo, & probato, vt docetur infra par. 3.) tunc accedat ad suum munus exequendum, non vt miles ad pugnandum contra validissimum hostem, vt communiter loquimur, (hæc enim pugna in oratione debet fieri;) sed vt iudex à Deo, & ab Ecclesia delegatus: Non ad omnia aduersus dæmonem pro voto suo adimplenda, vt supra dictum est; sed tantùm ad illum, vt reum iam per fidem obſeffi, vel maleficiati vincit, ac conuictum per potestatem Exorcistæ à corpore obſeffi, vel maleficiati; & à rebus ad homines spectantibus expellendum.

§. II.

367.

*Inſtruendus ob-
ſeffus, vt cre-
dat Exorcistam
habere poſta-
tē dæmones ex-
pellendi.*

Tertiò, Exorcista antequam aliquod aduersus dæmonem formet preceptum, breuiter instruat Energumenum, vt credat, ipsum esse ministruin Dei, & Ecclesiae, & habere à Deo, & ab Ecclesia potestatem ad dæmones expellendos ab hominibus, & à rebus ad homines spectantibus: Moneatq; vt attendat instructionibus, ac præceptis ab ipso Exorcista dæmoni faciendis, aliter diabolus difficulter obediet Exorcistæ: Nam dæmones operantur in corpore patientis magis, vel minus iuxta imperfectione fidei, ac confidentia in Deum maiorem, vel minorem ipsius patientis. Si obſeffus accedat ad Exorcistam cum fide inheſitante, quod à Deo, mediante præcepto ab Exorcista dæmoni faciendo, sit libérandus, iste facillimè liberabitur, & dæmon Exorcistæ obediet iuxta fidem ipsius. Si autem accedat ad Exorcistam cum fide heſitante, dæmon nisi cū difficultate obediet Exorcistæ. Vnde aliquādo euenit mihi, quod, dum ad me accessisset aliqui Maleficiati maximam habentes fidem, quod à maleficio liberarentur, vt cognoscerem, an verè à dæmone eſſent vexati, aut maleficio affecti, dæmoni præcepi latino idiomate, vt coram me illicō in eos aliquam leuem efficeret vexationem; sed totum oppositum euenit: Nam ad illud præceptum, dæmon sine mora maleficium abstulit, & à Maleficiatis aufugit, ipsiq; Maleficiati pristinæ restituti sunt sanitati. Mihi autem ab eis ſciscitanti, quid per illa verba, quæ enunciaueram, intellexissent, & credidissent. Responderunt, ſe credidisse, quod dæmoni præcepillem, vt recederet ab eis, nec amplius eos diuexaret: Quare utile erit, vt prius explicetur Vexato præceptum, antequam fiat, vt magis ac magis in eo fides augeatur, ſic magis, magisq; dæmonis potestas diminuat: vt docet S. Cyprianus tract. 4. de Idolor. vanit. dicens: *Dæmones vel exiliunt statim: vel euaneſcent gradatim, prout fides patientis adiuuat: aut gratia curantis aspirat.*

§. III.

Quartò, etsi decentius sit, formare præcepta latino idiomate propter ipsius grauitatem, & elegantiam; attamen si patiens illud non intelligat, melius erit ea proferre in lingua materna patientis. Cum n. ex præcipuo fundamento huius artis difficulter possit dæmon ad aliquid compelli, non existente in paciente dispositione, sequitur, quod si ipse patiens præceptum non intelligat, non poterit ad ipsum ira benè esse dispositum, & per consequens diabolus non ita facilè obediet Exorcistæ, maximè in his, quæ spectant ad eius expulsionem.

368.

Præcepta fieri possunt vulgari idiomate.

Quare,

§. IV.

Quintò, cùm aliquid dæmoni est præcipiendum, attendat Exorcista, quod Vexus non sit aliqua passione perturbatus: quia tunc mens Energumeni attendens suggestioni dæmonis, non est ita benè disposita per fidem, ac confidentiam in Deo, ac in potestate exorcistica; siveq; diabolus Exorcistæ præceptis difficulter præstabit obedientiā. Idcirco prius, (si opus sit) seorsum patientem interroget: an aliqua passione, ac tribulatione sit turbatus; vultum eius consideret, an sit hilaris, vel mestus, quod facile ex oculis cognoscet. Nec ad ultimum dæmonem expellendi præceptum deueniat, nisi prius ille ad quietem, & attentionem, & fiduciam perfectam re-ducatur.

369.

Præcepta non fiant, si patiens sit aliqua passione turbatus.

§. V.

Sextò, quando Exorcista, ad dignoscendum, an vexatio patientis sit à dæ-mone; vel à causa aliqua proueniat naturali: vel etiam ad instruendum in fide Obsessum, vel Maleficatum, (si ita sit) vult dæmoni aliquod facere præceptum, puta vt aliquam ex solitis leuem in Patiente causet vexationē, dæmonem diu illum vexare non permittat; sed citò ei præcipiat, vt patienti grauamen, seu molestiam inferte prætermittat.

370.

Non permittatur dæmon diu obsessū vexare.

Si verò dæmon Energumenum aetu vexet, eumque ab vsu sensuum alienet, illicò Exorcista magna fide suffultus in nomine Iesu dæmoni præcipiat, vt Energumenum diuexare cesseret, nec sensuum usum impeditat, vt necessaria de fide instruções deuotè, & attentè percipere valeat. Et si opus sit, obiurgationes adhibeat inferiùs positas nu. 660. vt dæmonis audaciam facilius confringere valeat, ac ipsius contumaciam refrenare.

371.

Nec usum sensuum impedire.

§. VI.

Septimò, si dæmon per os Energumeni loqui præsummat, Exorcista silentium illi imponat exemplo Christi Luce 4. qui dæmoni dicenti: *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene venisti perdere nos? Scio te, quod Sanctus es Dei,*

372.

Silentium dæmoni imponatur.

silentium imposuit, licet veritatem fateretur. Et increpauit illum Iesu dicens: Obmutesc, & exi ab eo. Vnde Marci 1. & Lucæ 4. habetur, quod non sinebat ea loqui.

373.
Potes̄ quādōḡ
interrogari de
tempore ingre-
sus.

Potest tamen quandoque Exorcista dæmones interrogare, quo tempore in corpus Obsessi sunt ingressi, vt ex hoc agnoscat: an cruciatus à Patientē tolerati à causa naturali, vel præternaturali fuerint excitati: vt egomet cum illo dæmone feci, à quo vexatus fuerat homo ille, de quo supra num. 86. Quod aliás etiam cum alijs præstiti dæmonibus, antequam illos in virtute Dei ab obsessis corporibus expellerem; vt scirem, quomodo, & quando ingressi essent in corpora illa, vt sic etiam Energumenis illis ad se ipsos impoſterum à dæmonibus cauendum, ac præseruandum remedia traderem op̄portuna.

374.
Prīus interro-
gandi sunt pa-
rentes, sicut &
ipſe obſeſſus.

Veruntamen prius interrogandi sunt ipsius Obsessi parentes; deinde ipse Obsesus dæmoni in nomine Iesu præcipiendo, ne internis, vel externis Energumeni sensibus impedimenta ingerat. Sic Christus Marci 9. cum sibi filius quidam habens spiritum mutum fuisset adductus, interrogavit Patrem eius dicens: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infan-
tia. Vbi D. Petrus Chrysol. serm. 51. de Dæmoniaco ait: Revoluit infan-
tiam Christus, ut tanti mali causa non tangat sobolem, sed parentem.

§. VII.

375.
Quinam ſint
obſeſſi tantū
ſiſtē, & imagi-
nariē.

Experientia-
comprobatur.

O Caud, si Exorcista, personam, qua tanquam obsessa ad eum configit, vt exorcizetur, non esse verè, ac realiter; sed tantum imaginariè, auſtē obsessam vereatur, in eam exorcizando cautelam mox infra ponendam adhibebit.

Sunt n. aliqui, qui non verè, sed duntaxat secundum suam imaginationē sunt obsessi: vt aliquando in mulieribus menstruorū defectum patientibus accidit, de quibus supra num. 88. Alij sunt, qui se à dæmone obsessos, sed ob diuersos fines effingunt. Nam aliqui, vt astantium viscera ad pietatem commouentes, eleemosinis eorū suā propriā subleuent paupertatem: Qui-
dam, vt ab aliqua se oppressione, vel afflictione diripient: vt mulieres iuuēculæ, que quandoq; senibus nuptæ matitis, cum ob nimiam zelotipiam, quasi captiuæ teneantur; vt aliquali valeant perfici libertate, se à dæmone obsessas testantur, die, noctuq; clamant, variasq; præstant infanias, vt maritus modò huc, modò illuc: nunc ad istum, nunc ad illum Exorcistam èas-
ducere compellatur. Alij se dæmoniacos simulant, vt ecclesiasticos ritus conteignant, Exorcistas subsannent, eorum artem Exorcisticam infament, obsessosq; veros, ac maleficio affectos à remedia sacra ab Ecclesiasticis mi-
nistris querendo, & adhibendo auertant. Hoc præstant aliqui Magi, Ma-
lefici, ac Sagæ, sicut experientia pluries comprobaui: Fingunt enim se à demone obsessos; vñā cum alijs, (& fortasse eorum opere) maleficio affec-
tis, aut obsessis ad Exorcistas accedunt: astant, dum alij exorcizantur, laudantq; ac magnificant opera Exorcistar, dicuntq; se maximam habere
fidem, quod procul dubio à quacumq; dæmoniaca liberabuntur vexatione:

gen-

Art. VI. Prudentia in rectis semitis eligendis. 201

genuflexi ante Exorcistam ei membra corporis indicant, in quibus affligi se à dēmone dicunt: Exorcista, (si cautus non est) more solito dēmoni, vt è corpore exeat, nec amplius illos vexet præcepta imponit; sed ipsi omnibus audientibus, ex eius præceptis, & exorcismis nullum sentire leuamen, nec cessare dolores, nec dēmoniacas vexationes remitti; aut dimittui, quamuis maximam habeant fiduciam audacter respondent: sic contra Exorcistam murmurantes, eius famæ, honori, & arti detrahentes recedunt, ceteris postea à maleficio liberatis, & à dēmone. eruptis, dicentes: *Heu quam stulti sumus, hisce credere impostoribus, & incantatoribus!* Maxima cum fide accessi ad istum Signatorem, nec tamen eius signamenta quicquam mibi profuerunt: sic quoq; de vobis erit: videbitis, quod breui tempore eisdem vexationibus, ac doloribus eritis affecti. Hoc autem dicunt, vt illorum fidem diminuant, ac de Dei protectione diffidant: qui si patientes aures illis præbeant, iterum (dēmonis operante virtute) nouis afficiuntur maleficij: & sic magis Maleficorum, ac Sagarum verbis, quam Exorcistarum eruditionibus, ac monitis sacrissimam præstantes, (Deo permittente) nouis à dēmone affici vexationibus promerentur.

*Verba obter-
storum.*

§. VIII.

Vergò Exorcista istorum obsessorum fictiones agnoscere valeat, eos prius interroget, in quibus corporis membris vexationes sentire cōsueuerint; deinde, si vexatus pretensus latini idiomatis sit ignarus, tali idiomate præcepta formet. Si verò gnarus sit, vt præceptum tale minimè intelligat, formet illud voce ita submissa, quod ipse audire nequeat, præcipiendo dēmoni (si in illo corpore adsit) vt aliquam ex illis, quibus, ait obsesus solere in se affici, causet vexationem, vnam tantum præcisè nominando, prout expediens esse iudicauerit: quod si dēmon aderit, præceptum quidem intelliget, cui, et si non facile obedierit in recedendo à malo, cùm ab obesse, aut maleficatio præceptum non percipitur; attamen cùm sibi ab Exorcista præcipitur, vt vexet, facilius obtemperat præcepto, quamvis illud à paciente non intelligatur. Si ergò verè, ac realiter patiens à dēmone fuerit obsesus, dēmon illum in ea corporis parte vexabit, quam vexandam ab Exorcista per præceptum fuerit ei imperatum: & tunc patientem, quid sentiat in corpore suo interrogare valebit, vt an patientis verba veritati præcepti sint conformia dignoscat. Si autem patiens non verè, ac realiter; sed tantum imaginariè, aut fictè obesse fuerit, cum Exorcista præceptum non intellexerit, nec in eo sit vlla vexatio, cum Exorcista ipsum interrogauerit, in qua parte corporis dēmoniacam sentiat vexationem, vnum pro alio respondebit; siccq; tolletur larua diabolo, ac omnis dolus aperietur.

*376.
Cautela ser-
uanda cum hu-
iusmodi suspe-
ctis.*

§. IX.

Nonò, cum Exorcista aliquod præceptum dēmoni facit, admoneat ob-
sessum (si adimpleri desideret) quod nullo corporis motu, aut actu
sive

377.

Dæmon ab ob-
jesso non motu
corporis, sed
actibus fidei ad
obedientiam est
compellendus.

sive interiori, sive exteriori dæmonem ad obedientiam compellere debet; sed potius actibus fidei, & confidentiæ in Deum, intelligentiæ, & attentio- nis ad id, quod præcipitur ab Exorcista. Diabolus enim, cum spiritus sit spiritu, & non aliquo corporis gestu, est compellendus. Et interim obse- sus membra corporis sui, ac si sua non essent, relinquere debet, & qualiter diabolus inxta præceptum ab Exorcista factum operetur in illis obseruare, & de tanta dæmonum subiectione lætari, simulq; diuinam maiestatem, ac potentiam, qui nobis tot, tantaq; beneficia contulit collaudare.

§. X.

378.
*Experiencia in
quibus prius
sint facienda.*

Decimò, quando plures sunt exorcizandi, probationes, & experientiæ, (de quibus infra par. 3.) primò in his, qui maiorem possident fidem, ac capacitatem, magis, magisq; intentioni Exorcistæ se conformant, sunt facienda, vt id alij obfessi videntes, fidem in Exorcismo requisitam, ac confidentiam in Deum facilius concipient. Et interim prudens Exorcista omnium motus, attentionem, ac dispositionem consideret, eosque aliquando interroget; & iuxta ea, quæ proprijs oculis vident, ad actus fidei firmæ, ac inhæsitantis confidentiæ pro sua liberatione eliciendos doceat, ac cōfirmet.

In hac enim arte plures vexatos simul ad exorcizandum admittimus contra regulas antiquorum Exorcistarum c̄rēdentiū, vnum vexatum impediri per alium; & dæmones se inuicem adiuvare; quod falsum esse experientia ostendit. Inmò ex multorum simul obfessorum adiuratione multa bona dimanare probantur. Primum: quia vnico actu eandem doctrinam omnes capere possunt; sicut ab uno Concionatore totus populus edocetur. Secundum: quia plures experientiæ, quæ secundū diuersitatem patientium fūt, videntur. Tertium: quia plures dæmonum malitiæ aperiuntur. Quartum: quia magis ostenditur diuina liberalitas, Ecclesiæ splendor enitescit, & Ministeriorum eius auctoritas manifestatur. Quintum: quia vexati magis animantur ad resistendum dæmoni, & minori verecundia afficiuntur videntes alios eiusdem conditionis. Sextum: quia dæmones magis confunduntur, dum omnes simul obedire tenentur. Et tandem, quia maius est commodū Exorcistæ, qui uno die decem, aut quindecim, & amplius potest liberare, vexatos, quos separatim non posset uno mense. Maior etiam appetet modestia, & minus periculum scandalorum. Præceptum tamen ultimum dæmonum expulsuum, licet contra omnes dæmones in varijs corporibus existentes vnicum proferri posset: attamen singulum super singulos Obsessos enunciari debeat: sicut etiam inuestigatio, & probatio particularis pro unoquoq; distinctè præstanta est: quia sic melius per fidem, & confidentiam in Deum vexatus ad suam disponitur liberationem.

§. XI.

379.

Vndecimò, quia Vexati non omnes eiusdem sunt conditionis; non eodem modo cum omnibus est procedendum. Quidam enim sunt rudio-

Art. VI. Prudentia in rectis semitis eligendis. 203

rudiores, & cum his magna patientia, prudentia, ac dexteritas requiritur, ut doctrinam capiat. Alij sunt timidi, & hi ad curandum sunt difficillimi: quia difficulter actus fidei firmæ, & inhaesitatis pro sua liberatione elicere queunt. Quidam sunt duri capitum, & propriæ ceruicis: & hos facile diabolus decipit, ne Exorcista instructionibus fidem præsent. Quidam sunt verecundi, & sub verecundia diabolus malitiam suam occultat. Alij aliarū sunt conditionum, ac proprietatum. Cum rudibus pedetentim, & paulatim procedendum est. Cum timidis semper ad eos roborandum, animandum, & confortandum intendendum est. Duris, & in propria sententia obstinatis, debere esse humiles, & in omnibus iudicio Exorcista subiace-re est ostendendum. Verecundi, non in loco publico, aut coram perso-nis, de quibus verecundari possint, sunt exorcizandi: & omnibus accom-modare se debet Exorcista.

Non eodem mo-do cum omnibꝫ
Vexatis est pro-cedendum.

Quoad locum autem, in quo adiurandi sunt obsecsti, licet secundum regulas antiquorum Exorcistarum sit Ecclesia; nihilominus ad inconuenientia viranda, quæ sæpius ex populi multitudine assistente euenire solent, qui non deuotionis gratia; sed curiositatis causa confluunt, sanum erit consiliū, si Exorcista paucis præsentibus, puta consanguineis, domesticis, aut amicis personæ obsecstæ, & vno saltem (si possibile sit) Ecclesiastico, aut Religioso, & non coram totius populi multitudine congregara, in aliquo secreto Ora-torio; vel etiam ipsius obsecsti domo ante imaginem Domini Nostri Iesu Christi, ac Beatissimæ Virginis munere suo fungatur. Idipsum etiam suis subditis suadere videtur Reuerendiss. P. F. Franciscus à Longobardia Ordini S. Francisci Minister Generalis; vt habetur apud Peirinum in *Formul. Prelat. litera E.*

380.

Locus magis
aptus ad exor-cizandum qui-nam sit.

§. XII.

D Vodecimè, in toto illo tempore, in quo explicatur instructio, & fit actus exorcismi, Exorcista sæpius patientem quid sentiat interroget: & quid audiat: quidue sibi suggerat dæmon: cui rei attendat: quid cogitet: quid denique timeat; vt ex hoc illusiones, & tentationes dæmonum, quæ illo tempore sunt innumcrabiles, cognoscantur. Patientem insuper, qualiter se habere beat tempore illo intermedio, idest inter actum instructio-nis, & exorcismi edoceat; vt videlicet Sacra menta frequentet; se à peccato abstineat; virtutū actus, humilitatis nempè, patientiæ, charitatis erga Deū, & proximum, conformitatis diuinæ voluntati, & huiusmodi exerceat; re-cordetur eorum, quæ sibi ab Exorcista fuerunt imperata, vt ea opere compleat, præcipue de contemnendo, ac detestando dæmones, de non timendo illos, de eliciendo sæpius fidei, ac confidentiæ in Deū actus, ipsum humili-ter, ac deuotè pro sua liberatione deprecādo, vt infra par. 3. sæpius tradetur.

Ipse verò Exorcista singulis diebus, quibus exorcizare vult patientem, ordinem habendum in tali actu, puta quām velit tradere instructionem, quā facere experientiam, quid præcipere, quid obseruare prius præmeditetur: & quicquid est faciendum, prudenter, ac sapienter ordinet, ac disponat, se-dule

381.

Interrogandus
Obsecsus de ac-cidentibus tem-pore instruc-tionis.


382.

Exorcista sem-per sit paratus
ad ritè munus
suum obeundū.

dulè orationi, ac ieiunio corporali, ac spirituali incumbendo eo modo, quo
parte secunda docetur; ne ad tantum ministerium obeundum imparatus
 accedat.


Quare ex omnibus in hac prima parte disputatis facile colligitur, Exorcistam ut rectè, tutò, & efficaciter suum valeat exercere munus, debere esse ordinis exorcistici, vel sacerdotalis: iurisdictionis ordinariae, aut delegatae potestate donatum; Scientia prædictum, qua maleficiorum causas efficientem, cooperantem, instrumentalem physicam, vel moralem, ac permittentem cognoscat: nec non signa probabilia, & certitudinalia, ex quibus morbos maleficos à naturalibus discernere valeat: ac optimè suam potestatem, & remedia spiritualia, quibus ad dæmones expellendos, & eorum opera destruenda sibi est vtendum noscere debet: Virtutibus, fide, scilicet spe, confidentia, charitate erga Deum, & proximum, fortitudine, patientia, perseverantia, ac prudentia prædictum, ut eratores vitando, ac semitas rectas eligendo, finem, quem intendit, nempe dæmonum confusionem, & expulsionem, ac tâdem Sanctiss. Nominis IESV gloriam, & honorem consequi mereatur.

Finis Prima Partis.



MANVALIS EXORCISTARVM, AC PAROCHORVM

Pars Secunda.



D E Æ G R O T O .



IDIMVS, quisnam sit Exorcista Medicus spiritualis per similem Filio hominis designatus, consequenter de Ægroto obfesso, aut maleficiato; vel etiam morbo naturali detento, aut in quacunque necessitate constituto agere, est consentaneum. Quem possumus asserere à Ioanne aliquo modo representari eo modo, quo S. Augustinus *tract. 49. in Ioannem*, Lazarum hominis irrepeccato sordeſcentis typum referre docet. Etenim Ioannes à ministris diaboli persecutionem patitur: quia imperatorio Domitianī mandato in Patmos relegatus erumnis afficitur: Ægrotus obfessus vexationem sustinet ab ipso dæmonē, qui obſidendo, & poffidendo interiūs, & exteriūs totum hominem torquet. Ioannes statim ac videt similem Filio hominis, timore corripitur, & cadens ad pedes eius tanquam mortuus iacet: Obfessus, qui absente Exorcista nullum timere videtur, ad eius præsentiam cedit adiuranti, obedit imperanti, voces degeneres emittit insultanti, concūlanti collum præbet, & mortis instar in terra voluntari non dignatur. Ioannes erigitur à Filio hominis, qui voce potenti, & contactu dexteræ animum dat pauenti: Obfessus per impositionem manuum, & rerū sacrarum applicationem (diuina operante virtute) roboratur, erigitur, & viuificatur:

Hic autem ægrotus debet esse in ſeipſo debitè preparatus, ut virtute exorcismorum sanitatem conſequi poſſit: cum idem in curatione diuina, ac in naturali contingat: Nam ſicut corporum Curatores antequām pharmacis videntur, ſolēt egros leuioribus purgationibus primò diſponere, & diſpositis

normatis

383.

*Aegrotus obf-
fus figuratus p
Ioannē in Pat-
mos relegatum.*

*Aerumnis affe-
ctum.*

384.

*Obfessus debet
effe bene diſpo-
ſitus.*

206. Par. II. Cap. I. De Ægroto orante Deum.

normam viuendi assignare, quam non decet prætergradi, si sanitatem obtinere pretendunt: Ita animarum Medici sollicitè curare debent, vt Arreptiti, ac Maleficiati præter desiderium, quo flagari debent suæ liberationis, & obedientiam, quam in omnibus Exorcistæ exactè prestante, ipsiusq; consiliū adimplere tenentur, debitam etiam, antequam exorcizentur, habeant præparationem, vt optatam salutem consequi mereantur.

385. *Diposito requista in ob- fesso est fides theologica, ac fiducia in Deum.*
Matt. 17. v. 15. *Quod si queras, quæna sit dispositio immediata necessaria egro ad Exorcistæ accedenti, audi Christum illâ Matth. 17. breuiter edocentem. Obtulerat Apostolis unus ex Iudeis filium suum habentem spiritum spumantem, aludentem, stridentem, & arescentem, vt illum expellerent. Quod cum frustra tentassent, egrotum adduxit ad Christum, ac genibus prouolutus ante eum dixit: Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & male paritur; nam s̄epe cadit in ignem, & crebra in aquam; & obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus ait: O Generatio incredula, & peruersa, quousq; ero vobiscum? usquequo vos patiar? quasi diceret: O Generatio sine fide, ac sine confidentia: Non enim homo ille firmiter credebat, quod Iesus posset sanare filium eius: vnde dixit ei: Si quid potes, adiuua nos misertus nostri. Non enim dixit: Scio, quod potes saluare filium meum: Sed si quid potes, vbi per illam particulam conditionalem, Si, ostendit, se ignorare, in Christo esse virtutem certam, & infallibilem ad démones expellendos. Quare Christus ostendit ei, ac docuit, fidem theologicam, nec non fiduciām in hésitantem necessariam esse, nedium Obsesso, ac Maleficio, sed quacumq; egritudine detento, & in quacumq; necessitate constitutus, (si à Deo liberationem à malo; vel quodvis aliud ab eo beneficium animæ salutare infallibiliter obtinere pretendat) qua firmiter, & sine hésitatione, credat, Deum nedium posse, ac scire; sed velle quodcumque salutare petitur, ratione sua bonitatis infinitæ, ac fidelitatis immutabilis, infallibiliter largiri tempore opportuno: Ideò dicit: Si potes credere, omnia possibilia sunt credendi: Quod benè testatur etiam Beda Venerabilis dicens: Impossibilitas curandi non ad imbecillitatem curantium; sed ad eorum, qui curandi sunt fidem referenda est. Aperte S. Cyprianus tract. 4. de Idolorum vanitate: Demones vel exilunt statim: vel evanescent gradatim, prout fides patientis adiuuat: aut gratia curantis aspirat. Et S. Athanasius orat. 1. contra Arianos: Omnes, ait, qui legitimè in Christum fiduciām habent, pedibus conculcant eum, qui hec verba dicebat Isaiae 14. In celum ascendam super astra Dei exaltabo solum meum, &c. Latissimè de modo omnibus accommodato quodcumque à Deo salutare cupientibus obtinere, actū est supra, vbi de Fiducia in Deum collocanda.*

Marci 9. v. 22.

Quazis esse de- beat.

386. Hanc autem fiduciām, quia tunc Apostoli perfectam quoad praxim, & exercitium non habuerunt, ideo dæmonem ab illo iuuene ejicere non potuerunt. Quare conuenienter Christus posuit secundo loco: *Hoc genus dæmoniorum non ejicuntur, nisi per orationem, & ieunium;* quasi diceret: quia non orastis, nec ieunastis, illum ejicere non potuistis, vt notat Abalensis q. 171. in cap. 17. Matthæi, vt ostenderet, & Exorcistam, & Obsessum orationi, & ieunio debere esse intentos: cum haec maximè disponant animos; vt fidei,

Infra nu. 463.
& 464..

ac confidentiae in Deum, qua dæmones expelluntur, ac cætera beneficia à Deo obtinentur, actus facillimè eliciantur. Quare vtrumque Obsesso, ac Maleficiato, seu alia ægitudine detentò, & in quacumque necessitate constituto necessarium est, vt ex illa theoria Christi, & practica Ioannis sequentibus capitibus demonstrabimus.

Cap. I. De Ægroto orante Deum.

Dignum sanè Ioanne exercitium, orationi vacare, dum similis Filio hominis sese eius conspectui offert. Nam illam sublimem, & excellentem fuisse, quis dubitat? cum Persona sit dignissima, Ioannes nempe, apostolatu, prophetia, martyrio, doctoratu, virginitate, contemplatione, amore, & gratia insignis. Locus solitarius, Patmos Insula longius à tumultuaria hominum habitatione semota. Tempus opportunitum, dies Dominica ecclesiastica institutione pietati consecrata. Causa, sancta, martyrium nempe, ac tolerantia persecutionū propter verbum Dei, & testimonium Iesu Christi. Denique modus excellens: *Fui in spiritu, inquit; Sic enim orat, vt intra se raptus excessum mentis patiatur.* Ideò ægroti est siue Obsessi, siue maleficio affecti, siue quocumq; morbo detenti, aut in quacumque necessitate constituti, vt maximam valeat assequi fiduciam, qua omnia petita beneficia salutaria a Deo obtinentur, assidue Deum exorare modo sequentibus articulis explicato.

387.

Aegroti exercitium debet esse oratio, ut maximam in Deum fiduciā eliciat,

ARTICVLVS I.

Contemplando Diuinam Prouidentiam.

Quām utilimum sit hic agere de Dei Prouidentia, ex eo colligitur; quod nemo confidentiam in Deum perfectè assequi potest, nisi qui & Prouidentiam Dei probè cognouerit. An sit Prouidentia, fulgimus querere: nam rectè Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromat. sub init. Sunt, inquit, questiones quedam dignæ, quæ puniantur: cuiusmodi est querere probationes, An sit Prouidentia; cum sit manifesta Diuina Prouidentia ex aspectu omnium, quæ videntur, effectorum, quæ arte, & sapientia constant. Est ergo Prouidentia.

Sed dices quid est Prouidentia? *Est ipsa*, inquit Boethius lib. 4. de consolat. philos. prof. 6. paulò à princip. diuina ratio in summo principe constituta, quæ cuncta disponit. Optimè de hac re Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa cap. 29. *Prouidentia*, inquit, est voluntas Dei, per quam res omnes apte, congrueq; gubernantur. Rem sic facilius intelligemus: Vedit Deus ab æterno, quæ ratione quævis res creata suum finem posset assequi; simul etiam omnia impedimenta videt, quæ in assequendo fine obicem ponere valeant.

Deinde hic idem optimus Deus sanctissima sua voluntate ea delegit submini-

388.

Ex contemplatione diuina Prouidentia evanescat perfecta in Deum fiducia.

Prouidentia Dei describitur.

Declaratur.

ministranda auxilia, per quæ omnes homines ad suum finem quam optimè ducerentur; ideo quamvis Prudentia Dei consistat in actu intellectus diuinis; illum tamen comitatur actus voluntatis, ut bene docet Drexelius de *Conformatione voluntatis lib. 5. cap. 6. §. 1.* Hæc verò statim ab Orbis ortu propositum, & in opus deduxit per immensam suam potentiam: Ita *Divina Prudentia*, ut Dorothæus loquitur, *fons est omnium bonorum*. Hanc omnes philosophorum turbæ agnouerunt. Hinc illa: *Deum sequere; Cum Diis pugnare noli; Id superis cuya; Viderit Iupiter: Hoc in genibus Louis situm;* aliaq; talia priscis visitata. Habet enim Deus prouidentiam omnium omnino rerum creatarum. Res certissima est. Clamat Sapientia Sap. c. 6. *Pusillum, & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus.* Ita te, ita me, ita singulos curat prouidentissimus Deus, sicut uniuersos, ait Drexelius loco citato; neque tantum quod melius, sed quod optimum est semper & tibi, & mihi, & singulis, & omnibus vult. Gregorius pulcherrimè lib. 16. moral. c. 5. Sic, inquit, intendit omnibus, ut adsit singulis; sic adest singulis; ut simul omnibus numquam desit: sic summa regit, ut imo non deferat; sic imo praesens est, ut à superioribus non recedat. *Cura est Deo de omnibus.*

§. I.

389.

Probatur sumpto argumento ab auibus.

Matth. c. 10.
vers. 29.

& Lucæ c. 12.
vers. 7.

Hanc veritatem (Ab auibus sumpto argumento) nobis ingerit Christus Matthæi c. 6. *Respicite, inquit, volatilia cali, quoniam non ferunt, neque metunt, nequa congregant in horrea, & pater uester calestis pascat illa: Nonne vos magis pluris estis illis?* Hoc ipsum sapientius inculcans hic è cælo Magister: *Nonne, inquit, duo passeræ asse veneunt, & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere; multis passeribus meliores estis vos.* In his animantibus, quæ citra omnem sollicitudinem pascuntur, vult sapientissimus Magister, discamus amplitudinem diuinæ Prudentiæ, in quam recumbamus. Hanc n. ait Drexelius loco cit. *ut apertissimam faciat, non adducit pastum in deserto Israelem annis quadraginta: non laudat Eliam à cornuis nutritum; sed brutas animantes obicit, idque non leones, vrsos, elephantes, aut alia id generis grandia animalia, quæ & ipsa diuinitus pascuntur; sed animalium minima, aniculas, quæ cum cantui ferè vacent, & veluti obiter sumant cibum, maximè à sollicitudine libera videntur.* Et homo, qui pluris est innumeris auiculis, Deumq; & non Dominum tantum, sed & Patrem agnoscit, sic angatur animo?

Idipsum inculcat idemmet Scruator noster Lucæ eodem cap. vers. 23. sumpto arguméto à sollicitudine pessima circa uestitum, & ictum, docetq; in alma Dei Prudentia vnicè confidendum: *Nonne, inquit, anima plus est, quam esca, & corpus plus quam vestimentum?* Deinde vers. 28. eiusdem cap. quam circa flocculos Deus prouidentiam gerat, ostendens: *Considerate, inquit, lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent.* Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut unum ex istis. *Si autem fenum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modica fidei?* Videte igitur, quam non solliciti sunt

390.

A sollicitudine circa ictum, & uestitum.

sint agrestes flosculi de suo, quo triumphant vestitu: nam omnem decorum suum vni Deo referunt acceptum, aperte profitentes, se nihil debere humanæ curæ. Vos iam ipsi iudicate, si Deus contemptissimos flores, & vilissimas herbas breui demetendas, & in furnum rapiendas tam pulchre amicit, vt magnificientissimi Regis Salomonis exquisitus, atque ad miraculum vsq; ornatus, ac pretiosus cultus eorum elegantiam neutiquain exequet, quanto magis vos immortalitati à se conditos vestiet, curabitq; necessaria non tegendo tantum corpus; sed (si opus est) ornando; nec ornando tantum corpus, sed animam, & corpus à demoniacis insultibus liberando, ac protegendo, ab infirmitatibus sanando, ab inimicis tuendo, & in cunctis necessitatibus subleuando? Quod benè testatur Sapiens Siracides Ecclis. c. 34.

Oculi Domini, inquit, super timentes eum, protector potentia: firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatio offendionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, datus sanitatem, & vitam, & benedictionem. Ideò Augustinus in Soliloq. c. 15. Constanter, inquit, Deo crede, eique te totum committe quantum potes: ita enim ipse te ad se subleuare non desinet, nihilq; tibi enenire permitter, nisi quod tibi proficit, etiam si nesciat.

§. II.

HÆC ergo diuinæ Prouidentiæ quotidiana contemplatio maximam in nobis erga Deum ingerit fiduciam; altissimam animo pacem conciliat; & omnem hominis voluntatem subiicit diuinæ, idque suaui negotio. Quisquis enim diuinæ prouidentiæ totum se regendum comittit, is iam liber ab innumeris molesti s *sedet in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, & in requie oppulenta,* ait Isaías c. 32. vers. 18. Hinc Allois Abbas (vt refert Dorotheus doctr. 7.) dicere solebat: *Non habebit homo requiem, nisi dixerit in corde suo: Ego, & Deus soli sumus in hoc mundo.* Hoc ipsum Augustinus lib. 3. Confess. c. 11, *Sic curas, o Deus, unumquemque nostrum,* inquit, *tanquam si solum cures, & sic omnes tanquam singulos.* Ipsissimum hoc & Gregorius lib. 25. Moral. cap. 19. asserit: *Sic Deus intendit singulis, ac si vacet a cunctis, & sic omnibus simul intendit, ac si vacet a singulis.* Ita mihi homo, te curat, ita tibi prouidet Deus, ac si aliud quod curet, prorsus non habeat. Hominum multitudo diuinam prouidentiam non turbat, idem illi unus, & mille homines. *Quemadmodum,* ait Drexelius de Noe cum alijs septem hominibus arca concluso, aut de unico in Elysijs campis Adamo ei cura fuit; sic de omnibus nunc est. Idecirco huic prouidentissimo curatori suo proborum quiuis dicere poterit illud Cantic. cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi: Ego Deum, & diuinos nutus sic obseruo, perinde si aliud in Orbe non sit, quod obseruem, aut astinem; mea vicissim salus sic Deo cura est, tanquam si aliud in Orbe non sit, quod curet, aut cogitet; ille mihi, & ego illi: ille Dominus gubernans me, ego seruulus ad dominicos iussus paratus; nam ita ille pactus est mecum: Cogita tu de me, & ego continenter cogitabo de te: obliuiscere tu tui, & memineris mei, sic ego menor promissi mei vicissim iugem tui curam habebo.*

O

Hic

391.

Prouidentia cō-
templatio ani-
ma quietem af-
fert.

Drexel. de
Conform. vo-
lunt. lib. 5. c. 6.

§. I.
Vers. 6.

210 Par.II. Cap.I. De Aegroto orante Deum.

392.
Deus ea prouidetia gubernat omnes, qua singulos.

Vers. 3.
Vers. 21.
Vers. 1.

Hic illud solatij, ac consolationis plenum est: Deus non sic gubernat nos, vt Princeps prouinciam, Rex regnum, Summus Pontifex Christianum orbem, quibus opus est tot aliorum opera; Pontificis curas tot Archiepiscopi, tot Episcopi, tot alij magistratus facri subleuant: Regibus prorege, Principes, Consiliarij, Senatores sunt, in quos illi suæ gubernationis curas partiuntur: Non ita Deus; èa prouidentia gubernat vniuersos, qua singulos; ita vnumquemque hominum peculiari, sicut omnes generali cura complectitur. *In omni loco*, ait, Sapiens Proverb. c. 15. oculi Domini contemplantur bonos, & malos: & c. 5. Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus eius considerat: ac Sap. c. 8. Prouidentia eius attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

Vtinam ergò in singularissimæ huius, planèq; paternæ prouidentiæ abyssum liberimo nos iactu præcipites rueremus. Haud enim dubiè sibi quisquam in hoc omnis plenitudinem boni compromittere posset; ac dictis innixus dauidicis dicere: *Dominus sollicitus est mei. Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Nam si verè animi tranquillitatē diligimus, in Deo confidere debemus, & in eo nostram fiduciam collocare, cuius suffragio à dæmoniacis vexationibus (diuina cooperante virtute) eruemur, ac protegemur; ab imminentibus necessitatibus subleuabimur; omniaquæ nobis proficia, & salutaria animæ consequemur.

§. III.

393.
Qui de Deo diffidit, ac sibi fidit, stultus est. Prou. C. 28. v. 6. & c. 3. v. 5.

Prou. C. 12. v. 2.

Daniel. c. 4.
v. 31. & 32.

Hinc quanta digni sint reprehensione, qui de Deo diffidunt, ac sibi ipsiſ tantum fidunt, nemo non vider. Nam Salomon Proverb. cap. 28. vocat eos stultos: *Qui confidit in corde suo*, inquit, *stultus est: Ne innitaris prudentiæ tuae: Ne sis sapiens apud temeripsum.* Nimirum præmia stultitiae rudimenta sunt, se sapientem credere. *Quis autem ille Phœnix est, qui res suas non estimet, qui paruipendat, qui non aut vires, aut formam, aut opes, aut eruditioñem, aut pruderiā suam subinde blandis oculis circumspiciat?* Sed suo damno. Nam, *qui confidit in cogitationibus suis impie agit.* Quapropter Deus, vt à nobis hanc impietatem depellat, sæpe nos grauiter punit: aut indociles disciplina sua penitus excludit: Sic Gygantem Goliathum tantoperè sibi fidentem, ac iuuenem Dauid contemnentem certissima sua manu quasi fastuosam turrim lapislo vnicō deiecit. Sic Holofernes æquè præfidens sibi, tanti non erat Deo, vt virili dextra caderet, sed de omni illius arrogantia femina triumphauit. Sic Regis Assyriorum Nabuchodonosor nimia sua fidentia ipsum in seram mutauit. Sed audi, vt è fera in hominem retnigravit, & Deo, non sibi fidere didicit: *Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad celum leuavi, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudavi, & glorificavi: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione, & generationem.* Et omnes habitatores terra apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta enim voluntatem suam facit tam in virtutibus celi, quam in habitatoribus terra: & non est, qui resistat manui eius, & dicit ei: *Quare fecisti?*

Qui

Qui ergò per orationem optata beneficia impetrare cupit, nō robori suo, non arti, non eloquentia, non prudentia, non ingenio, non stemmati, non diuinitate, non eruditioni, non sapientia fidat, quæ omnia leui flatu corruntur: vt monet Hierem. c. 9. sed semper in oculis summam Dei habeat prouidentiam, suamq; sacerdotes redarguat de Deo diffidentiam, ac sibi fidentiam: sicut suā corredit August. lib. Soliloq. c. 15. Credebam, inquit, me sufficere per me, nec perspiciebam, quoniam tu regebas me, donec aliquantulum elongasti a me. Et cecidi statim in me, Et vidi, Et cognoui: Sic tu si quotidiē memoraueris, quod cura est Deo de omniis, Deoq; fideris, ac tibi diffideris, quicquid salutare petieris, impetrabis.

Vers. 23.

ARTICVLVS II.

Meditando infinitam Dei bonitatem.

A Diuina Prouidentia infinitam Dei Bonitatem, ac liberalitatē Aegrotus, vel quicumq; alijs deuotus Orator in orando separare non debet, sed intellectu contemplari, ac toto affectu meditari, ac firmiter, sineq; vlla hestatione credere, Deum nedum omnipotentem esse: in cuius divisione cuncta sunt posita, vt loquitur Mardochæus Hest. c. 13. cuius non est, qui possit resistere voluntari: ac sapientissimum, in quo sunt omnes thesauri sapientia, Et scientia absconditi, vt ait Paulus ad Coloss. c. 2. sed summi bonum; qui ita bonus est, vt ipse solus sit bonus per essentiam: sicut ipsamet Veritas Iesus Christus Dominus noster restatur dicens: Nemo bonus, nisi unus Deus. Et 1. Regum. c. 2. Non est sanctus, ut est Dominus: quia in ipso, & ab ipso absolutè, & principaliter est omnis bonitas, & sanctitas. Cum enim bonitas, ac sanctitas sit diffusua sui ipsius iuxta boni naturam à D. Dionysio c. 3. de diuin. nomin. descripti, nec per essentiam possit se diffundere ad extram, se diffundit per communicationem, varia creaturis (principiū rationabilibus) bona communicando spiritualia, ac temporalia, iuxta vniuersiusque propriam capacitatem, exigentiam, ac dispositionem: cumq; infinita sit illa bonitas, nec unquam ex sui ipsius communicatione exhausti possit, quantum est ex parte sui semper parata est, se communicare secundum quod expedit bono creaturæ, & quidem maiori bono, nisi impeditur per obicem positum ab ipsa Creatura: vt eruditissime docet Hieremias Drexelius de Conformatione voluntatis lib. 5. cap. 8. §. 5. sub fin. Tam reelektus Deus voluntatis est, inquit, ut semper velit, ac possit id, quod nobis bono est, Et quidem maiori bono. Quid ni velit hoc Deus? Optimus est. Quid ni possit? Maximus est. Adeoq; vires nulla sunt supra ipsum, ut nulla, nisi ab ipso. Unde aquaque, Et ex omni parte, bona Dei voluntate ita circummissi sumus, ut ad nihil, nisi per prouidentiam diuinam, per ipsum Deum possit pertingere. Vere, ut scuto bona voluntatis tua coronasti nos.

394.

A Prouidentia
in meditando
nō est separan-
da Dei bonitas.

Vers. 3.

Marci 10.
Lucæ 18.
1. Reg. c. 2.

Voluntate con-
ditionata Deus
vult, quod no-
bis maiori bono
est.

§. I.

395.
Deus vult, nos
participes fieri
sua bonitatis.

Hinc Deus piissimus, ut huiusc diuinæ suæ Bonitatis participes efficiatur, per diuinæ scripturas nos sepiùs admonet, vocat, & inuitat, ut in cunctis necessitatibus angustijs, & tribulationibus ad eum confugiamus, & in omni opere nostro quicquid nobis expedierit, postulemus: *Petite ait Matth. 17. & Lucæ 11. Et dabitur vobis, querite, et inuenietis, pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit; et qui querit, inuenit, et pulsanti aperietur.* Imò tam maximè auet nobis benefacere, quòd nedium varia nobis communicat beneficia, gratiasq; ac fauores innumeros elargitur; verùm ex ipsiusmet nostris petitionibus, orationibus, & inuocationibus se forè honorandum, ac glorificandum profitetur: *Inuoca me*, ait Psal. 49. *in die tribulationis, eruam te, et honorificabis me.* & Ioan. 14. *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam,* vt glorificetur Pater in Filio. Hac de re S. Fulgentius in Prolog. p. lib. ad monim. ait: *Deus beneficium ducit, cum ab eo beneficium petitur: iucundius dat, quam alij accipient.*

396.
Qui petit a Deo
aliquid confi-
deret, facit
Deum esse Deum.

Nec mirum: cùm enim quis Deum orans, & aliquid ab eo petens, firmiter credit, ac sine vlla hesitatione confidit, Denim ob suam infinitam bonitatem, clementiam, ac liberalitatem, quod ei fuerit proficuum, ac salutare largitur, hic (quantum est ex se) facit, Deum esse Deum; non quòd det ipsi Deo esse, nec Deus esse incipiat; sed quia ipsum iudicat, prædicat, fatetur, ac manifestat Deum omnipotentem, sapientissimum, clementissimum, ac summè bonum. *Quam veritatem ipsimet Deus docet Exodi 29. dicens: Et habitabo in medio filiorum Israël, ero eis Deus.* Ibi Septuaginta legunt: *Inuocabor in filiis Israël, et ero eorum Deus.* Sed bone Deus! Quid si non inuocaberis? An desines esse Deus, cum dicas: ero eorum Deus? Vtiq; quantum est ex parte eorum, si non inuocaberis, nō eris eis in Deum, vt tradit S. Pagninus. Hoc ipsum Sancta Ecclesia ipsissimis verbis in persona Dei profitetur in *Introitu Missæ Domin. 19. post Pentecos.* dicens: *Salus populi ego sum dicit Dominus: De quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiā eos, et ero Dominus illorum in perpetuum.* Ratio est: quia qui Deum orat, & eum non tantum esse omnipotentem, ac sapientissimum credit, vt possit, ac sciat dare, quod ipse petit; sed etiam summè bonum, piissimum, ac liberalissimum, vt velit, quod salutare postulatur, elargiri, eo actu, & modo orandi confiteatur, Deum esse Deum: quia eius proprietatem, que est bonitas, & misericordia, vt Marci 10. *Nemo bonus nisi unus Deus;* & in quadam Collecta tradit Ecclesia dicens: *Deus, cui proprium est misereri: prædicat, fatetur, ac manifestat: ipsumque Deum Optimum, Maximum, omnibus diuinijs affluentem, benignissimum, ac magnificentissimum publicat, & enunciavit: vti etiam illum proclamat Paulus ad Roman. c. 10. Idem Dominus est omnium,* inquit, *dives in omnes, qui inuocant illum.*

Quomodo.

Hoc

§. II.

Hoc optimè agnoscentes Propheta Regius alloquens animam suam psal. 103. dicebat: *Benedic anima mea Domino.* Sed quid inde, ô Rex, postquam Deus benedixeris, ad eumq; oraueris? *Ecce Domine Deus meus magnificatus es vehementer:* sed quomodo Deus potest magnificari, si magnitudinis eius non est finis? ut ipsemet David testatur psal. 144. Quomodo ergò magnificatus est vehementer? Eruditissimè hoc exponit D. August. in psal. 103. *Ex me, inquit, magnificatur Deus meus: ex me ergo magnus fit.* Docet nos aliquid, & quotidiana oratio salutis nostra, sanctificetur nomen tuum. Quotidie petimus, quotidie rogamus, ut fiat. Si nos quisquam interroget, quid est, quod petis, ut sanctificetur nomen Dei? Aliquando enim sanctum non est, ut sanctificetur? Et tamen nisi vellemus fieri, non peteremus, ut fieret. Alia est enim gratulatio: alia oratio: gratulamur ex eo, quod est: oramus, ut sit, quod nondum est. Hæc August. Quibus verbis inferre vult Augustinus, quod licet Deus sanctus sit, & bonus, & non sit sanctus, ut est Dominus, nec bonus per essentiam, nisi unus Deus; vult tamen Deus etiam ut Sanctus agnoscatur, nomeng; suum sanctum ubiq; terrarum prædicari, & glorificari. Hac de re statuit, ut in oratione Dominica prima peritio esset: *Sanctificetur nomen suum;* non quod nomen Dei indigeat, sanctum fieri: quia in se sanctum est; nec nos illud sanctificare possumus: Nam sicut Deo non potest aliqua sanctitas augeri, eò quod in infinitum sanctus est: ita nomen eius non potest aliquam acquirere sanctitatem, quam semper nō habuerit. Sed vult Deus, ut sanctificetur nomen suum, id est, ut sanctum reputetur iuxta illud psal. 110. *Sanctum, & terrible nomen eius;* & ut sanctum ab omnibus honoretur, ac glorificetur. Quod maximè fit, cum aliquis ad Deum fiducialiter confugiendo aliquid petit beneficium, sive spirituale, sive corporale ob infinitam eius bonitatem, ac liberalitatem; ex cuius consecutione ab eo agnoscitur ut Deus, ac prædicatur nedum ut omnipotens, ac sapientissimus; sed ut piissimus, clementissimus, magnificissimus, ac summè bonus: sicq; glorificatur, ut pater benignissimus, & sanctum nomen eius à suis deuotis oratoribus humiliter, ac deuotè laudatur, honoratur, glorificatur, ac colitur.

397.
Qui fiducialiter orat Deum,
ipsum honorat.

Matth. 6.

Vers. 9.

§. III.

Quid autem in egrotis obsessis, vel maleficiatis, aut in quacumque necessitate constitutis magis, ac magis petita beneficia imperrandi fiduciam augere potest, quam Deum summè bonum, summè pium, summè liberalem, & talem, quod se honorari reputat, dum nobis in tribulationibus auxilium præstat, meditati? beneficium dicit, dum ab eo beneficium petitur? se Deum constitui fatetur, dum sibi à nobis gratiae postulantur? Magnificari se dicit, dum anima nostra illi benedic? Quid amplius in nobis confidentiam à Deo obtinendi quidquid animæ fuerit salutare, existere potest, quam patrem, & non Dominum vocare eum, à quo petita

398.
Meditatio di-
uina Bonitatis
fiduciam auget.

Matth. 6.

expectamus, dicendo : *Pater noster, qui es in Celis?* Serui enim non semper impetrant, sed filij. Si filium Dei te credis, illa pete, quæ tibi expediunt; nam illum decet ea elargiri. Vnde D. Bernardus super illa verba orationis domin. Pater noster, &c. *Oratio, que Patris dulceſſit nomine;* inquit, *omnium petitionum mearum impetrandarum fiduciam mibi praſtat.* Quod ipsamet veritas docet Matthæi c. 7. & Lucæ 11. *Quis ex vobis ait, patrem petit panem, nūquid lapidem dabit illi?* Aut pifcem: numquid pro pifce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum, numquid porrigei illi ſcorponem? Si ergo vos, cum ſitis malii, noſtis bona data dare filijs veſtris; quantò magis Pater veſter de Celo dabit ſpiritu bonū potentibus? Hanc veritatem conſiſmat eleganțiſſimè Drexel. de Conformatiōne volunt. lib. 5. c. 2. *Hoc ſcimus,* inquit, *Deum eſſe ſummū Bonum.* & quidem tam immēſe bonum, vt nil penitus vel petere liceat, vel optare; quod ab hoc tanto Bono non poſſimus impetrare, certè ſuo tempore conſecuturi omnia, modò tantisper non cadamus animo; ſed maxima in Deum fiducia erecti ſciamus preſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. Nam Gemma gratiſſima expeſtatio preſtolantis, quocumq; ſe vertit, prudenter intelligit. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, anime querenti illum.

QVÆSTIO I.

Cum Deus tam piētissimus sit, ac ſummè bonus, cur tot homines de eius diuino auxilio diffidant.

399.
Plures ſunt in Orbe, qui Deo diffidunt.

I viemerito mouetur hæc quæſtio: quia plures in Orbe ſunt, qui Deo diffidunt: Alij enim purant, illum ſuis hostibus nirium indulgere, & laxare omnes habenas: Alij diffidunt, ſe impetraturos à Deo, quod rogant, preſertim ſi per commiſſa olim peccata conſcientiae angoribus vrgeantur, meruantq; ne Deus veniam ſit negaturus etiam' potentibus: Alij de Deo diffidunt, ne forte ſubtrahat victui necessaria. Alij iam fruges ne niuib; ſuffocandæ ſint, verentur: aut in herba necandæ à ſiccitate, iam pluuijs mergendæ, aut grandine. ſſernendæ, vel fulmine exurendæ: Alij iam aliunde vexandam annonam timent: Alij ne valetudine, aut incertiſ casib; deſint necessaria, formidant: Non nulli ad rumores bellicos cōſternuntur, & ſpem omnem abiciunt: Iam ad funerum, aut aliarum cladium nuntios penitus examinantur; in quoconque tandem, cùm laboris aliquid, ac difficultatis ſentiantur; de eo mox diffidunt. Vnde ergo tanta in hominibus diffidentia, ſi Deus tam bonus eſt, & tam immēſe bonus, vt nil omnino ab eo pīe postulari liceat, vel desiderare, quod facillimè tempore opportuno obtinere: non poſſimus?

Difficultatem ſoluit Hieremiās Drexelius lib. 5. de Conformat. volunt. cap. 10. §. 7: *Ex hoc inde euenit, inquit; quia de Dei bonitate, ac potentia pa- rūm recte, parūmve liberaliter ſentiantur: hinc illa animi de rerum temporaria- rum proſpectu numquam ſecura, ſemper diffidens cura.* Conſientur ſe noſſe Deum; ait Paulus ad Titum cap. 1. *fatiſ autem negant:* quia eius diuina proſuidentiam, bonitatem, ac liberalitatem, vel actu negant, vel contemnūt, omnia.

Magna coruim
impieſtas.

omnia metientes suo iudicio, & propria aestimatione. Vnde de his ait Augustinus Hippomensis praesul in Psal. 31. propriis finem. *Prauni corde, idest distorti corde tres habent sententias: aut non est Deus, dixit enim stultus in corde suo, non est Deus: Aut iniustus Deus est, cui hac placent, & qui hac facit, scilicet mala, quae nobis eueniunt: Aut non gubernat res humanas, nec cura est illi de omnibus.* In ipsis tribus sententijs magna impieitas. Quare ut huiusmodi homines de diuina prouidentia, bonitate, ac liberalitate diffidentes à sua auocet diffidentiam, & impietate, in eorum oculis ponit Dei bonitatem, benignitatem, ac liberalem prouidentiam, qua cuncta gubernat, sic racionando in Psal. 145. *Fecit Deus, inquit, celum, & terram, & mare, & omnia, qua in eis sunt.* Si ergo omnia, qua in eis sunt, & te, parum dico, te, passerem, locustam, vermiculum, nihil horum non ille fecit, & cura est illi de omnibus. Nolite ergo dicere: Non pertineo ad Deum. Pertinet ad Deum anima tua, pertinet ad Deum corpus tuum; quia Deus fecit & corpus tuum. Dicis forte: Non numerat me Deus in magna multitudine. Te non numerat, qui etiam capillos capituli tui habet numeratos?

§. I.

SE D fortasse dicet aliquis: Subinde ijs miserijs inuoluimur, adeò solatijs omnibus, & auxilijs destituimur, vt mirum non sit, quandoque fiduciam nonnihil vacillare. Hic etiam Augustinus eodem loco pro me respódebit. (Et obsecro vos omnes, qui hac legitis, aut legi auditis, vt sanctissimi viri responsum altissimo pectore reponatis): *Quidquid ergo, inquit Augustinus, hic accedit contra voluntatem nostram: noueris non accidere nisi de voluntate Dei, de prouidentia ipsius, de ordine ipsius, de nutu ipsius, de legibus ipsius: & si nos non intelligimus quid quare fiat, demus hoc ipsius prouidentia, quia non sit sine causa:* Hoc ipsum idem Beatus Pater diuinus scriptor confirmans lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 22. *Nos, inquit, diuina prouidentia admonet, non res insipienter vituperare, sed utilitatem rerum diligenter inquire, & rbi nostrum ingenium, vel infirmitas deficit, ita credere occultam, sicut erant quedam, que vix potuimus inuenire: quia & ipsa vilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio est, aut elationis attritio.* En bonitas Dei infinita, quæ in omnibus semper quod nobis magis est proficuum, querit! Si enim sapientius mentis oculis diuinam eius prouidentiam contemplaremur, ac infinitam eius bonitatem, clementiam, ac liberalitatem, ac cetera eius attributa meditaremur, In nobis fiducia multum confirmari posset, ait Suarez tom. 2. de Religione lib. 1. de Oratione cap. 24. nu. 9. ex qua licet non perueniatur ad iudicandum certò, & infallibiliter Deum effecturum, quod petimus; saepamen-
ten peruenitur ad iudicium ita credibile, ac determinatum, vt excludat omnem astutiam hesitationem, & animum orantis pacatum reddat. Et hoc modo quod magis animæ salutare esset, semper obtineremus. Nescire enim non potest diuina prouidentia ait Drexelius de Conformat. volunt. lib. 5. c. 2. §. 3. quid nobis potissimum conducat: nec potest aeterna benignitas non velle concedere, quod nobis cognoverit expedire.

400.
Obiectum mi-
seria, quibus
inuolui-
mur.
Difficultatem
soluit August.

Verum cur non tantum peccatores, qui de mundo sunt, ac de mundo loquuntur; sed etiam homines iusti docti, ac pij (et si de diuina prouidentia, ac bonitate Dei benè sentiant), hac confidentia sapienter conspiciantur, altius, & profundiùs est inuestigandum.

Q VÆ S T 1 O II.

Cur plures iusti etiam docti, ac pij perfecta fiducia in Deum sepè careant.

401.
Plures fiducia
in Deum carēt.

Vers. 20.

*Quia Deum
non ut presen-
tem, sed absen-
tem meditan-
tur.*

Euclides.

Omissis, quæ sequenti articulo explicabuntur, (Quorū intelligentia pro soluendā hac difficultate plurimum valet) Dico, hoc esse in causa: quia dum in via sumus, & anima nostra hisce corporeis sensibus est alligata, cuim intellectus noster sit finitus, & limitatus, omniaq; intelligat per ea, quæ sensibus percipiuntur, vt ait Paulus Roman. c. 1. *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas:* dum aliquid speculator, id sub ratione finit, ac limitati intuetur. Hinc, cùm Deum deprecamur, einsque diuinam clementiam, ac pietatem imploramus, eum in celis duntaxat regnante, ac in throno sublimi Majestatis suæ sedente (vt Sculptores, ac Pictores eius simularium oculis nostris obiiciunt) & ab hisce inferioribus mundi plagis distantem contemplamur; ideoq; illius bonitas, liberalitas, ac prouidentia nimis parua videtur, ut potè nimis distans, & eminens existens; & consequenter in nobis difficulter illam fiduciam firmam, ac perfectam causare potest: quia visio intellectualis, qua Deum intuemur, & eius diuina attributa contemplamur, nisi tenuis, ac debilis existit. Illustro rem à simili. Quemadmodum cùm aliquis turrim intuetur, quò magis à turre procul recedit, è breuior, ac minor turris appetet: quò verò magis turri approximatur, cò altior, ac maior videtur: quia (vt docent Perspectivi) linea visualis formatur ad instar pyramidis, cuius basis est obiectum visum, & conus est in oculo; ideoq; quò magis oculus à turri distat, è linea visualis lögior fit, & acutior; sic angulus coni, qui est in oculo, tenuior fit, ac debilior, basis verò pyramidis visualis minor, ac breuior appetet. E conuersò verò quò magis oculus turri approximatur, linea visualis, quæ à base pyramidis visualis, (Nempe ab imo turris, & apice eiusdem incipiunt, & progredientes ad oculum pertingunt) è magis à se inuicem recedere videntur, sic basis pyramidis visualis, quæ est obiectum visum, nempe turris, altior fit, ac maior, & consequenter angulus coni, qui est in oculo latior, & amplior euadit. Ita cùm Deum, eiusque diuinam prouidentiam, ac bonitatem, non ut praesentem, sed vt absentem, ac nimis distantem meditamus, eius infinita magnitudo nobis non appetet: quia conus visionis intellectualis nimis est tenuis, ac debilis; basisq; visionis, quæ est obiectum visum, scilicet diuinæ prouidentiæ, ac bonitatis infinitas, excellentia, ac magnirudo nobis nimis tenuis, ac breuis apparere dignoscitur. Et hæc est ratio, ob quam diuinæ prouidentiæ, ac bonitatis Dei infinitæ yberrimos non experimus fructus; & ideo multoties

Art. II. Meditando infinitam eius bonitatem. 217

toties nos fiducia denudamus : Quod recte annuere videtur P. Drexelius de Conformat. volunt. lib. 5. c. 2. *Miseri nos*, ait, quam tenuem de Deo notitiam habemus ! vix per rimulam aliquid diuini luminis haurimus . Hoc scimus, Deum esse summum Bonum , & quidam tam immensè bonum , vt nil penitus vel potere liceat, vel optare, quod ab hoc tanto bono impetrare non possumus . Quod autem sepius non impetreremus, hoc est: quia, cum illum vt à nobis nimis distante in contemplemur, difficulter actus perfectæ confidentiae in Deum elicere valimus.

§. I.

Quare, mi deuote Orator, si ex diuinæ Bonitatis meditatione in te confidentiam in Deum excitare cupis, noli Deum, vt absentem contemplari: noli eum duntaxat, vt in cœlis regnante meditari; sed intellectu lumine fidei illustrato totum in toto, & totum in qualibet etiam minima parte vuiuersi per essentiam, per præsentiam, ac per potentiam, existentem saltem per speculum, & in enigmate eum meditare: Non enim, ait Paulus, Act. 17. longè est ab unoquoque nostrum ; In ipso enim vivimus, mouemur, & sumus : eum vt omnia gubernantem, tibi semper præsentem, & assistentem, innumera beneficia tibi conferentem quotidie toto affectu considera, ac contemplare: sic David psal. 15. dicebat: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear . Noli, noli dicere: Deus oblitus est mei, non meas miseras vult intueri; sed dicas cum eodem Regio Propheta: Si ascendero in Cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.; Si sum pessimo penitus diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Vis, vt Deus tuas subleuet miseras, tu ad Deum præsentem, ac tibi auxilium suum pollicentem tuos oculos dirige, sicut Augustinus in illa verba psalmi 31. Firmabo super te oculos meos, testatur se fecisse, dicens: Non à te auferam oculos meos: quia, & tu non auferas à me oculos tuos, O tu, qui dicis, Deum, tu esse oblitum, audi D. Bernardum cap. 6. Medit. ac D. Ambrosium de dignit. condit. humil. c. 2. dicentes: Sic nullum est momentum, quo homo non vitatur, vel fruatur Dei bonitate, & misericordia, sic nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria. Si ergò diuinæ prouidentiæ, ac infinitæ Dei bonitatis, ac liberalitatis vberfimos, ac continuo vis experiri fructus, in omni actu, vel cogitatu tuò tibi Deum adesse memorare, vt docet idem Bernardus in Specul. Atonach. Sic diuinam Prouidentiam, ac Bonitatem meditando, ac contemplando, maxima ac perfectissima in te erasceretur fiducia, qua omnia salutaria à Deo petita facillimè impetrabis.

§. II.

Ex huiusc diuinæ Bonitatis meditatione ille, qui orat Deum, suam debet arguere malitiam, improbitatem, & peruersitatem, & si aliquo mortali peccato detinetur, illud, sicut & cetera omnia peccata detestari debet :

402.

Contemplari
Deum vt pra-
sentem fiducia
nutrit, Gauget.

Vers. 27. 28.

Psal. 138. v. 8.
v. 9. 10.

v. 8.

403.
Qui diuinam
contemplatur
Bonitatem, de-
bet suam ar-
guere malitiā .

218 Par. II. Cap. I. De Ægrōto orante Deum.

debet : quia quod aliquis peccator cognoscat suum statum, & consideret, & nullo modo de illo doleat, neque illum mutare proponat ; sed voluntariè in eo permaneat, difficillimum est, quod iste confidentiae firma, ac perfectæ in Deum actus elicere possit : ut benè docuit Ioannes primæ sue Epist. can. c. 3. *Si cor nostrum, ait, non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Quamvis enim hæc fiducia principaliter bonitate, ac liberalitate Dei, & promissione diuina, nitatur, ut dicetur articulo sequenti ; non tamen totaliter propria merita excludit : ut docet Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. de oratione cap. 24. num. 11. Nam psal. 33. habetur : *Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. & Io. Cassian. Collat. lib. 9. c. 33. Hac fiducia, ait, de conscientia puritate creditur emanare :* Quomodo enim peccator voluntariè in peccato manens, & totaliter per peccatum à Deo auersus confidere potest, à Deo beneficia obtinere, cum inimicus sit Dei ? cum Deum odio habeat ? Ideo iuremerito Sapientissimus Proverbiorum 28. dixit : *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Sic Ioan. c. 9. dixit ille cœcus : *Scimus, quia Deus peccatores non audit.* Et licet Augustinus interdum significet, illi non esse integrain fidem dandam ; tamen idipsū videatur dicere Deus per Isaiam cap. 1. *Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestra sanguine plena sunt.* Quæ sententia, ait Suarez loco cit. cap. 25. num. 7. sunt intelligendæ tantum de peccatoribus obstinatis in peccato, qui habent propositum minquam penitendi. Nam peccatores, qui habent animum aliquando penitendi, & interim orant, & interdum intercessiones Sanctorum implorant, & nonnunquam peculiarem, & pium affectum, vel devotionem habent, hi animandi potius, quam desperandi sunt ; nam sepè Deus orationes illorum benignè exaudit, & illos interdum miraculose conuertit, ut ex historijs Sanctorum constat ; Maximè si peccatores pia intentione, & firma fide, ac fiducia perseveranter petant necessaria ad conuersionem, non est improbabile, ait Suarez, quod tandem exaudiantur, nisi multum gratiæ Dei resistant ; hoc enim semper in eorum potestate relinquitur.

404.
Super omnia
cor tuum à vi-
tis purgare.

Quare Ægrotus siue obsessus, siue maleficiatus, vel quacunq; egritudine, aut necessitate detentus, ut ex diuinæ Bonitatis, aliorumq; Dei attributorū meditatione fiduciam firmam, ac perfectam, qua efficaciter beneficia optata, ac petita salutaria à Deo consequi valeat, in seipso concipere, eiusque actus frequentissimè elicere possit, in mentis oculis habeat monitum traditum ab Angelo Custode S. Hermæ, seu Hermeti discipulo D. Pauli Apostoli, quod habetur tom. 1. Biblioth. Veterum Patrum lib. 2. mand. 9. Purifica, ait, *cor tuum ab omnibus vitiis huius faculi : obserua verba tibi à Deo data, & accipies omnia bona, quæ petis, & omnibus petitionibus tuis nihil deerit tibi, si sine dubitatione petieris à Domino.* Et paulò ante idem Angelus, ut eum ad maiorem excitaret confidentiam, dixit illi : *Tolle à te dubitationem, & nihil omnino dubites. Petens aliquid à Domino, ne dicas intra te : quomodo possum aliquid petere à Domino, & obtainere, cum sim peccator tantorum malorum iu Dominum ? Noli hoc cogitare ; sed ex totis precordijs conuertere ad Dominum. Pete sine dubitatione, & scies misericordiam Domini, quod non te derelinquet ;*
sed

Art.III. Considerando eius Veritatem, &c. 219

sed petitionem anima tua adimplebit. Non est enim Deus sicut homines memoris iniuriarum; sed est immemor iniuriarum, & miseretur figmenti sui.

ARTICVLVS III.

Considerando Dei Veritatem, & Fidelitatem in suis promissis.

Sicut ex diuinæ Prudentiæ, ac Dei Bonitatis contemplatione, ac meditatione magna in orante enascatur fiducia, salutaria beneficia à Deo petita obtinendi; ita eandem fiduciam ex consideratione Dei veritatis, ac fidelitatis in suis promissionibus seruandis exortiri, in comperto est. Ut ergo, qui Deum orat, possit credere Deum esse veracem, & fidelem in suis promissis, debet prius cognoscere diuinæ promissiones.

Hæ autem promissiones ex diuina scriptura accipiuntur. Psal. 49. *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* Psal. 90. *Clamabit ad me, & ego exaudiā eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Ieremiæ 33. *Clama ad me, & ego exaudiā te, & annūcīabo tibi grandia, & firma.* Matthei 18. *De quacumque re, quam petierint, fieri illis à Patre meo, qui est in cælis.* & cap. 21. *Omnia quacumq[ue] petieritis in oratione credentes, accipietis.* & Marci 11. *Quacumque orantes petitis, credite, quia accipietis; & euenerint vobis.* & Ioan. c. 14. 15. & 16. *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Et alibi tam in veteri, quam in nouo testamento habentur huiusmodi promissiones: In speciali quo ad démonum expulsionem, &c. habentur Marci ultimo. *Signa autem eos, qui crediderint, h[ab]ec sequentur: In nomine meo demonia ejicient, &c.* Quæ promissiones ad vnam hanc reducuntur: quod quicquid salutare petierint. spe firma, atque robusta, impetrabunt.

§. I.

VNDE cum Deo adeò liberalis fuerit in promittendo, ac fidelis sit in suis promissionibus seruandis, vt testatur Dauid Psal. 144. *Fidelis,* inquit, *est Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis:* Et ipse net Christus docet Matthei 24. dicens: *Celum, & terra transibunt: verba autem mea non prateribunt;* Iuremeritò talem etiam ab homine exigit fidem; vt videlicet credat Deum esse veracem, & fidelem in verbis suis. Ex actibus enim fidei theologicæ, qua quis firmiter credit, Dei promissionem esse infallibilem, Deumq[ue] in suis promissionibus mentiri non posse, exortitur fiducia, ac confidentia in Deum obtinendi id, quod ab eo salubriter postulatur.

Hac de causa in predictis omnibus promissionibus Deus vel premitit aliquam particulam, vel aliquam includit significantem fidem esse necessariam: vt Matthei 17. & 21. *Si habueritis fidem, & non hesitaueritis, &c.* & Marci 11. *Habete fidem Dei, &c.* Qui non hesitauerit in corde suo, sed creditur quodcumque dixerit fiat, fieri ei. & Marci 16. *Signa autem eos, qui crediderint,*

405.

Maxima fiducia enascatur ex consideratione fidelitatis Dei.

Promissiones Dei qua.

406.

Deus exigit ab orante, ut credit, Deum esse veracem, ac fidelem in suis promissionibus.

220 Par. II. Cap. I. De Ægroto orante Deum.

derint, &c. Et in alijs ponit illas particulas: credite, creditis, credentes, vt ostendat eos, qui volunt aliquod salutare animæ, vel corpori infallibiliter à Deo obtainere (inter alia, quæ necessaria requiruntur, de quibus agetur *articulis sequentibus*) debere. firmiter credere, non solùm Deum esse omnipotentem, sapientissimum, ac summè bonum; sed etiam summè veracem, atque fidelem in verbis suis, suisq; promissionibus; ideoq; non tantùm posse, & scire; sed ratione nedum sue bonitatis, sed promissionis, ac fidelitatis id, quod ab eo salutare petitur, elargiri velle. Nam fidelitatem, ac veritatem Dei bene fatetur Folengius in illa verba psal. 144. *Fidelis Deus, &c.* dicens: *Dominus in omnibus pollicitationibus suis verax est, ac dignus, cui constans habeatur fides.* Idipsum docet ibi Titelmanus: *Fidelis, ac verax est Deus in omnibus verbis suis, nihil promittens, quod non fidelissimè adimpleat in tempore suo; neque falsum quicquam, aut vanum loquens, quod à veritate sit alienum.* Apertè, & eruditè testatur Scribonius in Super. Relig. lib. 1. c. 27. Non enim, ait, sponsionibus, quām factis locupletior est Deus. Etiam montes promisit transferendos, mortuos ad vitam reuocandos. Audeat proinde sperare homo; maiora, qui potest, largietur Deus. Hanc vno ore viriliter fassi sunt tres illi pueri Sidach, Misach, & Abdenago in fornae Babylonica dicentes: *Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in secula; quia iustus es in omnibus; quæ fecisti, & uniuersa opera tua vera, & via tua recta, & omnia iudicia tua vera.* En quomodo fatentur, se firmiter credere, Deum esse veracem in promissionibus suis, ideo non derelinquere sperantes in se: sicut ipsis verè à Deo non fuerunt derelicti; sed in medio flammarum illæsi præseruati. Habenti ergo sufficientem notitiam diuinæ promissionis, nemini est dubitandum, necessariam esse fidem eius, ideo debere credere Deum esse veracem, & fidelem in suis promissionibus. Hoc solùm dubitandum remanet.

Q VÆ S T I O 1.

*An oporteat petentem distinctè habere notitiam huius promissionis,
& ex fide illius petere, ut oratio habeat conditionem
requisitam ad impetrandum infallibiliter.*

Ratio difficultatis est: quia difficile est, in hoc sensu hanc conditionem postulari ab omnibus piè orantibus; sunt enim multi fideles, & idiotæ, & ignorantes, qui nunquam de tali promissione quicquam audierunt: vel vim eius, & efficaciam numquam satis intellexerunt propter ruditatem suam; & nihilominus magna fide, & pietate orant, credentes Deum esse omnipotentem, & misericordem, & hoc satis esse ad postulandum ab illo cum magna fiducia.

Huic difficultati respondet Suarez tom. 2. de Religione, lib. 1. de Oratione cap. 24. num. 3. dicens: per se teneri omnes Christianos ad sciendam, & intelligendam hanc diuinam promissionem, ut ex fide explicata illius ora possint.

possint. Nam hoc plane Christum Dominum voluisse videtur in locis ci-tatis num. 405. Nihilominus tamen censet, si quis habeat ignorantiam in-uincibilem talis promissionis, & petat, credendo firmiter, Deum posse dare, quod peritur, & esse bonum, ac misericordem ad dandum, (si & nobis ex-pe-diar, & ex parte nostra non sit impedimentum) illam esse sufficientem fidē, quam videtur etiam postulasse Christus Matthæi 9. quando dixit: *Creditis, quia hoc possum facere vobis?* Qui enim sic orat, vult certè orare ex perfecta fide, & eo modo, quo Deus vult orari; (ideòq; habet implicitam fidem, & promissionis, & effectus eius) ut conditio impleatur. Item qui sic credit in Deum, credit illi tanquam primæ veritati, ergo implicitè credit, illum esse fidelem, ac veracem, ac proinde impleturum promissiones suas, quamuis fortè ignoret in particulari, an fecerit.

Cur autem aliqui (licet in oratione diuinam contemplentur prouidentiā meditentur bonitatem, ac considerent veritatem, ac fidelitatem) non im-perrent id, quod petunt, prouenit ex defectu alicuius ex conditionibus ad impetrationem infallibilem requisitis, de quibus in sequenti articulo per-tra-ctabitur.

A R T I C V L V S IV.

De Conditionibus ad impetrationem infallibilem requisitis.

Antequam ad conditiones orationis ad impetrationem infallibilem requisitas deueniatur.

Primo est obseruandum, orationem ex hoc peculiari capite, quo est pe-titio, habere propriam, & peculiarem aptitudinem ad impetrandum: nam peritio ex natura sua ad hoc ordinatur, ut animum alterius inducat ad dan-dum id, quod peritur, non quia emitur, nec quia soluitur, nec quia aliquis illud meretur, sed solum quia peritur, & rogatur: quatenus consentaneum est bonitati, vel liberalitati eius, qui rogatur, moueri ad dandum solum, quia rogatur: hoc ergo modo aptitudo ad impetrandum propria est orationis inter omnia virtutum opera. Vnde licet alia virtutum opera possint orationem iuuare ad impetrandum, vt ieunium, eleemosina, & cæt. nihilomi-nus in alijs operibus non potest esse propria impetratio absq; oratione propter rationem factam; sed per se solum bene disponunt, aut merentur. Ita docet Suarez to. 2. de Relig. lib. 1. de Orat. c. 23. nro. 1.

Secundò certum est, orationem habere peculiarem Dei promissionem, ratione cuius hæc impetratio est suo modo certa, & infallibilis. Si enim spestemus solam rationem petitionis, habet quidem oratio ex illa aptitudinem, vt dixi, ad impetrandum, quæ potest appellari sufficientia; non tamen habet tamē efficaciam, quæ certum, & infallibilem reddat effectum: quia non est causa necessitatē inducens, vt rectè dixit D.Thom. 2.2. q. 83. ar. 1. Ut ergo oratio habeat hanc efficaciam in impetrando, necessaria fuit promissio. Hæc ergo promissio frequenter repetitur in scripturis: vt habetur supra in parua sylva num. 243. & articulo praecedenti num. 405.

*Ignorantia in-
uincibilis ex-
cusat.*

408.

*Oratio (vt peti-tio est) ex se-
est apta ad im-
petrandum.*

409.

*Vt oratio in-
fallibilem con-
sequatur effe-
ctum, requiri-
tur promissio.*

Tertiò

222 · Par. II. Cap. I. De Ægroto orante Deum.

410.
Promissio Det
non est absolu-
ta, sed condi-
tionata.

Tertiò certum est, hanc promissionem Dei non esse omnino absolutam; sed sub aliqua, vel aliquibus conditionibus, quibus positis, erit infallibilis impetratio, non verò absque illis. Ratio est: quia quod Deus promittit, eo modo, quo promittit, infallibiliter implet: vt enim ait Apostolus 2. Timoth. 2. *Fidelis Deus est, seipsum negare non potest.* Videamus autem (vt notauit Augustinus tract. 73. & 81. in Ioannem,) non omnia, quæ petimus, nobis concedi; ergo signum manifestum est, promissionem non esse absolutam: Nam si esset ita absoluta, vt in oratione nullam aliam conditionem postularet, præter petitionem, semper impleretur; nam hoc pertinet ad veritatem, & infallibilitatem promittentis. Signum est ergo, promissionem esse conditionatam: quia inter illa duo membra non datur medium. Vnde fit, orationem (si non habeat conditiones necessarias ex vi promissionis) non impetrare: quia promissio conditionata, non impleta conditione, non inducit obligationem; quia conditionalis nihil ponit in esse. Dico autem, talem orationem non impetrare ex vi promissionis: quia non repugnat impetrare ex benignitate Dei; sicut posset impetrare oratio, quamvis Deus nihil promisisset, solum ob congruentiam, quam habet cum diuina bonitate, & liberalitate; quamvis ad hoc ipsum alias conditiones requirat, vt videbimus; plures tamen conditiones requiruntur, vt ex vi promissionis impetraret; & tunc si illas habuerit, erit infallibilis impetratio: quia conditionalis, impleta conditione, transit in absolutam: Ita eruditè docet Suarez loco cit. nu. 3. Tota ergo difficultas est in explicandis conditionibus, sub quibus facta est talis promissio. Nicolaus de Lyra in cap. 11. Luca, & Vgo Cardinalis in cap. 15. Ioannis tres assignant conditiones, scilicet quod perat pie, perseveranter, & pro se. D. Thomas autem 2. 2. q. 83. ar. 15. ad quatuor illas reuocat, scilicet vt quis necessaria petat ad salutem, & pie, & perseveranter, ac pro se petat. Nos ergo pariter ad quatuor reuocabimus, nempe vt quis petat pie, & ex fide inhæsitive, & perseveranter, & pro se petat.

Conditio prima ad impetrationem infallibilem requisita.

411.
Oratio impetrata
soria debet esse
de re bona, &
honesto.

Prima ergo conditio est, vt quisque pie petat, idest, vt oratio sit de re bona, & honesta; atq; adeò, vt ipsa oratio bona, & honesta sit, nec escalaria, vel ad salutem utilia poscat: quod est petere secundum diuinæ voluntatis beneplacitum, vt ait Ioan. primæ suæ can. cap. 5. *Hac est fiducia, quam habemus ad eum: quia quodcumque petierimus, secundum voluntatem eius, audiit nos.* Et scimus, quia audit nos, quicquid petierimus. Voluntas autem Dei est, vt docet ipsamet Veritas Luke 12. vt primò regnum Dei, deinde alia necessaria ad victum, & vestitum inquiramus: *Veruntamen, ait, querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hac omnia adiicientur vobis.* Quem ordinem in petendo habemus in Oratione Dominicali: vt ipse Ioannes admonet eodem cap. *Scimus, ait, quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab ea.* In quibus primò gloriam Dei querimus; secundò quæ saluti animæ sunt necessaria; tertio quæ ad sustentationem corporis ordinantur. In primis ergo premititur quasi prologus orationis illud verbum:

Petitiones Do-
minicales ex-
ponuntur.

Pater

Pater noster.

PRIMÒ, vt sciatis, ad quem verba dirigantur; quod vtiquè nesciretur, si
absolutè inciperemus in prima petitione dicentes: *Sanctificetur nomen tuum.* Secundò ad captandam benevolentiam: quia cum vocamus Patrem eum, à quo petimus, inclinare volumus affectum eius, vt nobis tanquam filijs ea, quæ petimus largiatur: quia Pater nomen amoris, & dulcedinis est, teste Aristotele 2. Polit. cap. 1. Dicitur autem Deus *Pater noster* per creationem, & gubernationem. Deuter. 32. *Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, fecit, & creavit te?*

Nec voluit dicere *Pater meus*, quod soli Christo conuenire potest, qui est Dei filius per naturam; sed *Pater noster*, quod omnibus est commune; quia nos omnes conuenimus in una ratione filiationis, scilicet per adoptionem: ita benè docet Abulensis quæst. 103. in cap. 6. Matthæi. Immò aliam rationem addit eodem loco dicens: *Quia Christus voluit charitatem constituere inter omnes homines, ita quod ad inuicem sibi communicarent spiritualia bona; ideo voluit, quod nemo, quando oraret, pro se solo oraret, sed pro omnibus: ideo dixit noster, ita quod necesse sit ex forma orandi pro omnibus orare.* Idipsum testatur D. Cyprianus lib. de orat. dom. dicens: *Non autem dicimus Pater meus, sed Pater noster; quia pacis, & unitatis Magister noluit signifikatim, & priuatum precer fieri; ut quis cum precatur, pro se tantum precetur; publica est enim nobis, & communis oratio, & quando oramus, non pro vno tantum, sed pro toto populo preces fundimus: quia totus populus vnum sumus.*

412.
Cur Deum vocemus Patrem.

Cur Deus vocetur Pater noster, & nō meus.

Qui es in celis.

Dicitur *qui es in celis*: non quia Deus in celo tantum existat: quia ubique non localiter, sed immensuè existit: sed ad patris nostri carnales differentiam dicitur; quia nos patrem habemus in terris, ad quem tamen preces nequaquam dirigimus; cum ea bona, quæ in Oratione Dominica recluduntur, nobis concedere nequeat; eò quod ipse pariter horum bonorum, quæ petimus egestate laborer: vt ergo ad quem preces dirigimus, planè cōstet, dicimus: *Pater noster, qui es in celis*, quasi dicatur, quod cœlestē Patrē, & non terrestrem obsecramus: ita Abulensis loco citato. Vel vt homo desideria sua à terrenis subtrahat, cum patrem in celis habeat: ita inquit Chrysost. super Matth. *vt sciamus nos habere patrem terrestrem; & erubescant se terrenis rebus substernere qui patrem habent in celis.*

413.
Qua ratione Deus dicatur esse in celis.

P E T I T I O . I.

Sanctificetur nomen tuum.

HÆC est prima petitio, in qua honorem Dei perquirimus; & ista alijs iure permittitur: nam cū homo magis Deum, quam se ipsum teneatur

414.
Quomodo nomen Dei à nobis sanctificari possit.

224 Par.II. Cap.I. De Ægroto orante Deum.

tur diligere, priùs Dei bonum, id est honorem Dei, & gloriam quām propria commoda debet postulare: ita inquit Chrysostomus: *Digna est enim Deum precantis oratio, nihil petere ante Patris gloriam; sed omnia eius laudi postponere.* Nomen autem Dei sanctificari petimus, id est sanctum haberi, vel ab omnibus gentibus reputari, ita quod nihil Dei nomine sanctius esse existimat; illudque in omnibus, & super omnia debitib[us] honoribus prosequantur; & hoc est, quod ante omnia est petendum: Ita dicit Augustinus lib. de serm. Dom. Postquam dictum est, qui est, qui petitur, & ubi habitat, iam videamus, quae sint petenda. Primum autem omnium, quae petuntur, hoc est, scilicet sanctificetur nomen tuum, quod non sic petitur, quasi non sit sanctum Dei nomen; sed ut sanctum habeatur ab omnibus, id est ita innotescat Deus, ut non estimetur aliquid sanctius, quod magis offendere timeant.

P E T I T I O . 11.

Adueniat regnum tuum.

415.
Quid per regnum
Dei intelliga
tur.

Gloria ordin. *Hic spiritus intelligentiae petitur, quo mundatur cor, ut Deus videatur: duritia, & potestas diaboli excluditur.* Et congruè sequitur: *ut post adoptionem filiorum regnum petamus, quod filii debetur.* Vnde sequitur: *adueniat regnum tuum.* Quod ira dictum minimè est, quasi modò Deus non regnet in terra, semperq[ue] in ea regnauerit. *Adueniat ergo accipiendo est, ac si dicat, ut omnibus manifeste hominibus pateat, à quibus tanquam splendor à cæcis non contemplatur, quod ignorare nemo valebit, cùm Dominus ad iudicandum venerit.*

P E T I T I O . 111.

Fiat voluntas tua sicut in celo, & in terra.

416.
Quonodo vo
luntas Dei fieri
possit ab homi
nibus in terra,
sicut in celo.

Augustinus: *sicut in Angelis, qui sunt in celo voluntas tua fit, ut te perfruantur nullo errore obnubilante eorum sapientiam: nulla miseria impediens eorum beatitudinem; ita fiat in Sanctis tuis, qui in terra sunt, & de terra (quantum ad corpus attinet) facti sunt.* Item: *fiat voluntas tua: recte intelligitur, obediatur preceptis tuis sicut in celo, & in terra, id est, sicut ab Angelis, ita ab hominibus; non quod ipsi faciant, ut velit Deus; sed quia faciunt, quod ille vult, id est faciunt secundum voluntatem eius.* hæc August. lib. de serm. Dom. Postquam enim in præcedenti petitione beatitudinem propter se appetendam Christus supra innuerat, hic illa insinuat, per quæ ad beatitudinem peruenitur. Primum autem, ac præcipuum, quod nos æternæ vitæ beatitudinem consequi facit, est nostra cum diuina voluntatis conformatio, vt taliter nempe viuamus, qualiter ipse nos viuere ordinavit.

P E T I T I O IV.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

ET SI Doctores nonnulli verba hæc tam de sacramentali, quām natūrali, seu materiali pane exponant; melius tamen, inquit Tostatus q. 3. in cap. 6. Matth. de materiali (vt pluribus probat rationibus) intelligenda esse videntur. Dicendum est ergo, quod hic materialis panis, idest sustentatio in omnibus necessarijs postulatur: Homo enim, qui viatoris more ad terminum æternæ vitæ progreditur, ad illum nisi per hanc vitam, in qua tantum illius beatitudinis præmia præmeremur, nequit peruenire. At mortalis hæc vita sine multarum necessitatium grauamine peragi nequit, & sicut (vt nobis bene sit) in æternam ingredi expedit vitam, ita substantiationem habere quandiu viuimus, expedit, vt sic viuentes beatitudinem mereri possumus; quod autem appetere licitum est, etiam petere licitum iudicatur. Itaque nobis ad vitam necessaria poscimus, & omnia panis nomine intelligenda censentur: quia sacra scriptura modus est, quidquid in cibum, & potum venit, per panem intelligere: vnde 1. Reg. 14. dixit Saul: *maledictus homo, qui comedet panem usque ad vesperam;* & tamen Ionatas Saul filius, quia mel comedit, vibratam maledictionem luendo penas incurrisse clare patet; sic videtur, quod etiam mel panis nomine intelligeretur; & sic eandem ratione de omnibus alijs ad cibum spectantibus prorisus militare (vt probat Tostatus quæst. eadem) est censendum. In præsenti autem panis nomine omnia tam ad victum, quām ad vestitum necessaria intelligi docet Hieronymus super Matth. *Alij putant, ait, panem simpliciter secundum Apostoli sermonem dicentes; habentes victum, & vestimentum his contenti sumus.* Sensus igitur est: *panem nostrum quotidianum:* idest alimentum in cibo, & potu quotidianum, quod nobis ad vitæ sustentationem quotidie necessarium est, *da nobis hodie,* pro isto nempe die, & sic de ceteris ordinatim.

P E T I T I O V.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

PO ST subsidium cibi petitur & venia delicti, inquit Cypr. lib. de orat. Dom. vt qui à Deo pascitur in Deo viuat; nec tantu[m] præfenti vite; sed eternæ consular, ad quam venire non potest, si ei peccata non donentur; quæ, debita Dominus appellavit, sicut alibi dixit: *Dimisi tibi omne debitum, quia rogasti me,* vnde sequitur (*dimitte nobis debita nostra*) quare necessarie, & salubriter, admonemur qui peccatores sumus, quid pro peccatis rogare compellimur; & ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur se peccare quotidie, dum pro peccatis quotidie iubetur orare. Nec valet alicuius in hac oratione adimpleri petitio, qui proximo in se peccanti haud noxam diniserit; nam dum dicitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito-*

417.
Quid per panem
quotidianum
petant Christi
fideles.

418.
Homo, quia
quotidiè pec-
cat, quotidiè
petere debet si-
bi dimitti pec-
cata.
Qui peccata nō
dimittit proximo,
petit à Deo
sibi peccata nō
remitti.

226 Par. II. Cap. I. De Ægrotō orante Deum.

debitoribus nostris : tunc orans hoc verbis proprijs clarè profitetur , & dicit : *dimitte nobis debita nostra , sicut & nos dimittimus debitoribus nostris* : id est : dimitte nobis peccata nostra eo modo , quo nos inimicis nostris in nos peccantibus culpas dimittimus . Vnde egregiè Chrysostomus super Matth. cum qua spe orat qui inimicitiam seruat aduersus alterum , à quo forsitan Iesus est ? sic enim ipse orans mentitur ; dicit enim , remitto & non remittit , sic & à Deo petit indulgentiam , & non illi indulgetur : Ita August. in Enchiridion inquit : quisquis autem roganti & deprecanti , seu penitenti ex corde non dimittit , nullo modo estimet à Domino sua peccata dimitti .

P E T I T I O VI.

Et ne nos inducas in temptationem.

419.
*Qua ratione
fidelis petat, nō
inducit in tenta-
tionem.*

HÆC sexta petitio est , in qua à temptationum procellis liberari exposcimus , in quantum temptationum quoddam malum est , per quod homo priuatur felicitate ; quia qualiter per patrata peccata ad beatitudinem nobis recluditur aditus , & ita debita nobis dimitti perquirimus ; taliter per temptationum flatus de proximo in peccata , per quæ à beatitudinis gaudio arcerunt , ruere dubitamus : Ita Tostatus *quest. 118. in c. 6. Matth.* Sciendum autem , quòd hic , ne tentemur , vel ne nos tentari permittat , à Deo non querimus ; sed ne nos in temptationem induci , id est in ea succumbere permittat ; quia tentati nobis aliquoties est utile ; & per hoc ab hoc bono priuari non querimus ; sed cum temptationi succumbere per se nec bonum , nec utile sit ; ideo hoc à nobis auferri postulamus : ita inquit August. lib. de serm. Dom. *Aliud est induci in temptationem , & aliud tentari : nam sine temptatione probatus nemo potest esse siue sibi , siue alteri : Deo autem ante omnes temptationes quisque notissimus est ; non igitur oratur hic , ut non tentemur ; sed ut non inferamur in temptationem : ut si quispiam sit , cui necesse est , ipse examinari , non orat , ut igne non contingatur ; sed igne non exuratur .*

P E T I T I O VII.

Sed libera nos à malo. Amen.

420.
*De quo malo
petat fidelis li-
berari.*

Petitio ista septima est , quam plurimi de interiori malo , de fomite scilicet , à quo tentatio , ac peccatum trahit originem , volunt interpretari . Alij pro demone , quem propter malitia excellentiam malum vocant , malunt usurpart . His non obstantibus , melius cum Tostat. *in cap. 6. Matth. ad literam , & quest. 119. eod. cap.* petitionem hanc de quovis malo , (exceptis peccatis præteritis , ac temptationibus ad peccata inducentibus : quia de illis in antea & tis petitionibus est pertractatum) intelligendam esse videtur de aduersitatibus nempe , infirmitatibus , ac fortuitis malis , ut ferro , & igne , aquarum submersione , terræmotu , peste , subitanea morte , maleficis , obsecionibus , diabolicisq; vexationibus , ceterisue periculis , quibus subiacet fragi-

fragilitas humana : nam ab his homo liberari nequit , nisi eū Deus liberum abire permiserit : quia etsi se diligentissimè custodiat , in tutissimis locis commorando , attamen pericula omnia euadere nequit , quin aliquibus casualibus succumbat ; & sic à malis quibuscumque , quæ ab extrinseco inferuntur generaliter liberati postulamus : Ita August. lib. de serm. Dom. in monte ad probandum hoc vltimum , quod in oratione dominica habetur : *Tam latè patet , inquit , ut homo christianus in qualibet tribulatione constitutus in hoc genitus edat , in hoc lacrymas fundat.*

Amen. Idest , ita fiat : sic dicit Hieronymus super Matthæum . *Amen.* enim , quod in fine constat scriptum , signaculum est Dominice orationis , quod Aquilà interpretatus est , fideliter . & nos verè possumus dicere , idest verè sic erit , ut petimus .

Ex petitionibus prædictis colligitur , bonorum duplex esse genus : quædā enim bona spiritualia dici possunt , alia temporalia : Spiritualiū , alia ad Deum pertinent ; alia nobis conueniunt . Quæ ad Deum pertinent , sunt honor , & gloria ; quæ à nobis desiderantur ipsi Deo in prima petitione cùm dicimus : *Sanctificetur nomen tuum.* Quæ verò nobis conueniunt , sunt beatitudo , quam petimus , dum dicimus : *Adveniat regnum tuum ; & auxilium ad faciendam voluntatem Dei , eius mandata obseruando ; quod petimus , dum dicimus , Fiat voluntas tua , &c.* Sic pariter petimus , ut remoueat impedimenta , nempe peccata , & lapsum in tentationes , seu in peccata , quæ petimus in quinta , & sexta petitione .

Sub bonis spiritualibus comprehendimus omnia bona honesta , quibus nemo potest malè vti , siue sint gratia , & supernaturales virtutes , ac earum opera : siue sint virtutes morales acquisitæ cum actibus suis . Sub temporalibus verò comprehendimus omnia bona fortunæ , & bona corporis ; ut sunt vita , & salus ; & bona etiam animi , quibus malè vti possimus ; ut virtutes intellectuales , scientia , ars , &c. Horum verò bonorum quædam sunt per se conuenientia naturæ , ac proinde per se appetibilia secundū rectam rationem propter bonum , & conuenientem statuum naturæ , nisi aliquid per accidens obsteret ; ut vita , salus , & scientia . Alia verò sunt bona de se indifferenta , que propter se appetibilia non sunt ; sed tantùm propter utilitatem ad alia bona per se , & honestè appetibilia ; ut sunt honor , fama , potentia , diuitiae , &c. Vnde inter hæc quædam sunt vel simpliciter , vel immoraliter necessaria ad consequenda , vel ad conseruanda alia bona per se naturæ conuenientia ; ut est victus necessarius , & vestitus , & bonum nomen necessariū ad vitæ tranquillitatem : & de his bonis omnibus intelligitur petitio quarta , dum dicimus : *Panem nostrum quotidianum , &c. & ultima petitio ; Sed libera nos à malo , eis opposito :* Ita docet Tostatus quæst. 120. in c. 6. Matthai . Quædam verò superabundantia , ut diuitiae , magni honores , &c. & hæc bona Christus non docuit , nec voluit in oratione dominicali postulari .

Hoc solū remanet statuendum , quænam prædictorum bonorum sint à Deo petenda absolute ; & quænam sub conditione , videlicet si conductant ad beatitudinem , & futura sint instrumenta virtutum : *Quod præstabitur sequentibus questionibus .*

421.

Bona alia spi-
ritualia , alia
temporalia .

Bona spiritua-
lia .
Bona tempora-
lia .

Bona tempora-
lia per se appen-
tibilia secundū
rectam rationē .
Bona indiffe-
rentia necessa-
ria ad confer-
uanda bona per
se naturæ con-
uenientia ..

Bona indiffe-
rentia super-
abundantia .

Q V A E S T I O I.

An spiritualia bona indistincte, & absoluē à Deo peti possint.

422.
spiritualia bo-
na ab solutē pe-
tenda sunt.

REspondetur, hæc bona absolutè, & simpliciter petenda esse, nec necessarium esse aliquam conditionem nos adiungere. De hoc nulla est controuersia; quia per spiritualia bona intelligimus vitam eternam, & omnia bona, & media, quæ ad illam obtainendam conferre possunt.

Primò, hæc omnia maximè à Deo esse petenda, constat ex oratione Dominica supra explicata, in qua serè omnes petitiones sunt de his spiritualibus bonis; illa autem oratio est quasi exemplar, & summa omnium, quæ à Deo peti possunt. Propter quod dixit Augustinus Epist. 121. c. 12. *Sicut recte, & congruerter oramus, nihil aliud dicere possumus, nisi quod in hac oratione Dominica positum est.* Et sermone 128. de Tempore. *Hac oratio compendiosis verbis septem petitionibus omnes species orationis comprehendit.* Idem. Sermone 22. ad Fratres in Eremo. Nam ad bona spiritualia pertinet in primis, ut Deus in nobis glorificetur; deinde ut eternam beatitudinem consequamur; ac subinde, ut dum hic viuimus, voluntatem Dei impleamus. Et quia hoc sine diuinæ gratiæ auxilio præstari non potest, hoc etiam a nobis semper, & vbiq; ac maximè postulandum est. Vnde consequenter etiam petimus remissionem peccatorum, vtiq; cum dispositione necessaria ad illam, obtainendam. Ac denique ob fragilitatem nostram victoria contra tentationes, & defensio ab omnibus malis petenda est; hæc enim omnia in illa oratione continentur. Et per vniuersam Scripturam sparsæ sunt huiusmodi orationes, ac petitiones, præsertim per totum corpus Psalterij, ut dixit Innocentius primus epist. 25. quæ apud Augustinum est nonagesima prima. Ecclesiæ etiam in suis orationibus hoc frequentissime orat: ut Deus actiones nostras aspirando præueniat, & adiuuando prosequatur. Item ut gratiam mentibus nostris infundat, ut tandem ad resurrectionis gloriam perueniamus. Sic ut omnibus aduersis, vel contra omnia aduersa muniamur: ut à pondere peccatorum nostrorum liberemur: ut nostras rebelles compellat, idest efficaciter moueat voluntates, & similia.

§. I.

Orationes Ec-
clesiae præcipue
de quibus sunt.

423.
Docent Theolo-
gi.

Ratio dicitur.

HOc docent omnes Theologi, D. Thomas 2. 2. q. 83. art. 5. Medina Codice de Orat. quæst. 5. Alexander Alens. 4. par. quæst. 26. memb. 3. D. Antonin. 4. par. tit. 5. c. 3. Syluester verba Oratio num. 5. Nauarrus in Encyclid. de Oratione cap. 1. Ioseph Angles Flor. Theolog. qq. in 4. sent. traætl. de Oratione quæst. 9. dñf. 4. Suarez tom. 2. de Religione lib. 1. de Oratione c. 20. & alij communiter. Ratio est: quia hæc bona sunt maximè per se honesta, & amabilia, & præcipue à Deo ipso intenta, & in gloriam suam, ac bonum nostrum desiderata; ergo oratio pro talibus bonis, & ex obiectione est maximè honesta, & diuinæ voluntati conformis. Sic D. Thomas in generali quæst. qua

qua interrogat: *An aliq[ue]d determinatè in oratione sit petendum*, concludit illa bona, quibus malè vti non possumus: (quia illis, aut beatificamur, aut beatitudinem meremur) determinatè petenda esse. Intellige autem determinatè, id est absolutè; id enim probat: *quia, inquit, hæc bona Sancti orando absolute petunt, secundum illud Psalmi 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Et illud *Psalmi 118. Deduc me in semitam mandatorum tuorum.* Ratio etiam indicatur ab eodem D. Thoma in solutionibus argumentorum: quia nulla conditio necessaria est ex parte nostra, cum hæc sint maximè bona nostra; nam in eis nostra salus, & felicitas posita est. Nec ex parte rei postulare: quia, cum hæc bona de se talia sint, vt nemo eis malè vti possit, iniuria quodammodo illis fieret, apponendo conditionem (*Si nobis expedit*) vel aliam similem. Nec ex parte Dei: tum quia scimus esse conforme diuinæ voluntati, quod hæc bona habeamus, vt ait Paulus 1. Thessal. 4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra:* tum etiam quia ipsem Spiritus sanctus inspirat nobis absolutum desiderium talium bonorum; & hoc modo, *adiuuat*, teste Paulo Rom. 8. *infirmitatem nostram;* & talia bona nos postulare facit: tum denique quia hæc bona maximè in Diuinam redundant gloriam, quam ipse Deus in suis operibus præfertim intendit.

Vers. 26.

Q VÆ S T 1 O 11.

An bona temporalia absolute à Deo peti possint.

Ante questionis solutionem priùs aduertendum est, aliud esse petere aliquid propter se, vel propter aliud: aliud petere absolute, vel sub conditione.

424.

Petere propter se, est petere tanquam bonum propter se amabile, cui opponitur petere propter aliud; hæc igitur duo idem valent, quod petere vt finem, vel vt medium. Vnde sicut duplex est finis, scilicet ultimus, & proximus; ita dupliciter potest aliquid propter se peti, scilicet tanquam finis ultimus: vel tanquam finis proximus.

Similiter aliquid duobus modis dici potest esse propter aliud, scilicet ex formali, aut virtuali relatione operantis; vel ex vi operis, seu modi operandi; eodem duplice modo potest aliquid peti propter aliud. Vnde fit, vt aliquis modus petendi aliquid propter se repugnet cum omni modo petendi propter aliud, vt quando aliquid petitur tanquam ultimus finis: vt beatitudo non potest peti nisi propter se.

Aliquando verò idem potest simul peti propter se, & propter aliud, vel ex vi operis, vel ex relatione operantis; vt contingit in bono, quod propter se petitur solum tanquam finis proximus; vt scientia, quæ est bonum honestum propter se appetibile, quæ tamen potest etiam ordinari ad finem ultimum, nempè ad consequendam beatitudinem: Vel sanitas corporis, quæ potest peti, & propter se (vt est quid bonum utile, & honestum;) & propter aliud, scilicet vt possit ea vti ad Deum laudandum, puta ad verbum Dei enunciandum; vel confessiones peccatorum audiendas, vel aliud quid simile operandum.

Petere propter se quid sit.
Petere propter aliud quid sit.

Aliiquid potest peti tanquam propter se.

Aliiquid potest peti propter se, & propter aliud.

425.

*Tam bonum
propter se, quā
propter aliud
potest & abso-
lutē & condi-
tionatē peti.*

At verò petere absolutē, vel sub conditione quoad vtrumq; membrum-
cadere potest tam in bonum propter se, quā propter aliud postulatum :
quia vtrumq; potest sub conditione aliqua desiderari, vel absolutē. Nam
licet ego non desiderem salutem corporis, nisi propter diuinam gloriam ;
nihilominus possum absolutē illam desiderare : quia & absolutē desidero fi-
nem, & absolutē etiam cupio per hoc medium illum finem consequi ; atq;
ideo possū etiam absolutē petere, vt Deus & illud bonum mihi tribuat,
puta sanitatem ; & ad illum finem conferre faciat ; qui videtur esse modus
valde usitatus, & vulgaris petendi hæc bona temporalia, quando in aliqua
abundantia, vel excellentia non desiderantur .

§. I.

426.

*Bona tempora-
ralia conuenientia
naturali lici-
tē possunt peti
propter se ut fi-
nes proximi.
Quomodo.*

Dico ergo primò. Quædam sunt bona humana, ac temporalia, de quibus
supra. nū. 420. & 421. quæ licetē possunt propter se peti tanquam fines
proximi (dummodo secundum rectam rationē desiderentur, ac petantur)
sicut ex se amabilia sunt ; vt conseruatio vitæ, corporis integritas, & sanitas,
scientia, seu cognitio veritatis, & si quæ sint alia huiusmodi bona. Nam
aliqua ex his bonis licetē amantur, & desiderantur propter se, id est propter
conuenientiam, quam habent cum natura rationali ; conuenientiam (in-
quam) recta ratione regulatam ; nam ratio recta dicit, conseruandam esse
naturam, & procurandam corporis sanitatem, vel scientiam, aut aliquid
huiusmodi ; & hæc bona esse per se appetibilia, (per se loquendo,) ergo
eodem modo sunt petibilia ; (vt ita dicam) : quia ex Augustino illud honestè
petitur, quod honeste desideratur.

Ratio dictat.

Amplius declaratur. Illa licetē, & rectē peti possunt absolutē, & sine
ulla conditione, in quorum petitione nulla est circumstantia mala per se, &
ex intrinseca ratione eius, ac præterea materia petitionis bona est ; vt san-
itas, scientia, liberatio à maleficijs, & alijs periculis (vt dictum est) ergo li-
citē sineulla conditione peti possunt. Hoc manifestè clarum est : quia in
petitione dictorum bonorum temporalium nulla est circumstantia mala ;
nam si aliqua esset, maximè esset, quia talia bona non pertinetur propter
beatitudinem : At hoc non ita est, ergo, &c. Maior supponitur : quia etiam
supponimus ex alijs circumstantijs orationem rectē fieri, scilicet conuenienti
tempore, loco, & modo, & ex recta fide, &c. Minor verò probatur : quia
vel ille defectus non inuenitur : vel prout inuenitur, non est priuatius, (vt
sic dicam;) sed negatiuus tantum, id est non est de circumstantia necessaria
ad benè esse ; sed tantum ad melius esse. Nam vel est sermo de beatitudine
naturali ; vel de supernaturali : Item vel est de relatione operantis ; vel de
relatione, seu tendentia ipsius operis ex se. Si sermo sit de relatione ope-
rantis, verum est, tale bonum peti posse absque morali malitia sine tali re-
latione ad beatitudinem : quia hæc relatio operantis non est intrinsecè ne-
cessaria ad moralem bonitatem ; vt patet de opere eleemosinæ facto ex
naturali misericordia sineulla memoria beatitudinis, nec relatione formalis,
aut virtuali operantis. At loquendo de relatione operis, talia bona satis pe-
tuntur.

Art. IV. Seruando condit. ad impetr. &c. 231

tuntur propter beatitudinem eo ipso, quod propter intrinsecam conuenientiam honestam peruntur: Sic enim dicitur ad gloriam Dei facere, quisquis quod honestum est operatur, etiam si aliam relationem ipse non adiungat: ut docet Suarez tom. 2. de Religione lib. 1. de Oratione, cap. 17. num. 7. ex D. Thoma 1. 2. quæst. 1. dicente: *Quisquis amat bonum, amare illud propter beatitudinem, saltem in communi*; multò ergo magis, qui verum aliquod bonū, & honestum petit, censetur petere propter beatitudinem: quia vel petit partem aliquam, saltem minus principalem, beatitudinis naturalis; vel accidens quoddam completae beatitudinis supernaturalis. Confirmat hanc veritatem præter D. Thomam 2. 2. quæst. 83. ar. 6. & Suarez loco citato, Alexander Alens. 4. par. quæst. 26. art. 3. §. 1.

§. II.

SE D dicent aliqui: Etsi hæc bona sint per se appetibilia; nihilominus talia sunt, vt eis maiè vti possimus, ergo temeritas quedam est, illa absolute petere; vt ergo prudens sit petitio, necesse est, vt aëtu, vel virtute includat conditionem *si talia bona nobis profutura sint ad beatitudinem, seu ad salutem animæ*; vel saltem *si nocitura non sint*. Quod significare videretur D. Tho. loco cit. art. 5. vbi relata sententia Socratis subiungit: *Quæ quidem sententia aliqualiter vera est quantum ad illa, quæ possunt malum carentem habere, quibus etiam homo potest male, & bene vti*. Et in articulo 6. ait: licitum esse, desiderare bona temporalia, non principaliter; sed vt quædam adminicula, quibus adiuuemur ad tendendum in beatitudinem. Vnde consequenter significat, solum sub ea ratione & conditione peti posse.

Huic difficultati respondet, nullum esse in hac vita bonum, quo homo pro sua libertate non possit male vti aliquo modo. Nam licet virtutibus non possimus vti tanquam principijs ad malos aëtus eliciendos; possimus tamen ex illis superbire, & ita illis aliquo modo male vti; idemque est de peculiariis auxilijs, aut favoribus gratiarum; & nihilominus ex sententia omnium hæc bona possumus absolute desiderare, & petere; ergo illa ratio non sufficit, quoniam etiam alia bona per se conuenientia naturæ possimus absolute petere: Ita eruditè docet Suarez loco citato cap. 17. num. 9.

§. III.

DIco ergo secundò. Non est temeritas, huiusmodi bona temporalia absolute petere: quia qui hæc bona honestè desiderat, hoc ipso quantum est ex se illa desiderat ad benè, & honestè illis vtrendum: vnde non oportet, vt sub conditione illa petat, puta dicendo: *Domine da mihi sanitatem mentis & corporis, libera me ab hoc maleficio, à demonis obsessione, à febre, vel ab alio malo, si sit anima mea profuturum: vel si tu scis, quod sit expediens anima mea*: Sed potius vt simul petat talè conditionē in se impleri, videlicet, vt ralia bona obtineat ad benè, & honestè illis vtrendum, prout ipsa per se, & ex natura sua postulant: hoc modo petitio non est conditionata, sed absoluta:

427.

Obijcitur ex D.
Thoma.

428.

Satisfit obie-
ctioni.

429.

Non est temer-
itas, absolute pe-
tere bona tem-
poralia conve-
nientia naturæ.

vt dicendo: *Domine da mihi sanitatem mentis, & corporis; sed simul da mihi auxilium efficax, vt sanitatem benè utar ad laudandum, & glorificandum nomen sanctum tuum. Libera me à demonis obsessione, vt tibi magis, ac magis in Ecclesia tua gratiarum referam actiones.* Istæ enim petitiones sunt absolutæ, in quibus homo petit bona temporalia; sed simul querit auxilium, vt illis benè utatur ad beatitudinem consequendam. Vnde dicimus, omnes fateri, huiusmodi actum absolutum (prout nos declarauimus) esse licitum; etiamsi ex particulari intentione operantis, vel præsenti, ac formali; vel præterita, & virtualiter manente conditio non apponatur: quia nimis operans nihil umquam de illa cogitauit. Si quis autem contendat ex natura operis interpretationi includi illam conditionem, non esset fortasse contradic̄tio in re ab eo, quod ait D. Thomas; nam certè qui hæc bona honestè desiderat, semper habet hanc animi præparationem, vt si virtutem sint impedituta; vel si futura sint in occasionem ruinae, ea nolit; hæc verò conditio magis esse intelligitur in bona dispositione subiecti, quasi habituali, quam in ipsorum actu petendi; & ideo illum absolutum vocamus: Ita Suarez eod. cap. nu. 10.

430.
Conformat vſus
Ecclesiæ.

Hoc confirmat usus Ecclesiæ, quæ bona temporalia petit sine illa conditione, vt in multis Collectis videre licet: vt pro sanitate infirmis obtinenda ait: *Omnipotens sempiterne Deus salus æterna credentium exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordia tua imploramus auxilium, vt redditia sibi sanitatem, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones.* In oratione pro pluia: *Vt præsentibus subsidijs sufficienter adjuti sempiterna fiducialius appetamus:* Sic in orationibus contra persecutores, contra pestem animalium, pro frugibus, vineis, ac messibus ab vniuersis malis præseruandis Deum rogamus absolvē, & sine illa conditione, si huicmodi bona temporalia sint saluti anima profutura, vel non. Illa tamen actu ordinamus ad gloriam Dei, ac postulamus cum expressa habitudine ad spiritualem fructum; quod æqualeat, ac si conditio illa esset apposita.

§. IV.

431.
Bona indifferentia cum moderatione honesta possunt absolute peti.
Testatur dominica scriptura.

Dico tertio. Quando bona indifferentia, vt diuitiae, & similia non simpliciter, nec cum excessu petuntur; sed cum hac moderatione, scilicet quantum ad huius vitæ commoditatem necessaria sunt, tunc eodem modo peti possunt, quo ipsa bona corporalia, vel intellectualia, quæ per se expetabilia sunt.

Hoc rectè probari potest ex illo Proverb. c. 30. *Dinitias, & paupertatem ne dederis mihi; sed tantum victui meo tribue necessaria.* Item ex illa petitione orationis Dominicæ: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, per quam supponimus ex supradictis num. 417. peti panem etiam corporalem, vt ait. etiam Chrysost. Consonat etiam illud Genesis 28. Si fuerit Dominus meus, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad scandum, & vestimentum ad induendum, reuersusq; fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum: vbi petito moderata talium bonorum non solum absoluta est; sed etiam voto confirmata.*

Hoc

Hoc sentit August. Epist. 121. ad Probam cap. 6. & sequentibus. Cum n. dixisset: *Si optant sibi, ac suis sufficientiam rerum necessariarum, & cetera subiungit: Hanc ergo sufficientiam non appeti propter seipsum, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personae hominis*, quo habitus non sit inconueniens eis, *cum quibus honeste, & officiose vivendum est.* Additque sequentia verba, quae hanc, & præcedentem conclusionem confirmant. In his itaque omnibus incolumentis hominis, & amicitia propter seipsum appetuntur; sufficientia vero rerum necessariarum non propter seipsum; sed propter duo superiora queri solet, cum decenter queritur.

Hoc confirmat usus Ecclesiæ; nam in litanij, & collectis sape postulat temporalia bona, ut pluuiam, vel serenitatem, nulla adiecta conditione, ut dixi numero præcedenti. Id testantur D. Thom. 2.2. q.83. ar. 6. & Alexander Alensis 4. par. q. 26. ar. 3. §: 1.

432.
Augustinus docet.

Confirmat usus Ecclesiæ.

§. V.

Ratio ex his verbis facilè confici potest: quia eo modo, quo petitur aliquid propter se, potest etiam peti medium necessarium ad illud obtinendum. Si n. potest absolutè peti sanitas, ut finis proximus, idest ut finis sub fine, etiam possunt aequaliter peti bona temporalia, ut media necessaria ad talem finem consequendum. Item illa petitio iam habet finem honestum; unde licet materia ex se sit indifferens; honestatur tamen ex fine; & eo ipso, quid cum dicta moderatione petitur, tollitur morale periculum, quod in abundantia harum rerum temporalium esse solet; ergo ex omni capite honesta est talis oratio. Est autem talis oratio absoluta eo modo, quo dictum est de præcedenti; semper tamen habet intrinsecè subintellectam limitationem illam, ut haec ipsa quantumvis moderata sufficientia non desideretur cum discriminè virtutis: seu si futura sit occasio alicuius peccati. Quæ limitatio in omni honesto amore creaturæ includitur, quatenus non amat super omnia, neque ut ultimus finis, nec sine fine honesto.

433.
Ratio dicitat.

§. VI.

Dico quartò. Haec bona indifferencia diuitiarum, honorum, et huiusmodi non sunt absolutè petenda; quando cum excessu aliquo, vel abundantia, aut sine moderata limitatione petuntur. Hanc veritatem docet Suarez cap. eod. num. 12. Ratio est: quia in primis, ut haec bona honestè petantur necesse est, ut non propter se, sed propter honestum finem petantur; vix autem possunt ita peti, nisi petantur cum moderatione, et limitatione accommodata honesto fini; et tunc iam petentur modo explicato in fine præcedentis numeri; nam illa moderatione, et sufficientia non potest esse una in omnibus; sed pro ratione status, vel finis conuenientis homini iuxta conditionem suam.

434.
Bona indifferencia sine moderata limitatione non sunt moderatae petenda,

Q VÆ S T I O III.

*An postulare à Deo peculiarem protectionem, & curam in pra-
stanto nobis hac bona, sit tentare ipsum.*

435.
*Petere à Deo
singulare auxi-
lium in omni-
bus rebus no-
stris, est super-
naturalē eius
prudentiam
recognoscere.*

*Licitum est,
tiam si ad im-
petrationem
miraculum re-
quiratur.*

*Isaiae 38. &c.
4. Reg c. 20.*

REspondeo cum Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. de Orat. cap. 18. num. 8 non esse tentare Deum, vel eius potentiam; sed supernaturem eius prouidentiam recognoscere. Eò vel maxime quod non absolutè perimus extraordinarias illas actiones diuinæ prouidentiaræ; sed solum quatenus ad effectum consequendum sunt necessariae. Sèpe enim effectus à nobis desideratus, ac postulatus eveniet per communem cursum causarum naturalium; et tunc satis exaudit Deus orationem pro tali effectu, si cum huiusmodi causis concurrat, et non permittat per actionem dæmonum impediri, prout interdum potest; quod etiam nos postulamus, quando hæc bona petimus.

Denique, quoniam interdum fieri potest, ut ad obtainendum bonum postulatum, verbi gratia, corporis egrotantis sanitatem, neque ordinaria, neque extraordinaria naturalis prouidentia sufficiat; sed miraculosa necessaria sit; nullum est inconueniens, quod ad hoc totum extendatur orantis intentio, & petitio: quia hoc non est tentare Denim: nam non petitur simpliciter miraculum; sed sub conditione, si fuerit necessarium, & supposita conuenientia beneficij postulati. Et hoc modo credendum est orasse Ezechiam, quando salutem postulauit, & obtinuit; & in scriptura inueniuntur plures orationes similes; & orationes Ecclesiæ pro huiusmodi bonis temporalibus, præsertim generalibus ita possunt conuenienter intelligi. Sic etiam solent fideles petere salutem, vel similia bona in locis pijs, in quibus solet Deus ea miracula operari in Christi honorein, vel B. Virginis, vel alieuius Sancti per eius intercessionem; & interdum impetrat ea miraculo modo iuxta rationem fidei suæ: vel prout eis expedit, aut communi Ecclesiæ bono. Ita ergo satis constat, quomodo hæc bona (licet alijs naturalia sint) per orationem conuenienter petantur.

Q VÆ S T I O IV.

An temporalia mala in oratione peti possint.

436.
*Nin est intrin-
secè malum, pe-
tere mala pæna
sibi, vel alteri.*

REspondeo breuiter, non esse intrinsecè malum, petere huiusmodi mala vel sibi, vel alijs. Hoc constat ex vñ Scripturæ, & Sanctorum. Paulus enim Philip. 1. aiebat: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Dquid ps. 26. *Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum.* Vbi Augustir. *Adhibe medicinale purgatorium, quasi ignem delectationibus, & cogitationibus meis.* & Hieron. *Proba me Domine in temptationibus, & tenta me, ne aliquid in me delicti remaneat:* Vnde Augustinus serm. 30. de Santis ponderans illud, *Vre renes meos, & cor meum,* ait: *Ad comprobandam devotionem suam geminum sibi ignem postulat (scilicet renum, & cordis) ut luctamine habito, ostend-*

ostendat, in se plus posse amorem Christi, quam penam tyranni. Ratio vero est: quia huiusmodi mala non sunt simpliciter mala, sed secundum quid: vnde respectu boni honesti, vel mali turpis illi contrarij, sunt indifferentia; eruntque simpliciter bona, si honesta ratione, et propter finem simpliciter bonum appetantur; ergo ex tali intentione licet etiam peti possunt; ergo petitio talium malorum non est per se, et intrinsecè mala.

Quamvis autem hic modus orationis, quo quis sibi mala temporalia petit, licitus sit; non est omnino tamen consulendum: quia non omnes apti sunt, vel idonei ad hoc genus probationis; et interdum esse posset presumptionio illam appetere, aut postulare sibi, et maximè si quis peteret, se à demono possideri; cum demon hominem, quem possidet, ad multa inducat mala, vt ad blasphemias, ad actus in honestos, ad precipitia: impedit multa bona; ac multis domesticos obsessi afficiat perturbationibus, et afflictionibus. Vnde melius est, Paulum regulariter imitari, qui cum stimulo carnis affligeretur, et ignoraret, quid sibi magis profuturum esset, ter Dominum roganuit, vt auferretur ab eo; non enim nos Paulo perfectiores sumus, vt petamus per afflictiones à Domino tentari; vel per obsessiones, ac possessiones à demone probari; sed in dubio potius de nostra fragilitate, et imbecillitate timere debemus: Ita etiam admonet Suarez lib. eod. c. 19. nu. 2. sub fine.

Q V A E S T I O N E .

An liceat in oratione petere, ut malum pena proximo eueniat.

Dico primò. Si proximus iam sit defunctus, & damnatus, licitum est illi imprecari vindictam aeternam, iuxta illud Psal. 57. *Lætabitur in stus, cum viderit vindictam.* Si autem proximus iam sit defunctus, & nobis non constet ipsum esse damnatum, imprecari illi damnationem aeternam desiderando, vt damnatus sit, & de illo sumatur aeterna vindicta, manifestū odium esset: quia illud per se non est necessarium ad iustitiam Dei; vnde solum postulatur in summum malum proximi: Ita docet Alexander Alens. 4. par. q. 93. art. 2. Thom. 2. 2. q. 83. art. 7. D. Bonau Ricard. Sot. in 4. dist. 45. Et 46. Medina hac quest. Suarez cap. eod. nu. 3. Ioseph Angles in 4. tract. de Orat. q. 9. diffic. 2.

§. I.

Dico secundò. Si proximus sit viator, nunquam licet illi imprecari vindictam, quæ inuoluat damnationem aeternam, etiam sub titulo diuina iustitia: quia de nullo viatore desperandum est, & Deus potest alia vindictam sumere de peccatore, per quam suæ iustitiae satisfactat, & misericordiam habeat adjunctam; quam vindictam sumit, mediante penitentia; & hanc Deus ipse (quantum ex se est) magis exoptat; Et ideo imprecari illi, quando est in via, vindictam aeternam, est peccatum contra proximi charitatem; vt testatur B. Gregorius lib. 2. moral. dicens: *Homo peccato subiacet, qui*

*Licet peti pos-
sunt proper fi-
nem simpliciter
bonum.*

437.
*Hic modus ra-
men non est fa-
cilius conser-
lendus.*

438.
*Quando sit lici-
tum, mortuo ma-
lum imprecari,
& quando non.*

439.
*Numquam li-
cet imprecari
Viatori dam-
nationem aet-
nam.*

qui hoc petit à Deo fieri, quod omnino facere non potest; vel si potest, minimè decet. Idem docent DD. supra relati.

§. II.

440.
Catholicū est, orando, petere aliquod malum proximo ob manus bonum.

Dico tertio. Integrum, & catholicum est, orando petere aliquod malum proximo, quando illud petitur propter aliud bonum, quod iustè, & secundum ordinem charitatis præfertur illi malo, puta ad utilitatem peccatorum, ut conuertantur, & non pereant: nam eo ipso non agitur contra charitatem; sed secundum illam; nec petitur malum, ut malum; sed ut bonū, non qualecunq; sed præferendum tali malo.

Hanc conclusionem probant innumera sacræ scripturæ testimonia. Ps. 82.
Imple facies eorum ignorinia, & querant nomen tuum Domine, & passim Prophetæ hoc petebant, ut corrigerentur, & conuerterentur peccatores; quod est opus misericordiæ; & hæc quoq; mala sæpiissime populo nunciabant, non imprecando, sed prædicando; non optando, sed prophetando. & D. August. in quadam homilia de martyribus dicit: Vtius sum eos, & cat. quomodo me vindicani? occidendo in eis errorem, fuscitando fidem.

§. III.

441.
Licuum est, petere à Deo, ut damna temporalia, & morte ipsam immittat homini perniciose Reipublicæ; aut publico Ecclesiæ hosti.

Dico quartò. Licitum est, à Deo petere, ut mittat mala, & damna temporalia, & mortem ipsam hominī perniciose Reipublicæ, aut publico hosti Ecclesiæ; ut Turcæ, Hæresiarchæ, Mago, Malefico, Sagæ, & similibus, præferendo commune bonum, nempe tranquillitatem Reipublicæ, honorē Dei, & Ecclesiæ priuato incommodo: vel postponendo corporale detrimentum spirituali: In huiusmodi autem oratione semper inuoluitur conditio, si aliter vitari non potest malum; quod interdum supponit tanquam moraliter certum ex pertinacia, vel obcæcatione talis personæ.

Hoc testantur diuinæ scripturæ Psal. 54. *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes, & subdit infra: Exaudiens Deus, & humiliabit illos, qui est ante facula, & Psal. 58. Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Et interdum effectu ipso Deus tallem orationem confirmabat, ut 4. Reg. 1. dixit Elias, si homo Dei sum, descendat ignis de celo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. quod semel & iterū factum est. Ita docent præallegati Doctores nu. 438.*

§. IV.

442.
Quatuor modis possunt intelligi huiusmodi. imprecations.

HÆC & similia loca interpretantur Patres uno ex quatuor modis, quos attigit D. Thom. 2. 2. qu. 83. art. 8. ad primum, & secundum ex Augustino lib. 1. de serm. Dom. in monte, & lib. 2. de Quest. Euangeli. cap. 45. quos etiam attigit Alexander Alens. 4. par. q. 93. ar. 2.

Primus est, quod sæpe sub forma precationis prophetiam proferunt; norūt enim illam esse voluntatem Dei, & definitam sententiam, quam pronunciant. Secundus,

Secundus, quod imprecantur malum, non homini, sed peccato; & per se-
uerantibus in illo petunt vindictam, conformando voluntatem suam iustitiae
diuinæ: vel sub ea conditione; si p̄seuerent: vel quia p̄sciuunt conditio-
nem esse implendam.

Tertius, quia optant, ut per temporalia mala peccatores corrigantur.

Quartus (& ferè in idem redit) quia optant per eadem mala destrui re-
gnum peccati.

Addi p̄terea potest ex Hieronymo Epist. 151. ad Algasiam quæst. 5. in
veteri Testamento, tertuisse Deum homines rigore iustitiae; & ideo etiam
voluisse per Prophetas suos; ac Prædicatorès interdum visibiliter ostendere
vindictam suam, ut in facto Elie supra relato:

443.

Denique addi potest s̄pē intelligi illas orationes modo iam dicto, quo
ordinariè fieri possunt, scilicet ad emendationem iporum peccatorum; vel
ad commune bonum, & pacem Reipublicæ.

2 VÆ SIT O VI.

*An omnium prædictorum bonorum, vel malorum petitiones infal-
libilem habeant impetrationem ex vi diuinæ promissionis.*

HAEC est quæstio principaliter intenta ad explicandam primam con-
ditionem ad impetrationem infallibilem requisitam; quæ cum non
possit unico verbo explicari, sequentibus dictis, seu assertionibus enodabitur.

444.

Dico ergo primò. Oratio, seu petitio bonorum spiritualium habet infal-
libilem promissionem, & impetrationem: Id docet Ioannes prima sue can.
c. 5. *Hac est fiducia, inquit, quā habemus ad eum: quia quodcumq; petierimus
secundum voluntatem eius, audit nos: sed bona spiritualia, vt beatitudo, &
gratia, & virtutes, & dona, quæ necessaria sunt ad salutem, sunt secundum
voluntatem Dei;* vt ait Paulus 1. Thessal. 4. *Hec est voluntas Dei sanctifi-
cationis vestra;* & constat supra ex petitionibus orationis dominicalis, & num.
422. & sequentibus, ergo dictorum bonorum petitio infallibilem habet pro-
missionem, & consequenter infallibilem habet impetrationem; cum Deus
mentiri non possit; vt latè probauimus supra num. 406. & sequentibus, sup-
positis alijs conditionibus ad impetrationem infallibilem requisitis.

Petitio bonorū
spiritualium
habet infallibi-
lem impetra-
tionem.

§. I.

DIco secundò. Petitio bonorum temporalium, (si utilia sint ad salutē)
promissionem habet infallibilem: Constat ex generalitate verborum
Christi Io. 14. 15. & 16. *Quicquid petieritis Patrem, in nomine meo, dabit vobis.* Hoc suadere possumus argumento Augustini: quia quod est utile ad
salutem, aliquid est, & magni momenti, ac ponderis apud Deum; & quan-
tum est ex se) petitur in nomine Salvatoris; ergo comprehenditur sub illa
promissione: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et ut
vtar verbis ipsius Augustini in Ioannem c. 15. *Hoc petimus, inquit, in nomine
Saluatoris.*

445.

Petitio bonorū
temporalium, si
utilia sint ad
salutem, habet
infallibilem
promissionem.

Saluatoris, quod pētitur ad rationem salutis. & c. 14. in illa verba: *Quodcumque petieries Patrem in nomine meo, hoc faciam*, ait: *In nomine meo, quod est Christus Iesu, Christus Regem, Iesu Salvatorem significat*; ac per hoc quodcumque pētimus aduersus vtilitatem salutis, non pētimus in nomine Salvatoris. Item 1. Ioan. c. 5. dicitur: *Quodcumque petierimus, secundum voluntatem eius, audit nos*. Circa quem locum aduento, dupliciter posse construi illa verba: primò coniungendo determinationem illam *secundum voluntatem eius* cum verbis præcedentibus. Et sic constat, promissionem limitari solū ad ea, quæ sunt secundum voluntatem Dei; & ita legit D. Thomas. Alio verò modo potest disiungi illa determinatio à verbis præcedentibus, & coniungi sequentibus (prout fit in noua editione vulgata) & ita videtur promissio magis vniuersalis. Vtique autem modo probatur id, quod intendimus; quia cùm pētimus aliquid vtile ad salutem, pētimus secundum voluntatem eius; ergo exaudimur.

§. II.

446.
Vtile est ad salutē, quod actu est causa aliquius boni, nec occasio est peccati; nec impedit maius bonū.

CV M autem dicimus: id, quod pētitur, debere esse vtile ad salutem; non intelligimus solū de vtilitate, quam potest res ex se habere, puta de sanitate, quæ etiam in peccatore potest vtilis esse ad salutem, si conuerteret ad Deum, & penitent; sed quam de facto habitura est, puta quia illa persona, cui sanitas est communicanda, bona opera actualiter, & de facto præstituta est. Multa enim possunt esse secundum se vtilia, quæ nouit Deus futura esse noxia postulant; & hoc satis est, vt misericorditer non dentur; ac proinde vt oratio ex ea parte non sit infallibilis, nec sub promissione cōprehendatur; vt constat ex oratione Pauli 2. ad Corinth. 12. Et ita notatunt Augustinus tract. 32. 73. & 81. in Ioannem; & Chrysostomus hom. 30. in Genes. Dicitur autem id, quod pētitur futurum esse noxiū, non solū si futurum sit occasio alicuius peccati; sed etiam si impediturum sit profectum salutis: quia tunc non solū vtile non est ad salutem, vt constat; sed etiam est aliquo inodo nociuū: Ita Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. de oratione cap. 23. num. 7.

§. III.

447.
Bona temporalia licet per se nō conferant ad salutē, aliquādo habent im- petrationem infallibilem.
Et quando.

DIco tertio. Petitione alicuius boni honesti (quod tamen per se non est conferens ad salutem; neque etiam illam impediens, aut profectum eius; vt sunt bona temporalia necessaria ad conseruationem vitæ, euasio periculorum, & alia huiusmodi, de quibus supra *in quarta, & ultima petitione orationis Dominicalis*) habet certam impetrationem, si adsint tres aliæ conditiones ad impetrationem infallibilem requisitæ. Probatur ex verbis ipsius Augustini in illis tractatibus in Ioannem, quos supra citauimus: Ibi enim, numquam dicit, eum non petere in nomine Christi, qui non petit necessaria, aut vtilia ad salutem eternam; sed eum, qui petit huic saluti contraria: *Non petitur*, ait, *in nomine Salvatoris quicquid petiatur contra rationē salutis*.

Nam

Art. IV. Seruando condit. ad impetr. &c. 239

Nam si quod petitur, bonum est, & honestum, & non est contrarium saluti : quia non impedit salutem, nec eius protectum, aut maius bonum, licet tantum petatur propter commoditatem naturae, & non propter salutem animae ; nihilominus eo ipso, quod petitur ex vera fide, & Religione (quod est secunda conditio ad impetrationem infallibilem requisita), quantum est de se, potest esse aptum ad salutem ; & potest in nomine Salvatoris postulari : Nam gratia fidei, qua petitur, illud pertinet ad rationem salutis.

§. IV.

Amplius probatur : Nam in primis quicquid ipse Christus in oratione sua petere docuit, potest propter ipsum, seu in nomine eius postulari ; sed ipse docuit petere etiam subsidium temporale dicens : *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* : maior est clara : quia in ea oratione manifestauit suam voluntatem ita esse : minor constat ex dictis supra in illis petitionibus, & probatur a D. Basilio in *Constitutionibus Monasticis c. 2.* ergo, &c.

Item eo ipso, quod aliquid petitur sub vera ratione boni honesti, vel in ordine ad illud, etiamsi ab eo petente non referatur in altiorem finem, ex se est aptum referri ; & potest esse medium, vel instrumentum, aut occasio spiritualis fructus, ut puta ex sanitate accepta locus sumatur Deo gratias agendi, ac nomen eius laudandi, & glorificandi, sicut ipsamet Ecclesia in ea Collecta pro infirmis tali modo rogat, nempe, *vt reddit a sibi sanitatem, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones* : & ex parte Dei semper datur propter hunc finem ; ergo iusta ratione potest propter Christum, seu per merita ipsius postulari. Accedit, quod talis oratio ex vi motui includit (ut supra dicebamus num. 433.) virtualem conditionem, *vt, si illud, quod petitur, sit noceturum saluti, nobis non concedatur* : *quia hoc magis expedit nobis*. Et qui prudenter petit, semper intendit obtinere id, quod petit, quatenus sibi magis expedit ; ergo hoc satis est, ut talis petitio per Christum, seu in nomine Salvatoris fiat. Tandem quicquid perimus ex vera fide, perimus fundati in promissione eiusdem Christi ; ergo totum id possumus postulare propter Christum, seu in nomine Christi.

§. V.

Quae existimo cum Suarez lib. eod. cap. 18. num. 12. Christum nobis meruisse bona honesta, etiamsi naturalis ordinis videantur. Et quamvis a nobis, quando illa recipimus, vel appetimus, in altiorem finem non referantur, semper de se conferunt ad illum finem, & a Deo sub ea ratione conferuntur. Et hoc etiam confirmat usus Ecclesiae ; nam semper per Christum petit, (etiamsi interdum temporalia petat, non facta expressa mentione spiritualium bonorum :) ut in multis Collectis contra persecutores Ecclesiae, vel contra pestem animalium, & ut in alijs videre licet. Et in quadam oratione pro quacumque necessitate hac vititur orandi forma : *Deus refugeum nostrum, & virtus adesto piis Ecclesia tua precibus, auctor ipse pietatis, & pra-*

448.
Constat ex oratione dominice.

Docet usus Ecclesiae.

449.
Christus nobis meruit omnia bona honesta.
Et que.

& presta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur, per Christum Dominum nostrum. Hæc autem orandi forma locum habet in omni honesta, & Religiosa oratione; nam si ex Religione est, protecta pia est, & salutaris; & si ex fide est, fideliter in ea petimus; ergo quicquid per eam sic petimus, possumus per Christum petere, ut efficaciter consequamur. Dicendum ergo censeo, ex bono honesto sic accepto, & tali modo petito non reddi orationem, seu petitionem inefficacem, neq; excludi à promissione diuina, si alias habeat conditions.

§. VI.

450.
Petitio rei indifferentis non relata ad honestatem non habet impetracionem infallibilem.

Dico quartò. Petatio rei indifferentis, idest nec turpis, neq; honestæ, nec relatæ ad honestatem; sed solum ob iucunditatem, vel humanam utilitatem, quam habet (nulla existente vera necessitate talis rei) sine dubio promissionem non habet infallibilem. Ratio est: quia secundum probabilitorem sententiam bona non est, neque honesta: quia ex vi rei postulata non habet honestatem: cum supponatur illam indifferentem esse; neque etiam ex fine; quia supponimus non refutri eandem rem indifferentem infinitem honestum; ergo nullo ex capite bona est; indifferens autem in indiu-duo esse non potest; vt docet Suarez lib. eod. cap. 23. num. 5. ex probabiliori: D. Thomæ sententia; ergo peccaminosa est, ac proinde indigna, vt exaudiatur, nedum vt infallibilis impetrationis promissionem habeat.

451.

Nec talis petitio dici potest pertinere ad diuinum cultum: quia continet petitionem rei indecentis à Deo. Nam illa petitio proficiscitur ex desiderio, & postulat à Deo, vt illud implete. Desiderium autem habendi rem indifferentem propter seipsum, & sine intuitu honestatis, est turpe desiderium; & ideo petere à Deo, vt illud desiderium implete, turpe etiam est; qua de causa non potest ad Dei cultum pertinere. Fallitur ergo, si quis dicat, se ita petere propter cultum Dei; (non enim petit nisi propter concupiscentiam suam, vt illi satisfaciat:) vel etiam si aliquo modo cultum intèdat, practicè errat: quia vtitur medio, seu materia improportionata ad cultum; & ita non verum, sed fictum, & apparentem cultum intendit.

§. VII.

452.
Qui petit à Deo aliquam rem malam mortali-iter peccat.

Dico quintò. Qui aliquam rem malam petit, non solum non meretur à Deo exaudiri; sed mortaliter peccat, iuxta id, quod ait David Psal. 108. *Oratio eius fiet in peccatum.* Ratio est: quia rem omnino indignam, & indecentissimam à Deo petit, nimirum, vt ipse auctor peccati fiat. Quapropter licet id, quod petitur, de se non sit mortale peccatum, sed veniale tantum; nihilominus illud petere à Deo, mortale est peccatum: quia in hac materia respectu Dei nō potest dāri materia lenis; sed tota est grauis. Ergo talis oratio non solum inefficax est; sed etiam valde nociva: vel vt aliqui loquuntur) non tantum mortua, sed mortifera: Ita docet Suarez tom. 2. de Religione lib. 1. de Orat. cap. 23. num. 4.

Eodem

Eodem modo dico, petere hæc bona temporalia (quæcumque sint) propter se, vltimum finem in eis constituendo, peccatum est mortale. Hoc per se notum est: tum quia affectus ad temporale bonum, & ad vltimum finem relatus, est peccatum mortale contrarium dilectioni diuinæ super omnia: tum etiam quia à Deo complementum huius desiderij, seu affectus petere, speciale peccatum est contra Religionem: quia est à Deo praui desiderij complementum postulare. Si quis autem attendat, hæc assertio locum habet in omnibus bonis creatis: quia in nullo eorum, cuiuscumq; ordinis sit, licet vltimum finem constituere.

453.
Petere bona tē-
poralia, ut ul-
timum finem,
est peccatum
mortale.

Conditio secunda ad impetrationem infallibilem requisita.

Secunda conditio, quæ orationi ad impetrandum infallibiliter quod petitur, est necessaria, est ex fide theologica, ac spe, seu fiducia, ac confidentia in Deum petere, de quibus latissimè supra à numero 166. inclusiōne vsq; ad numerum 245. exclusiōne. Necesse est enim, ut oratio ex fide procedat, & ex spe, ut per eam id, quod postulatur, infallibiliter obtineatur. Hanc conditionem docuit Christus Dominus Matthei 21. dicens: *Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Et præmisserat: *Si ha-
bueritis fidem, & non hesitaueritis, & car.* Et Iacobus cap. 1. Postulet in fide nihil hesitans: & Paulus Roman. 10. ait: *Quomodo inuocabunt, in quem non
crediderunt?* & Ephes. 3. inquit: *In quo habemus fiduciam, & accessum in-
confidentia per fidem eius.* Nam orationis promissio per se primò ad assecutionem Beatitudinis ordinatur iuxta illud Matthæi 6. *Quarite primum regnum
Dei, & iustitiam eius, & bęc omnia adiicientur vobis.* Fides autem principiū, & fundamentum salutis est; & ideo promissio non fit orationi, nisi ex fide procedat.

Quare sicut Exorcistæ, ut tutò, & efficaciter ab hominibus obseSSI, & è rebus ad homines spectantibus dæmones expellere, eorumq; opera maleficia destruere valeat, necessaria est fides theologica, ac fiducia, seu confidentia in Deum, quatenus actus spei ab actibus fidei excitantur, ut docuimus supra nu. 190. & 191. Ita ęgroti obseSSI, vel maleficiato, aut in quacumque necessitate constituto, aut quodcumque beneficium salutare postulanti primò necessaria est fides theologica, qua Deum posse, scire, ac velle sibi concedere, quod fuerit expediens, ac salutare, credat; secundò necessaria est fiducia, seu confidentia certa, & inhésitans, qua speret, Deum ratione suę infinita bonitatis id, quod salutare petitur, cōcedere velle, & ratione suę veritatis, & fidelitatis inuariabilis iuxta suas promissiones illud largitum.

454.
Petitio, ut im-
petret, infalli-
biliter, debee-
t̄ esse ex fide theo-
logica, ac confi-
dentia inha-
stante.

§. I.

VNde aliud est aliquid à Deo ratione eius bonitatis, & clementiae impetrare; aliud ex vi diuinæ promissionis. Nam primo modo ob quādam congruentiam, quam habet oratio cum diuina bonitate, & clementia obtinetur; Consentaneum enim est diuinæ bonitati, ac liberalitati eius, qui

455.
Obſeffo, & agro-
to, ut sanitati
impetrat, neceſ-
ſaria est fides,
ac fiducia in
Deum.



456.
Aliud est impe-
trare à Deo ra-
tione eius boni-
tatis: aliud ex
vi promissionis
diuina.

rogatur, moueri ad dandum solum, quia rogatur: vt eruditè docet Suarez, tom. 2. de Religione lib. 1. de Oratione cap. 23. num. 1. Non tamen ex sola petitione iudicari potest, aut credi, Deum certò, & infallibiliter id, quod petimus effecturum. Alio modo obtinetur, quatenus nos nō solum Deum Omnipotentem, Sapientissimum, ac Summum Bonum; sed veracissimum, ac fidelissimum in suis promissionibus esse credimus; ideoq; ratione suæ promissionis certò, & infallibiliter largiturum id, quod petitur. Sic imperatio ex vi promissionis supra orationem, ac imperationem, qua fit ratione diuinæ bonitatis, addit actum fidei, quo quis inhesitanter diuinis promissionibus credit, de quibus latissimè supra à num. 192. inclusuè vsq; ad num. 245. exclusuè, & num. 405. & sequentibus.

§. II.

457.
Ad impetrandum infallibiliter; petitio debet fieri nō tantum ratione bonitatis, sed ratione promissionis diuina.

458.
Monitemus veilellum pro Missionarj. Apostolicis.

Hinc colligitur, si quis aliquid à Deo infallibiliter obtainere desiderat sibi studendum in oratione esse, non tantum primam seruare conditionem ad imperationem infallibilem requisitam, nempe vt res, quam petit, bona, & honesta sit, scilicet salutaris animæ, vel corpori; sed secundam etiam, videlicet fidem possidere, qua firmiter credit Deum non tantum posse dare, quod petitur; & esse bonum, ac misericordem ad dandum (si nobis expedit, & ex parte nostra non sit impedimentum;) sed ratione suæ promissionis infallibiliter daturum id, quod petitur. Et qui sic credit, ac sine vlla hésitatione confidit, vtique infallibiliter id, quod petit, vel aliud maius bonum obtinebit.

Vnde h̄c vnicum tradam monitum pro i:s, qui inter Infideles ad prædicandum Christi Euangeliū auctoritate missi Apostolica extraneæ linguae vsum nō callent: si post adhibitam diligentiam vt nouam linguam discant, illam non possideant: ac denuò homines eis occurrant, quorum idiomatici ignari sint, ac necessitas vrgeat eorum sermonem capescendi, vt in Christi fide eos instruant; vel peccatorum eorum confessionem audiant, nec eis obidiomatici ignorantiam Christi doctrinam explicare, ac veritatem Christianæ Religionis suadere valeant; tunc ad orationem configiant; ac diuinæ promissionis meminerint, qua creditibus Christus promittit, quod nouis loquentur linguis, Marci 16. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijscent: linguis loquentur nouis: & S. Gregorij Thaumaturgi exemplo Deum de promissione sua admoneant; necessitatem animas ad ouile ipsius reducendi exponent; dicantq; ei, vt iuxta petentis fidem agat, ita vt sibi ipsis nouæ lingue donum concedat, quo veritatem possint patefacere euangelicam: vel ipsis penitentibus, & audientibus donum nouam linguam intelligendi impertiatur. Si enim firma, & inhesitanti fide hoc petierint, infallibiliter vtique obtinebunt: nam fidelis est Dominus; ait Propheta psal. 144. in omnibus verbis suis: nec fallere, aut mentiri potest. Hoc adimpletum vidimus in Apostolis, qui loquebantur varijs linguis magnalia Dei. Act. 2. Hoc in D. Antonio à Padua Romæ concionante coram Summo Pontifice factum est cunctis audientibus eum in lingua sua, Græcis;*

Gallis,

Art.IV. Scrupulo condit.ad impetrat.&c. 243

Gallis, Hispanis, Germanis, Theutonibus, Britannis, Heluetijs, & alijs, vt habetur par. i. Chronic. Fratrum Minor. lib. 5. cap. 21. Quod poruit iste, & quicumque alias poterit, si opportunitas exegerit, ac diuinę promissioni sine hesitatione crediderit: Qui enim non hesitanterit, sed crediderit, ait ipsem Christus Mar. 21. quodcumq; dixerit, fiat, fieri ei. Irretractabilis namque est, ait Cassianus Collat. 19. cap. 32. Domini nostri sententia: Quicumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenerit vobis.

Conditio tertia ad impetrationem infallibilem requisita.

Tertia conditio orationi necessaria ad id, quod postulatur, infallibiliter obtinendum, est perseverantia in orando, & id, quod desideratur, postulando.

Hæc conditio in Scriptura diuina multum commendata est, & repetita, & ad explicandum non facilis; difficilior verò ad exequendum. Hanc nobis explicuit Christus Dominus duabus illis parabolis, quatum altera de illo est, qui tres panes ab amico, teste Luca 11. postulauit. Altera de vidua, quæ à iudice vindictam petijt, & per importunam perseverantiam impetravit. Luca 18. Primi petitionem ob indefessam perseverantiam, importunitatē, seu improbitatem Christus nominauit dicens: Amen amen dico vobis: si ille perseverauerit pulsans, & si non dabitur illi, eò quod amicus eius sit; propter improbitatem, id est importunitatem tamen eius, surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Ad quam perseverantiam nos adhortans Abbas Isaac apud Cassianum Collat. 9. cap. 34. Per hanc solam, ait, si non pro amicitarum merito, atque virtutum, interpellationis assiduitate daturum se Dominus quicquid oratus fuerit, repromittit. Et idcirco absque hesitationis infidelitate precibus insistendum est, obtenturos; nos earum iugitate cuncta, que secundum Deum possicerimus, minime est dubitandum. Et paulò infra subdit. Si nulla alia examinationis causa adsit, saltē anima importunitatis instantia non deficiat; que absq; vel meriti, vel laboris difficultate in cuiuscumque volentis sita est potestate.

§. I.

Hanc pari modo perseverantiam probat per constantem orationem illius viduae dicens: Iudex erat in Ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. Sed & vidua in eadem ciuitate, quæ assiduis precibus vindicari cupiebat ab aduersario. At Iudex longissimam moram interponebat improbus cunctator. Demum tam constante illius viduae importunitate deuictus controversiam dijudicauit. En robüstam prorsus, & contumacem spem; ait Drexelius de Conformat. voluntat. lib. 5. cap. 2. §. 2. quæ vidue illi assidue hoc instillabat: hodie tibi ins dicetur: ubi spes hodierna decollasset, crastina monebat: Cras fieri, aut perendie haec hebdomada, hoc mense, hoc certè anno sententia dicetur. Vicit denum perseverans fiducia; quam Christus in argumentum trahit hoc modo: Si tantarum est virium oratio apud improbissimum, quemque; quantarum erit apud ipsam misericordiam? Ita etiam ponderauit

459.
[Perseverantia
in oratione ad
infallibiliter
impetrandum
est necessaria.
Probaturex do-
crina Christi]

Lucæ 11. v. 18.

460.

Lucæ 18.

Basilius in Constitutionibus Monasticis c. 2. & in Regulis brevioribus in centesima sexagesima prima, & D. Cytillus, quem D. Thomas refert in Catena Lucæ 18. Atq; in hoc sensu dixit Christus in cap. 18. Lucæ: Op̄ortet semper orare, & non desicere, idest à petitione, etiam si non statim concedatur, nunquam desistere; sed instanter iteratis vicibus petere, ut ex Augustino colligatur lib. 2. Quæst. Euang. cap. 45. serm. 36. de verbis Domini. Quod etiam Cassiodorus lib. 5. c. 24. ac D. Gregorius in Psal. 129. testantur dicentes: Christum velle suos oratores omnimode importunos. Deum velle cogi, & quādam importunitate vinci.

§. II.

461.
Ratio sumitur
ex diuina Pro-
videntia.

Rom. 8.v.26.

462.-
Testamur Pa-
tronis.

Huius autem conditionis ratio ex diuinæ prouidentiæ ordine colligi potest: nam sepiùs expedit Deum non statim, quæ petuntur concede-re, vel quia, qui petit, ad postulata recipienda dispositionem non habet; sed paulatim acquireret (Quod sapiùs eueniente experientia probauit pluribus in Ægrotis, & Obsessis, quorum Deus preces non statim; sed non nisi post longam orationem eorum exaudiuit:) Vel quia tunc quod petit illi utile, mini-me est; erit autem postea: Quicquid enim oremus, ait Paulus, sicut oportet, ne-scimus, nisi ipse, addit Glosla in 1. Ioannis c. 5. vers. 14. suam ostendat volun-tatem, qui melius, quam nos ipsi nostram intelligit voluntatem: Vel differt, vt res postulata in maiori habeatur estimatione, & desiderium eius crescat: Vel denique vt fides exerceatur; nam si statim, quicquid postulatur, daretur po-tius experientia quadam esset, quam fides; vt ait Suarez tom. 2. de Religione lib. 1. de Oratione, cap. 26. num. 1.

Hæc ferè complexus est Augustinus serm. 5. de verbis Domini dicens: Cum aliquando tardius dat, commendat dona, non negat. Diu desiderata dul-cius obtainentur, citò autem data vilescent. Petendo, & querendo crescis, ut ca-pias. Seruat tibi Deus, quod non vult citò dare, vt & tu discas magna magnè desiderare. Alia apud ipsum videri possunt tract. 73.81. & 102. in Ioannem. Optimè Chrysostomus homil. 30. in Genesim sic inquit, An non potest pre-stare Deus prius quam petamus? verum propter hoc differt, & expectat, vt occa-sionem accipiat, qua iustè nos sua cura dignos faciat. Et infra: Et relin-quendum hoc est omnium Conditori; magis enim scit, quid nobis prosit, quam ipsi nos. Ipse nouit quomodo salus nostra paranda. Nostrum ergo sit opus, con-tinuis insister precibus, & non ægrè ferre, si differatur, quod petimus, sed lon-ganimes esse. Neque enim renuens preces nostras differt; sed hac arte sedulos nos efficiens ad semetipsum attrahere vult. Sic etiam S. Nilus libro de Ora-tione cap. 32. Ne petas, ait, à Deo imperiosè, quod statim velis impetrare, vult enim te beneficio afficere in oratione perseverantem. Quid enim excellentius, quæ cum Deo colloqui, & vsu eius detineri? Et hæc est vis Deo grata, de qua lo-quitur Tertullianus in Apolog. cap. 39. & indicat Hieronymus Epist. 57. ad Damasum. Tandem hæc est instantia humilis orationis, quæ apud Deum, potens est, de qua loquitur Concilium Lugdunense in cap. Vbi periculum, de Electione in 6.

Verum

Art. IV. Seruando conditiones requisitas. 245.

Verum pro maiori huius doctrinæ intelligentia utillimum erit, sequentes difficultates expedire.

QVÆSTIONE VII.

Cur plures, et si dicant se haberè fidem aliquid à Deo, obtinendi; non tamen in eo postulando perseuerent.

Pro huiuscemodi difficultatis expeditione diligentissimè attendendum est, fidem, & perseuerantiam in benè essendo, & conseruando sibi inuicem èlè coadiutrices. Nam sicut perfectissima, ac robustissima fides ex perseuerantia in orando prouenit: ita perseuerantia in orando ex frequentatis fidei, ac confidentiæ actibus originatur. E conuersò sicut perfectæ fidei defectus, ex perseuerantia defectu in actus fidei eliciendo procedit; ita perseuerantia defectus ex fidei defectu tum ex parte intellectus potius practici, quād speculatiui; tum ex parte exercitiū actus potius, quād ex parte specificationis emanat. Quod ita declaro: Fides, quatenus tātūm reuelata veritati præbet assensum, & in hoc sistit, speculatiua est: quia solùm veritati cognoscendæ, seu credendæ incumbit; extenditur autem ad praxim, quād veritatem creditam voluntati applicat, vt secundūm illam moueat, seu operetur. Et ita fieri potest, vt aliquis in assensu fidei defectum nō habeat; neque in certitudine, qua Deum credit esse fidelem in suis promissis; & quod ex hac parte non sit inefficax oratio; & nihilominus in applicanda practicè hac veritate voluntati, vt secundūm illam cum magna fiducia oret, deficiat; siccq; deficiente obtinēdi fiducia, deficiat perseuerantia in petendo.

Rursus quamuis aliquis in habitu credit, & nullum actum, vel dubitationem actualem contrariam certitudini fidei habeat; nihilominus in actuali fide, non quad specificationem; sed quoad exercitium eius deficere potest: quia nimis non actu promissionem Dei, nec eius veritatem considerat; ex quo defectu contingit, vt hæsitet in petendo, solūm ad difficultatem, seu magnitudinem rei postulatæ, vel ad propriam indignitatem attēndendo.

Ex hoc duplici defectu intellectus prouenit in voluntate proportionalis defectus in spe, & fiducia; nam interdum orantis animus spe non erigitur; non quia desperet; sed quia spem actu minimè exercet: vnde fit vt eius animus fluctuet, & in petendo, sicut oportet, deficiat. Interdum verò licet spem exerceat; tamen tepidè, & remisè, & idè perseueranter non petit: vel in ipsam petitione nimis est remisus, & etiam plus hæsitat, vel dubitat, quād secundūm rectam rationem possit, aut debet: quod totum in imperfectionem, & debitæ fiducia defectum redundat; quamvis hæsitation sit sub colore, quod non ex parte Dei, sed alijs ex capitibus concipitur: quia debita fiducia illum defectum vincere deberet, ac superare; vt supra docuimus num. 192. & sequentibus: Ita eruditè docet Suarez lib. eod. de Orat. cap. 24. num. 8. dicens, fortasse hanc fuisse rationem, ob quam Apostoli non petuerunt liberare illum lunaticum; quia nō perseueratunt in orando, ideo

463.

Fiducia, & perseuerantia sunt sibi inuicem coadiutrices.

464.

Muli habent fidem speculatiuam, sed carent practica.

Idem defecit secundūm proportionem occurrat in spe, seu fiducia.

Deficiente fiducia firma, deficit perseuerantia.

defecerunt in fiducia. Ex hac ergo causa, nempe ex exercitijs, & applicatio-
nis fidei defectu prouenit defectus perseuerantiae in petendo.

QVÆSTIONE III.

*Quanto tempore perseuerandum sit in oratione, ac petitione,
vt quod petitur, obtineri posset.*

Difficultatis huius ratio est: quia ex predictis sequi videatur, nunquam
est, nec certus orationum numerus, cui impetratio infallibiliter promissa-
bit; erit ergo eidem petitioni, ex quo semel inchoata est, insistendum; nam
si quis illam omittat: quia eius effectum per multum tempus non videret, eo
ipso in oratione, & in fiducia ad Deum debita deficiet: consequens autem
videtur difficile, ac laboriosum.

Ad hoc respondeo cum Suarez lib. eod. cap. 26. num. 3. in hoc certam
regulam de tempore, aut numero actuum, quo in petitione perseuerandum
sit, dari non posse, quandiu constat, non esse obtentum id quod petitur; sed
solum quasi negatiuè dicere possumus, numquam ob diffidentiam, aut ani-
mi deiectionem, vel quasi impatientiam esse desistendum.

Vnde si oratio pro temporalibus bonis sit, puta pro sanitate acquirenda;
vel pro demoniaca obfessione euadenda, aut pro aliquo periculo euitando,
vel alio huiusmodi malo fugiendo; vel bono honesto consequendo, inter-
dum ex dilatione temporis in beneficio impetrando, vel ex alijs successibus,
aut effectibus sumi potest coniectura, Deo pro tunc illa concedere benepla-
citum minime esse; & tunc ab oratione desistendum non est: quia multa
Deus citò non dat, quæ disponit dare post longam orationem, vt docent dicti
Patres num. 462. eò magis cùm aliquo modo id, quod petitur rationem
aliquam habet ad salutem. Si verò id, quod petitur, nullam rationem ad
salutem habeat, tunc post longam orationem, qua nihil obtinetur, non esse
Deo beneplacitum illud concedere, coniecturari potest; & runc à tali peti-
tione desisti cum humili submissione, & conformitate cum diuina volunta-
te; semper ita nobis expediens fuisse credendo; sicut in vniuersum faciendū
est, quando euidenter cōstar, secundum nostrum desiderium, & petitionem
rem successisse. Quando verò petitio de bonis est spiritualibus, non adeò
faciliter est desistendum: quia talis oratio semper per se utilis est: tum etiā
quia semper impetrat, & habet effectum, quamvis nos lateat: vt si quis, v.g.
amoueri à se talem temptationem postulet, quam nihilominus semper pati-
tur, non propterea desistere debet: quia vel fortasse propter illam orationē
impediuntur alias tentationes, quæ magis noxiæ essent; vel etiam suo tem-
pore tolletur, quando expediens fuerit, aut si durauerit, etiam per talem
orationem impetrata victoria perseuerabit. Constar de Paulo Tarsense, qui
ter Dominum, vt à carnis stimulo liberaretur, rogauerat; sed voluntas Dei
non fuit, eum pro tunc à tali temptatione liberavit; nihilominus pro tali ora-
tione maximum ei contulit fauorem, ei reuelando, quod gratiam Dei ita
vigo-

465.
Ratio dubitandi
qua.

Nunquam est
desistendum ab
oratione, si pe-
titione sit utilis
ad salutem:

Vel aliquo mo-
do rationem
habeat ad sa-
ludem.

vigorosam possideret, ut absque impatientia infirmitatem tolerare posset, & tentationem superare; Et sic infirmitas, vel tentatio ad augmentum gratie ei cederet: Ita Liran. in illa verba: *Sufficit tibi Paule gratia mea.*

2. Cor. 12. v. 9.

Q V E S T I O N E.

An diu perseverandum sit in petitione.

V Idetur hoc modo, & cum hac conditione quod ferè frustratur tota huius promissionis efficacia, & fiducia in illa: quia non obstante promissione, Deus largitionem pro toto vita tempore differre potest.

Respondetur falsum esse, quod fiducia in diuina promissione per hanc longanimitatem, & humilem expectationem impeditur; vel iniuriantur nam potius hinc augeri debet fiducia, dum certò scimus Deum petitiones nostras, nisi in bonum nostrum non differre: *Cum enim voluntas nostra*, ait Glossa in 1. Ioan. c. 5. vers. 14. *per ignorantiam à voluntate Dei recedit, bona voluntas Dei nostram stultam corrigit.* Quid enim orémus, sicut oportet nescimus, nisi ipse suam ostendat voluntatem, qui melius, quam nos ipsi nostram intelligit vilitatem: Sicut etiam interdum petitionum nostrarum mutat effectum, alium quem non petimus, concedendo: quia ita expedit, ut bene testatur D. Isidorus: *Creberrime*, inquit, *non exaudit Deus ad voluntatem*; sed exaudit ad salutem. Nec refert, quod interdum impetratio per totum vitæ tempus differatur: nam longè maior esse debet expectatio in Deum; & multis tedditur in fine vita, quod in hac vita dispensatoriè est negatum; ut ait Bernardus serm. 3. de Circumcis. in fine.

466.

Ratio dubitandi que.
Longa perseuerantia in oratione non minuit, sed auget fiduciam.

Ex longa oratione sepius credidit Deus beneficia petitorum, quam nos petimus.

Conditio quarta ad impetrationem infallibilem requisita.

V Ltiima conditio adhiberi solet, ut oratio pro seipso, & non pro aliò sit; nam pro se (alijs concurrentibus conditionibus premissis) ex promissione infallibilis impetratio est: pro alijs vero hanc certitudinem non habet, etiamsi omnes aliæ concurrent conditiones; non enim semper homo pro alio petens exauditur. Ratio est, ut ait D. Hieronym. super Ieremiam: *quia frustra rogat quis pro alio, cum ille demeretur, pro quo oratur.* Et iterum Augustinus tract. 73. & 102. in Ioannem, quem D. Thomás 2. 2. q. 83; ar. 15. & 16. sequitur, & multi Scholastici: *Exaudiuntur, inquit, quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus: quia non unicuique dictum est: dabit: sed, Dabit vobis.* Ponderat enim, dixisse Christum: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabo vobis.* Ioan. 16. Non igitur (inquit Augustinus) utcumque promissum est; sed pro ipsis petentibus, & non pro alijs. Sicut etiam habet Matthæi 21. & Marci 11. *Propterea dico vobis, omnia quecumque orantes petitis, credite, quia accipieris, & evenient vobis.*

467.

Quando quis premissis conditionibus munitorat pro seipso, oratio habet impetracionem infallibilem;

Veruntamen hanc conditionem superfluum esse putat Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. de Orat. cap. 27. nu. 1. & 2. Allerit enim promissionē Dei absolutam esse in alijs locis, ut Ioannis 14. *Quodcumque petieritis in nomine meo,*

468.

Superflua hanc conditionem putat Suarez.

Matth. 7.
Lucæ 11.

I. Ioan. c. 1.
Vers. 14.
Vers. 15.

boc faciam. Et alibi: *Omnis, qui petit accipit, & qui querit inuenit, & caridicè vniuersalem esse, siue unus pro se, siue pro alijs oret.* Quam sententiam docuit Toletus *Ioan. 16. Annot. 30*, & pro ea refert Basilius in *Regulis breuioribus regula 261.* expenditq; verba Ioannis 1. Canonic. cap. 5. *Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum; quia quodcumq; petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.* Et infra: *Qui scit, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Nam hoc in loco significat Ioannes, generalem esse promissionem non solum pro nobis, sed etiam cum pro fratribus oramus.

§. I.

469. *Orare pro fratribus est secundum voluntatem Dei.*
EX priori Ioannis sententia argumentum sumi potest: quia, quando pro fratribus oramus, secundum voluntatem Dei petimus: quia ipse hoc nobis maximè in Scriptura commendat; unde est illud Iacobi 5. *Orate pro inuicem, ut saluemini, multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Sic Paulus nauigans pro incolumitate eorum, qui secum nauigabant orauit, unde Angelus-dixit ei Actor. 27. *Ecce donauit tibi Dens omnes, qui nauigant tecū, &c.* Sic & pro Paulo Stephanus, ut conuerteretur, orauit, idè S. Fulgentius serm. de S. Stephano: *Charitatis virtute, ait, subnixus vicit Saulum crudeliter suuentem: & quem in terra habuit persecutorem, in celo meruit habere consortē.*

Ex posteriori verò Ioannis sententia argumentum sumi potest: quia (nisi ex parte alterius sit incapacitas, qualis est in eo, qui in peccato obstinatus est) effectus orationis, etiamsi pro alio fiat, promittitur: Eandem sententia in re tenet Valentia in 3. tom. disput. 6. quæst. 2. punct. 4. nam licet priùs illā conditionem, quam nos posuimus ponat; ita tamen postea obiectioni respondet, ut reuera, non esse necessariam dicat. Hoc magis confirmat Suarez loco citato, *Satisfactio enim nostra, inquit, pro alijs præsertim viatoribus infallibilis est, cur ergo non erit impetratio, cum in Scriptura expressius sint monitiones, & promissiones de ista, quam de illa. & nulla peculiaris ratio obstat videatur?*

§. II.

470.

Eadem ratio valeat pro ipso orante.

Sed aliqui fortasse dicent, orationem pro alio omnino efficacem esse nō posse: quia non semper alius, pro quo oramus, idoneus est, ut accipiat. At certè simili arguento probaretur, vniuersusque orationē pro seipso infallibilem promissionem non habere; nam nō semper qui pro se petit, idoneus est ad recipiendum, quod petit; unde etiam oratio pro se ipso subintellectam illam conditionem habet, nisi ipse restiterit, seu posuerit impedimentū. Quare arguento retorquere possumus; nam oratio vnius pro alio debite facta ex parte orantis (ni alter obicem ponat) exauditur, ut planè sentit Basilius in *Regulis breuioribus regula 261.* ergo seruata proportione promissio generalis est tam in oratione pro alijs, quam pro se.

Verum quidem est, orantem cum diuina gratia, & per frequentatos fidei, ac Religionis actus, nec non meditationis diuinæ prouidentia, summe

summæ Dei bonitatis , ac fidelitatis inuariabilis ad imperrandum quod petit , facilius seipsum quam alium reddere idoneum ; & hac ex parte orationem pro se , quam pro alio magis esse certam , ac frequentius suum infallibilitatem obtinere effectum ; sed nihilo minus hoc non ad nouam , sed ad illam generalem conditionem spectare videtur , si ille , pro quo oratur , non ponat impedimentum .

Orans faciliter
potest seipsum,
quam alium
reddere idoneum
ad imperandum.

Hic vnum commune dubium remanet expediendum .

Q V A E S T I O X .

An aliquis pro se , vel pro alio possit absolutè petere aliquod bonum temporale , & credere se illud infallibiliter obtenturum .

Dubitandi ratio est : quia cum pro bonis temporalibus , quid oremus , sic oportet nesciamus , vt monet Paulus Rom. c. 8. quomodo quis à Deo absolutè petere potest , vt dicit sibi , vel alteri sanitatem , si ignorat , an Dei voluntas sit illam clargiri ? Insuper quomodo quis absolutè pro se , vel pro altero petere potest , vt Deus se , vel alium ab inimicis tueatur , si credere debet , persecutions , & afflictiones sibi , vel alteri ab inimicis illatas , sicut & omnia mala pœnae à diuina prouidentia prouenire ? vt bene docet Sapientissimus Sitacides Eccles. cap. 11. *Bona , & mala , vita , & mors , paupertas , & honestas à Deo sunt .* Et si absolutè petere nequit , ed minus credere potest , ac sineulla hæsitatione confidere se tale beneficium infallibiliter à Deo impetraturum . His difficultatibus alteram addo à Drexelio motam de Conformat. volunt. lib. 1. cap. 1. §. 5. sic argumentante : *Si malorum omnium origo est voluntas Dei , quid ergo reluctamur ? quid morbis pharmaca opponimus ? quid hosti armatos cuneos obijcimus ? cur portas non illico pandimus , & intra mania recipimus nostrum exitium ? cur non Sanctissimum Pontificem Leonem imitamur , & illius vocibus mala nostra omnia , sicut ille Attilam , salutamus ? Salve flagellum Dei ?* Si enim tuæ infirmitati medicinas carnales adhibeas , quas certa experientia huiusmodi cōtrarias esse ægritudini præconoscis , nonnè Dei voluntati , à quo talis ægritudo est immissa , te opponis ? Si milites numeras , & arma colligis , quibus ab hostibus te tuearis : nōne diuino beneplacito , à quo huiusmodi hostiū diuexationes sunt inflictæ , obniteris ?

471.
Ratio dubitandi
qua.

Vers. 14.

§. I.

Hisce , & similibus objectionibus cum eodem Drexelio loco citato respondemus : Decorum esse , mi homo , non plus sapere , quam oportet sapere , sed sapere ad sobrietatem , vt ait Paulus Roman. c. 12. Bellum , infirmitates , & omnia mala pœnae à Deo esse , iam res liquida est ; sed inferre : ergo hosti non resistendum ; ergo morbis pharmaca non adhibenda ; ergo dæmonibus obscientibus , vel possidentibus corpora nostra non occurrentū ; ergo Deus non rogandus , vt huiusmodi mala tollat , mala consequentiæ sūt ; & hoc asserere insanæ mentis est . Dicendum ergo , aliud esse voluntatem signi

472.
Mala omnia
pœna nobis in-
flicta à Deo præ-
cedunt .

*Non constat,
Deū velle nos
continuē malis
affligi.*

*Vers. 9.
Constat, Deum
velle nos vti
remedijs ad
mala auerten-
da, & expel-
lenda.*

*Deus exoratus
fiducialiter ab
agroto paratus
est ei dare sani-
tatem, si futura
sit animæ salu-
taris.*

Signi (cum Theologis loquor) aliud voluntatem Beneplaciti. De illa voluntate Signi per leges nobis explicata ut plurimum satis nobis constat; At verò de hac Beneplaciti non item, neque continuè scire licet, quoisque se ista extendat. Nunc sit pro exemplo *Morbus*. Hic à quauis causa procedat, diuinæ voluntatis est; peque hac in re quidquam ambigendum. Cum autem egrotus, quaindiu se Deus in morbo vexari velit, ignoret, statim ad voluntatem signi, quæ per diuinæ scripturas se manifestat, recurrere debet, cum dicat Eccles. c. 38. *Fili in infirmitate ne despicias te ipsum; sed ora Deum, & curabit te: eodē cap. Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir pru- dens non abhorrebit illa.* Idipsum, ad seipso ab inimicis tuendum, & à cœteris malis eripiendum docet. Hoc tradit in oratione dominicali *quarta*, & ultima p̄titione, vt latè supra demonstrauimus num. 417. & 420. si ergo voluntas Dei est, vt & inimicis resistamus, & morbis remedia adhibeamus, ac cæterā pericula caueamus, licitè vtique vnuſquisq; hostibus resistere posset, & recuperandæ sanitati quicquid est legitimorum remediorum tam spiritualium, quam corporalium adhibere. Sic ergo est ratiocinandum: Vult te Deus, mi aeger, egrotare: at quia, an etiam te numquam sanare velit ignoras, ea de causa licitè remedijs vteris: Si autem morbum perpetuari velit pharmaci efficaciam subtrahet, ne saneris. Et sicut voluntas Dei est, cum egrotaueris, vt ad Deum confugiendo, sanitatem peras, remediaq; etiam humana adhibeas opportuna, vt conualescas: ita Deum sanitatem tibi infallibiliter præstitutum, si animæ tua illa fuerit salutaris, est credendum.

§. II.

*473.
Vt sanitas sit
salutaris, debet
ager*

*1. Contemplari
Dei Prudenti-
am.*

*August ia Ps.
61. medio fe-
rē.*

Qui ergo Deum orat, si pro alio, vt ei conferat sanitatem, orat, (si ille capax fit rationis,) illum modo sequenti benè disponere contendat. Si verò pro se ipso, vt sanitas sibi sit salutaris, sic pariter sequenti orandi modo se disponat.

Primò ad diuinæ prouidentiæ contemplationem, quæ omnium bonorum fons est, & equaliter cura est illi de omnibus se recipiat, dicatq; cum Augustino: *Quod vult Deus, hoc agat: Venit dolor meus, veniet & requies mea. Venit tribulatio mea, veniet & purgatio mea. Nunquid lucet aurum in fornace aurificis? in monili lucebit, in ornamento lucebit: patiatur tamen fornacem, ut purgatum à fôrdibus veniat ad lucem. Fornax ista, ibi palea, ibi aurum, ibi ignis, ad hanc stat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum. Illa in cineres vertitur, à fôrdibus illud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex Deus.* *Quod vult ergo aurifex, facio; ubi me ponit aurifex, tolero. Inbeor ergo tolerare, nonit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum, & quasi consumendum me; illa in cinerem vertitur, ego fôrdibus careo. Quare? Quia Deo subiicitur anima mea.* En vera subiectio humanæ voluntatis erga diuinam omnis boni origo est. Rectissimè dixit pius ille scriptor Ludouicus Granat. lib. 1. par. 2. cap. 22. *Non est sacrificium maius, aut Deo gratius, quam in omni tribulatione sese conformem facere diuina voluntatis beneplacito.*

Secundò

§. III.

Secundò ad meditationem diuinæ Bonitatis, ac infinitæ Dei liberalitatis confugiat, & quod D. Hieronymus scripsit ad Paulam de obitu Bretille consideret: *Bonus est Deus, inquit, & omnia, quæ bonus facit, bona sint, necesse est; id est ut tantæ bonitati, ac liberalitati aliqualiter respondeat, cum illo diuinæ voluntatis deuotissimo scriptore Thoma de Chempis, dicat: Domine, dummodo voluntas mea recta, & firma ad te permaneat, fac de me quicquid tibi placuerit. Non enim potest esse nisi bonum, quicquid de me feceris. Si me vis esse in tenebris, sis benedictus, & si me vis esse in luce, sis iterum benedictus: Si me dignaris consolari, sis benedictus: & si me vis tribulari, sis æque semper benedictus. Domine libenter patiar pro te quicquid volueris venire super me. Indifferenter volo de manu tua bonum, & malum, dulce & amarum, laetum, & triste suscipere; & pro omnibus mihi contingentibus gratias agere.* Hic est n. d. Christiane, verus deuotè precandi, ac deuotè agendi modus. Totius humiliatris summa, ait Bernardus, in eo videtur consistere, si voluntas nostra diuina (ut dignum est) subiecta sit voluntatil. Hoc modo consequenter à Deo remissio, & indulgentia peccatorum obtinetur, vt bene docet Ioannes Gailer à Kaisersperg de spirit. peregrino proprietate 7. *Si te, inquit, quotidie ex integro diuinæ voluntati ad omnes illius natus promptum, paratumq; offeras, veniam noxis obtines, tantumq; gracie mereris, ut possis non tantum inferorum rogos; sed & piacularis flamas non timere. Sincera hæc tui oblatio ad omnem Dei voluntatem exequandam, pœnitentiarum, & indulgentiarum, & eleemosinarum loco est.* Et Ludouicus Blosius: *Vnius esse, inquit, cum Deo voluntatis, id virtutes omnes excellit, & in hoc perfeccio est.*

§. IV.

Tertiò diuinæ promissiones, & in illis seruandis fidelitatem Dei inuariabilem consideret; sic enim per Prophetam Psalm. 33. iustis liberatio à tribulationibus promittitur. *Multa quidem, ait, tribulationes in storum: at de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.* Et de seipso ipsemet Dauid ait: *Exquisui Dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulacionibus meis eripuit me. Si ergo Deus de tribulationibus, & angustijs seruos liberare promittit, & de facto liberasse eos, verissimum est, in magniam exurgat fiduciam, se ab hujusmodi infirmitate, vel tribulatione, qua premiatur, eripiendum; consideretq; sepius, quæ dicta sunt n. m. 405. & sequentib.* *Nam hoc totum est, ait Bernardus, hominis méritum, si totam spem suam ponat in eo, qui totum hominem saluum fecit. In te sperauerunt Patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos: qd te clamauerunt, & salvi facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.* Sic firmiter credat, quod Deus ratione sue promissionis illi sanitatem, (si saluti animæ eius futura sit salutaris) cōmunicabit.

474.
2. Meditari
diuinam boni-
tatem.
Lib. 3. de Imit.
Christi c. 17.
nu. 1. 2. 3.
Eius diuinæ vo-
luntati se con-
formare.

Ser. Quomo-
do voluntas
nostra diuinæ
&c.

Instit. Spirit.
c. 2.

475.
3. Considerare
diuinæ promis-
siones, ac fide-
litatem Dei in
illis seruandis.

In Psalm. Qui
habitat ser. 15.
post med.

§. V.

476.

4. Proponere sibi firmiter vel-
le benè vti sa-
nitate
Ad Deum lau-
dandum.
Ad proximo
benefaciëdum.

VT ergo sanitas postulata (quantum est ex se) sibi sit salutaris, & conser-
querter secundum beneplacitum diuinæ voluntatis sit, firmiter in-
mente, se velle benè vti sanitatem proponat, nempe ad Deum laudandum,
honorandum, & glorificandum, ac diuinæ misericordiaæ operibus incum-
bendum, ac pro virili insudandum, vt Deus etiam ab alijs laudetur, ac no-
men sanctum eius glorificetur; sic sanitatem, nedum vt finem proximum,
& propter se petat; sed maximè propter aliud, nempe in ordine ad finein-
vltimum, ad gloriam Dei scilicet, & ad beatitudinem consequendam: itaut
coram Deo se petere sanitatem non nisi vt medium ad Deum laudandum,
& glorificandum protestetur; simul Deum, vt sum auxilium tribuat ad
benè illa vtendum, deprecetur, aliter se sanitatem nolle, nisi simul cum ea
huiusmodi efficax communicare dignetur auxilium. Hoc modo oratio
primam conditionem ad infallibilem impetratorem requisitam habebit:
quia res petita bona, & honesta erit, ac animæ, & corpori salutaris.

5. Credere fir-
miter, Deum ra-
tione sua boni-
tatis, ac fideliti-
atis, quod ani-
ma est salutare
infallibiliter
elargiturum.
Si nō cibinebit,
quod petit, ali-
quod maius
impetrabit.

Huic conditioni alteram addere debet, nempe firmiter credere, Deum
ratione suæ infinitæ bonitatis, ac liberalitatis, necnon ratione suæ fidelita-
tis id, quod salutare petitur, liberaliter, ac gratiosè fore elargiturum. Quòd
si in petendo perseverans fuerit, cum illa sui ipsius in diuina voluntate per-
fecta resignatione, ac firma in Deum confidentia, pientissimus Deus illi sa-
nitatem (si fuerit animæ illius salutaris) impertietur; Si verò pro tunc sa-
lutaris non fuerit, Deus, qui nullum bonum irremuneratum relinquit, pro
illa perseveranti oratione, humili petitione, ac perfecta in ipsius diuino be-
neplacito resignatione, maius aliquod donum, quam petierit, ei benignissi-
mè impertietur.

§. VI.

477.

Hoc probatur
oratione Iu-
dith.
Iudith c. 8. v. 9.
ver. 11. 12. 13.

HI C orandi modus, & petita infallibiliter impetrandi probatur ora-
tione illius constantissimæ Viduæ ludit. *Hac cum audisset, quoniam*
Orias promisisset, quòd transacto quinto die traderet ciuitatem, Presbyteros re-
prehendens dixit: Qui estis vos, qui tentatis Dominum? Non est iste sermo,
qui misericordiam pronocet; sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.
Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem consti-
tuitis ei. Vere illi magna increpatione, & animaduersione digni censendi
erant; quia terminum quinque dierum diuino adiutorio posuerant, quasi
Deum cogere vellent, vt intra quinque dies suum eis impenderet auxilium:
vel quasi Deum posse, ac velle etiam citò suum illis prestare adiutorium non
crederent, sed attendamus modum orandi traditum ab ista famosissima mu-
liere. Humiliemus, ait, illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato
seruientes illi, dicamus: vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum.
citò misericordiam suam: vt legitur in Biblijs vetustioribus. Sed bone Deus,
quomodo orat hec mulier? Dic mihi, o sapientissima mulier, si Deum, vt
secun-

secundum voluntatem suam vobiscum faciat misericordiam suam; & secundum beneplacitum suum vobis ferat auxilium oras, cur dicis, citò? Quid, si Deus adhuc expectare quatuor, vel quinque dies voluerit, & tunc solum voluntas Dei esset, vobis ferre auxilium? ad quid citò? Si citò, & immediatè absq; vlla mora de manu iniuriorum liberari petis, nonne hoc est secundum voluntatem, ac beneplacitum tuum, & non Dei petere? Citò enim tempus adiutorij à voluntate tua præfixum ostendit.

§. VII.

AT si attentè, ac deuotè huiuscē mulieris verba contemplati fuerimus, illa vtique firmissima, ac perfectissima fiducia ab ea in Deum constituta, quæ illam vtique non fecellit prouenire videbimus: nam immediatè post orationem *Dominus contulit ei splendorem, illique iuxta petitionem suam,* qua dixerat in oratione: *capiatur laqueo oculorum suorum in me; pulchritudinem eius ampliauit,* vt statim captus fuerit in oculis suis Holofernes. Sed vnde nam tanta fiducia enata fuit in hac muliere? Non aliunde, quām ex suo perfectè orandi modo ortum habuit.

Primo enim diuinam Prouidentiam, quæ omnia ob bonum nostrum disponit contemplata est: quia tam rectæ voluntatis est Deus, vt nisi quod nobis bonum est, non velit: vnde postquam tribulationes, quibus Deus probauit Patres suos Abraham, Isaac, Iacob, Moysen (per quas Deo placuerunt) representauit, dixit eis: *Nos ergo non vlciscamur nos pro his, quæ patimur;* sed reputantes peccatis nostris hec ipsa supplicia, minora esse flagella Domini, quibus quasi serui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram evenisse, credamus. Sic in oratione sua dixit Domino: *Omnes viatua parata sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti.*

§. VIII.

NEC solum diuinam prouidentiam meditandam proponit; sed infinitā misericordiam insinuat consideranda in dicens: *Quia patiens est Dominus: in hoc ipso peniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus.* Non enim quasi homo Deus sic comminabitur: neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur; & ideo humiliemus illi animas nostras. En modo diuinam pietatem, ac misericordiam magnificat, nec aliud deesse ad impetrandum ostendit, nisi vt se Deo humilient; sed quid inde? tunc in spiritu constituti humiliato seruientes illi dicamus flentes Domino: non vt intra quinque dies miserearū nostri; sed vt secundum voluntatem suam, quæ plenissima est, & summe bona, nec in se confidentibus se denegare potest, sic faciat nobis citò misericordiam suam, immediatè, illico sine vlla mora nobis ferat auxilium; sed eo modo, quo diuinæ voluntatis suæ beneplacito magis videbitur conueniens.

478.
Fiducia maxi-
ma Judith.
Judith 9.v.13.
c.10.vers.4.

Contemplatur
diuinam pro-
uidentiam.
Drexelius su-
pra num. 394.
in fin.
Cap.8.ver.26.
ver. 27.
Cap.9.ver.5.

479.
Meditatur di-
uinam bonita-
tem.
Cap.8.ver.14.
ver. 15.16.
vers. 17.

vers. 17.
Verba conci-
liantrur.

Sed

§. IX.

480.
Considerauit
Dei fidelitatē.
 cap. 9. vers. 8.
 ver. 18.
 ver. 11.
 cap. 13. ver. 7.

Sed quod magis, ac magis huiusce mulieris fiduciam corroborauit, diuinæ fidelitatis, ac veritatis meditatio fuit; omnia enim, quæ fecerat Deus pro filiis Israel contra castra Ægyptiorum considerauit, quomodo tenuit pedes eorum abyssus, & aqua operuerunt eos: ac cætera mirabilia, quæ operatus est Deus cum patribus eorum: & tandem ait: *Memento Domine testameti tui*, idest promissionis tuæ, ac verbi, in quo nobis spem dedisti: *Erige brachium tuum sicut ab initio*, & allude virtutem eorum in virtute tua. Et cum in proximo esset, vt caput Holoferni abscinderet, ad Deum orans dixit: *Confirmame Domine Deus Israel*, & respice in hac hora ad opera manuum mearū: *vt sicut promisisti*, *Hierusalem ciuitatem tuam erigas*: & hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam. En quomodo Deo eius promissionem, representat, & petit, vt faciat iuxta fidem petentis, sicut ipse promisit.

§. X.

481.
Oratio eius ha-
buit omnes con-
ditiones ad im-
petrationem in-
fallibilem re-
quisitas.
 cap. 9. ver. 18.
 ver. 19.
Ibid. vers. 17.
 cap. 8. ver. 20.

cap. 13. ver. 17.
 ver. 18.
 ver. 21.

Et ut petitio sua infallibiliter impetraret, eam omnibus conditionibus ad impetrationem infallibilem requisitis honestate voluit. Ideò licet petitio ex natura sua bona esset, ac honesta; nihilominus vt salutaris esset, illam ad gloriam, & honorem Dei ordinauit, dicens: *Domine da verbum in ore meo, & in cerde meo consilium corroborab*: *vt dominus tua in sanctificatione permaneat*: *Et omnes gentes agnoscent, quia tu es Deus, & non est aliud Deus præter te*. En prima conditio ad impetrationem infallibilem requisita! Nec secunda caruit, quæ est ex fide, & confidentia petere; dixit enim: *Deus celorum creator aquarum, & Dominus totius creatura exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia presumentem*, idest confidentem. Tertia similiiter, perseverantia videlicet ornata fuit: dum ait: *Expectemus humiles consolationem eius*: & quadriduo orans die ac nocte, nedum pro se ipsa; sed & pro totius populi multitudine iam per humiliem orationem, ac iejunium bene dispositi perseverauit: sic oratio eius omnibus conditionibus decorata à Summo celorum Opifice exaudita est; ac propterea crudelis hostis Holofernus capite amputato de iniunctis triumphauit; se & suos ab obsidione redemit; omnemq; populum ad Deum landandum, ac misericordiam eius, & fidelitatem confitendam hortata est, dicens: *Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deferuit sperantes in se: & in me ancillam suam adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israel, & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte: Confitemini illi omnes, quoniam bonus: quoniam in faculum misericordia eius*.

ARTICVLVS V.

482.
Regula, quibus
diuina voluntas
explorari
poteſt.

De signis, quibus in rebus omnibus cognosci potest Dei voluntas:

Quoniam perfectus orandi, atq; à Deo id, quod petitur, imperrandi modus ex cognitione diuinæ voluntatis maximè pendet, in fine huius capituli

Art. V. Attendendo signa diuinæ voluntatis. 255

capituli signa ponere, quibus in rebus omnibus Dei voluntas facilissimè agnoscendi possit, ut illimum duxi; quæ ex sequentibus regulis ex Hieremia Drexelio de Conform. volunt. lib. 1. cap. 4. defumptis patet.

Prima regula diuinæ voluntatis cognoscendæ.

Quid abducit à Deo, contra Dei voluntatem est: quidquid ad Deum inuitat, ad diuinam spectat voluntatem. *Hec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, &c. cat.* Itaque si quis tale quid in se deprehendat, ut sacerdoti cogatur: Hoc officium, haec societas, hoc mercimonium, hoc viuendi genus me non reddit sanctiorem; sed sensim, & lentis gressibus abducit à Deo; ergo nec officium istud, nec illa societas, nec mercimonium istud, nec ista viuendi forma diuinæ voluntatis est.

483.

Prima.

1. Thessal. c. 4.
vers. 3.

II. Regula.

Voluntas Dei per legem Dei, & Ecclesiæ luculentissimè nobis declaratur. Ideo in omni ambiguitate non tantum, quid Dei, aut Ecclesiæ leges velint; sed quid iisdem magis, aut minus conforme sit, est querendum. Christus olim oppulento iuueni, qua proxima via ad celum iretur sciscitanti, hunc optimum diuinæ voluntatis interpretem designans: *Mandata, inquit, nosti? Sanè, nihil dulcissimum, quam respicere in mandatis Domini.* Hunc ipsum diuinæ voluntatis internuncium Abrahamus Epuloni commonstrans: *Habent, ait, Moy sen, & Prophetas: audiant illos.* Diuinus Paulus Roman. c. 12. *Nolite, inquit, conformari huic saculo, &c. ut proberis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Bona Dei voluntas Decalogo comprehenditur, *Beneplacens, consilijs Euangelicis, Perfecta, desiderat à se imperata, perfici in terra, sicut in celo.*

484.

Secunda.

Lucæ c. 18.
vers. 20.
Ecclis. c. 23.
vers. 37.
Luc. c. 16. v. 29.
Rom. 12. v. 2.

III. Regula.

Hec à Beato Paulo 1. Thessal. c. 5. describitur: *In omnibus gratias agite, hec est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.* Primum hic notatum dignissimum, In rebus omnibus gratias agentias, etiam turbatissimis, & maximè improsperris. Pulchre Chrysostomus in illum locum dixit: *Passus es aliquid mali? Si velis, malum non est: Age Deo: gratias, & iam malum mutasti in bonum.* Hoc animi est Philosophici. Prisci Germani optimè liberos instruebant, ut si quando digitum igne lefissent, mox dicerent: *Deo: gratias.* Breue, sed nobile preceptum. *Quicquid demum, mihi Christiam, te premat, vravie, quicquid affligat, dic centies, dic millies: Deo: gratias.* Addit Paulus: *Spiritum nolite extinguere.* Suus sit diuinis instinctibus locus. Non raro Deus voluntatem suam occultis alloquijs explicat, quibus ut vere diuinis tunc tutò creditur, cum solius Dei gloria sectanda proponitur. Sed & illud Paulus addidit: *Prophetias nolite spurnere: Diuini voluminis explanationes,*

485.

Tertia.

vers. 17.

& sequentib.

Ibidem v. 19.

Ibid. ver. 20.

Ibid. vers. 22.

nationes, sacras in templis conciones, presagas fidorum hominum explanationes negligi ab eo minimè conuenit, qui diuinæ voluntati approbare se cupit. Qui audire non vult, non vult Dei voluntatem intelligere. Demum præcipit Paulus: *Ab omni specie mali abstinetе vos.* Quemadmodum boni nummularij monetam adulterinam aut à tinnitu, aut à signo, & inscriptione norunt, & reiiciunt: ita nos quidquid vel tenuem vimbram vitij præfert, tanquam diuinæ voluntati contrarium abominemut.

IV. Regula.

486.

*Quarta.*Act. c. 9. v. 6.
Ibid. vers. 7.vers. 19.
vers. 24.
vers. 15.
& sequent.
vers. 20.*Superiorum
voluntas Dei
est voluntas.*

PRÆTER Dei, & Ecclesiæ leges, alij quoq; diuinæ voluntatis, maximè in rebus dubijs interpretes sunt. Inter hos Magistratus tam politicus, quam sacer, iisque omnes, qui alijs legitimè presunt, censendi sunt: his annumerandi sunt Curiones, Confessarij, Maiores, & Præsides. Cum Saulus iam paratus diuinæ voluntati parere, quæsiisset: *Domine, quid me vis facere?* non illum Dominus præceptis oneravit, neque illi subito scientiam omnem infudit; sed ut discipulum ad Ananiam mittens: *Surge, inquit, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Ananias Paulo diuinæ voluntatis paraphrastes fidelissimus fuit, sicut Cornelio Petrus. Ita vult Deus voluntatem suam homini ab homine explicari. Hinc illæ tam crebrae admonitiones: Tobia cap. 4. *Consilium semper à sapiente perquire:* Ecclis. c. 32. *Sine consilio nihil facias, & post factum non penitebis.* & c. 37. *Anima viri sancti enunciat aliquando vera (magis) quam septem circumspecteres sedentes in excelso ad speculandum.* Et sic in his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam: ut monet etiam Tobias c. 4. *Omnis tempore, ait, benedic Deum, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.* Ecclis. c. 37. Ergo cum viro sancto assidius esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem Dei, & cat. Et cor boni consilij statue tecum. Non est enim tibi aliud pluris illo. In omnibus igitur dubijs circa voluntatem diuinam à nemine potius, quam à Confessarijs, & Maioribus nostris, quibus aut conscientiam, aut omnem vitam commisimus, consilium est petendum. Quia in re vniuersè omnium Dominorum, aut Maiorum, aut Præsidum voluntas (peccantem excipio) Dei voluntas dici potest. Quod ergo cuiusque Dominus, quod Maiores, aut Præsides iusserint, non aliter quam certum diuinæ voluntatis interpretamentum est accipiendum.

V. Regula.

487.

Quinta.

QUOD si consilium petere, nec tempus permittat, nec locus, dispiciat homo secum ipse, & omnem dubitationem circa diuinæ voluntatis notitiam facili negotio sic poterit explicare. Solerter attendat, utrum è duobus, in quibus hesitat, voluntati propriæ sit acceptius; quid gratius carnis appetitus; quid existimationis propriæ optabilius. Vbi hoc, quod facile indagauerit, & serio secum actiones suas voluntati diuinæ exactissimè conformare statuerit, tunc profectò securè illud, quod voluntati sua minùs erit, accep-

acceptum eligit, quod minùs carnis appetentiæ gratū, quod deniq; pompa
minùs habuerit, ac splendoris . Nam illa electio ad propriæ voluntatis, ad
carnis, ad existimationis propensionem cuius merito nimis quām suspecta,
& errori proxima videri debet; at hoc alterum proclivitati suæ plerumq; est
tutissimum reluctari : *Dum non facis vias tuas*, inquit Isaías cap. 58. & nō
inuenitur voluntas tua. Sit hoc pro exemplo . Ei, qui maligno, aut frigido
est stomacho, exploratè hoc modo suaderi potest : Id, quod tu maximè ap-
petis, hoc tibi minimè conductit; pepones, cucumeres, fungi , potus intem-
peranter frigidus , recentes ab horto fructus, & id genus edulij, gulæ irrita-
menta, plurimūm nocent ; quæ tamen non raro cupidissimè ingeruntur .
Idem in re proposita : plerunq; quod corporis sensibus tam gratum, & sua-
ue, spiritui noxiūm est; quod humanæ voluntati sic placet , Deo displicer.
Mortificate ergo, ait Paulus Coloss. c. 3. *membra vestra*, quæ sunt super ter-
ram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, &cet.
propter quæ venit ira Dei . Ergo post concupiscentias tuas non eas, & à volun-
tate tua auertere : (monet Siracides Eccli. c. 18.) vt ad Dei voluntatem,
conuertaris .

vers. 13.

vers. 5. & 6.

vers. 30.

V. I. Regula .

Quod si quid planè indifferens , & adiaphorum sit , vt si duo mendici
occurrant èquè fortunæ inopes, eleemosina tamen non suppetat in-
vtrumque partienda , da cui volueris , animo diuinam voluntatē
exequendi; & non errabis . Quod si res adiaphora maioris sit inomenti, cō-
silijs est opus , & precibus . Si verò de vna aliqua, pluribusne actionibus su-
scipiendis penitus non liqueat , quid diuinæ voluntatis sit , non facile vlla
earum suscipiatur , dum , vtcumque illas diuinæ voluntati non fore contra-
rias, patesiat . In omni tali deliberatione plurimūm Ratio, & Conscientia ,
potest, non mali in incerto consiliarij , qui si paulò circumspectius agere ve-
llint, facilè, quid melius sit factu, pronunciabunt . Fieri autem potest, vt ve-
recunda conscientiae homo in talem deueniat labyrinthum, in quo spiritus,
& caro sic inter se lucentur , vt miser , ne forsitan diuinæ voluntati se oppo-
suerit, trepidare incipiat . Hic solatio sit, quod nonnumquam euenit Eccle-
siastæ . Rem sic explicamus . Concionator pomeridianus videt plerosque
omnes suorum auditorum dormientes , turbatur non nihil tot sibi annuen-
tibus : id tamen tolerabilius videtur, quām si totidem impudenter gartiant.
Itaque si duo, tresue non dormitent, ait ipse secum : satis id mihi , & est cur
pergam : vnu pro millibus est . Non aliter ratiocinetur quomodocunque
turbatus : Modò duo vigilant oculi *Ratio* , & *Voluntas* . Modò hi vigilis
voluntatem Dei obseruent, susque deque vertantur alia, ego verò inconcus-
sus stabo , & quamvis diuinos nutus non proximè assequar , assequi tamen
conabor .

488.
Sexta.

Ratio , & con-
scientia in in-
certo non sunt
mali consilia-
rij .

V. II. Regula .

Ad diuinam explorandam voluntatem plurimūm valet, cum Paulo
rogare : *Domine, quid me vis facere?* Hic Sanctorum mos est, in
R rebus

489.
Septima .
Act. c. 9. ver. 6.

258 Par. II. Cap. I. De Ægroto orante Deum.

rebus dubijs, & perplexis cōfugere ad orationis prēsidium, vt olim Moyses, & Aaron ad fēderis tabernaculum. Et sicuti cūm nubes adeō stipatæ coeunt, vt cēlum tonate, ac magis incipiat, campanæ ad dissipanda nubila quatuntur in turribus: ita quotiescumque sol diuinæ voluntatis oculis nostris subducitur, vt penē quid faciendum sit, ignoremus, proximum est, cēlum pulsatæ precibus. Ita Saulus à subita tempestate medijs deprehensis in campis exclamat: *Domine quid me vis facere?* Hanc precatiunculam st̄piūs iterandi opportunissimum tempus est, cūm cēlestē epulum aditur, & Dominicum corpus iam lingua sustinetur, tunc ardenter ingeminandum: *Domine quid me vis facere?* Imò sub re diuina quotidie, cūm Eucharistiam Sacerdos supra verticem attollit, hoc omnium ardentissimum votum sit: *Domine quid me vis facere?* A viris religiosis votorum formulam sub sacro quotidie recitari est consultissimum. Iacobus Laines alter à Sancto Ignatio Societatis Iesu Pr̄positus Generalis, cunctis diebus sub Sacri finem post Centurionis verba (*Domine non sum dignus*) Christum manu tenens aiebat: *Placet Domine, quod promisi.* Ita quibuscumque alijs, dum cēlestis panis in alto monstratur est precandum: *Domine sicut vis, ita & ego volo;* *quod recte statui, non reuoco.* Hęc quotidiana sui in diuinam voluntatem oblatio pr̄clarissima est ad ultimum in morte lučamen dispositio.

V III. Regula.

490.
Octava.

Mortaliū nemo diuinam voluntatem certius explorat, quām qui sincerius ad illam in omnibus se conformare desiderat. Hoc desiderium profectō ad omnium labyrinthorum errores extricandos filium est: omnis hinc circa diuinam voluntatem ambiguitas tollitur; si quis ignoret quidem, quid velit Deus: aut utrum malit ē duobus licitis; ita tamen animo comparatus sit, vt in mente sincerissima dicere possit: *Domine, si scirem,* *quid tu in hac re fieri à me velles, ego recte id facerem.* Hac sponsione facta, libere, quod volet, faciat, & perturbare se desinat; diuinam voluntatem non facile offendet. Hunc talē filium amantissimus pater non deserit, nec à sua voluntate gravius aberrare permittit. Si desit homo, per quem erudiat, Angelum mittit; vt misit Iosepho in re graui quid factu foret optimum deliberanti: ita tribus ex Oriente Magis post oblatam diuino Infantulo in gramineis cunis adorationem, missus Angelus fuit, qui de Herodianis fallacijs sibi cauere, & alia in patriam via redire edoceret. Sic Abrahami ancille Agari, alijsue innumeris ad errores vitandos Angeli, aut Angeli vice, fidei hominis pr̄sidium fuit assignatum. Ita Deus voluntatis suę notitiam sincerè petentibus minimè negat: *Benignus sp̄iritus sapientia* huius altissimæ omnibus se fere quām liberalissimè impertitur. *Adest Deus omnibus exquirētibus se in veritate,* & voluntatem suam tam mirabili, quām suauī magisterio ijs omnibus explicat, qui vera submissione se hic discipulos gerunt. Voluntatem Dei optimè nosse discimus faciendo.

Sap. c. 8. v. 6.
Ecclis. c. 2.

v. 13.

Cap. II.

De Ægroto orante Dominos Celi, & terræ.

SV B vno iuocationis titulo nobilissimas Iesu Christi D. N. & Beatae Virginis Genitricis Dei Marie personas complectimur; cum illos diuidere equum non sit, quos natura, & gratia arctissimis vinculis copularunt: vt benè docet Arnoldus Carnotensis tract. de laudibus Deiparæ: *Vna est, inquit, Maria, & Christi caro, unus spiritus, una charitas; & ex quo dictum est: Dominus tecum, inseparabiliter perseverant promissum, & donum. Unitas divisionem non recipit, non secatur in partes; & licet ex duobus factum sit unum, illud tamen ultra scindi non potest, & Fili gloria cum Matre non tam communem induco, quam eandem.* Quod etiam sancta fidelium consuetudo confirmat, quibus frequentissimum est, cum aliqua spirituali, aut corporali calamitate iactantur iterata Sanctissima eorum nomina insimul inclinare; sed præcipue cum demoniacas patiuntur vexationes, contra quas tum Exorcistæ, tum Maleficiati, aut Arreptiti corde, & ore Iesu, & Mariæ proferunt nomen, auxilium postulantes. Nec immiterio, cum efficacissimum sit remedium; vt sequentes articuli declarabut.

491.
Non sunt separandi Iesus, & Maria.

Ideò eorum nomina sunt invocanda.

ARTICVLVS 1.

Iesum Christum D. Nostrum.

CV M Sanctissimum Iesu nomen, teste Paulo ad Philipp. 2. sit super omne nomen, & Christo à Patre impositum fuerit, vt in eo omne genuflecteretur, equum est, creaturas omnes ei honorem, gloriam, & obsequium consecrare.

Si quidem Celestes nouum canticum canunt, cum nomen illud nouum, quod os Domini nominauit, pronunciant, & reuerenter animo immaculato acclamantes ei se subiiciunt; vt dicitur Apocal. 5. *Virtutem, & Divinitatem, & Sapientiam, & fortitudinem, & gloriam, & honorem, & benedictionem: eō quod vicerunt in sanguine Agni.*

Terrestres huic nomini genuflectunt; atq; illud reuerenter pronunciant: quia, vt ait Bernardus *lucet predicatum, pascit pre cogitatum, lenit, & ungit iuuacatum.* Nec est enim aliud nomen, ait Petrus Act. 4. datum sub celo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et 1. Ioan. c. 3. *Hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine Filii eius Iesu Christi.*

Infernales verò hoc reuereri coguntur: cum sit nomen, de quo Propheta Isaïas cap. 8. ait: *Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere: festina prædari.* Christo Domino impositum, qui expolians principatus, & potestates, inquit Paulus Coloss. 2. traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso.

492.
Sanctissimi Nomini Iesu gloria extenditur ad Angelos.

Homines.

Damoness.

Hinc S. Bernardinus serm. 49. Dominic. Palmar. ait. *Cum Paulus Apo-*
R 2 stolus

493.

Viso D. Pauli
manifestat glo-
riam Sanctissi-
mi nominis Ie-
su.

Stolus raptus fuerit usq; ad tertium celum, & viderit diuinam essentiam, in prefata visione possumus meditari, quod ipse, cum viderit gloriosum Dominum in gloria Dei Patris constitutum in celestibus super omnem principatum, potestatem, virtutem, & dominationem, & super omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro; ac cerneret illum in tanta gloria sublimatum, quodam spirituali clamore inflamatus, totus ex amore illius exclamauit dicens: Iesus Iesus amor meus. Ad cuius nominationem, & clamorem omnes ciues beati genuflexerunt adorantes Iesum in nominatione illius. In eodem nomine intellexit, quod in nominatione Iesu genuflectebant se omnes spiritus infernales, ac sic debere facere omnes spiritus viatores. Proinde è celo rediens, ac predicta recolens in spiritu Dei precipientiis uniuersis scripsit illud verbum: Philipp. c. 2. In nomine Iesu omne genuflectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Celestes per gloriam, terrestres per gratiam, & infernales per iustitiam sempiternam. Hæc Bernardinus.

§. I.

494.

Demones inui-
ti honorè huic
nomini impen-
dunt.

In virtute hu-
ius nominis Di-
scipuli Christi
demones ejicie-
bant.

AT quia infernales honorem, & obsequium huic nomini inuitè impendunt; nec nisi reluctantes illud nominari audiunt, nullum adeſt efficacius internalibus hostibus expellendis remedium, quām deuotè, & reuerenter sanctissimum istud nomen inuocare.

Christus hoc Apostolis, ac Discipulis suis remedium contulit Matth. 10. Marci 3. & Lucæ 9. Cum dedit illis potestatem spirituum immundorum, ve eiixerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Quod experientes septuaginta duo Lucæ 10. reverſi sunt cū gaudio dicentes: Domine etiam in nomine tuo demonia subiiciuntur nobis. Sed audiamus responsum, quod dedit illis Christus: Videbam, ait, Sathanam, sicut fulgor de celo cadentem: Vbi S. Bernardinus loco citato art. 1. c. 1. loquens in persona Christi: Nolite, inquit, mirari, si nomen meum diaboli expaueſcunt, & eos ab homine pellat: cum virtute eius Sathanas cum omnibus Angelis suis de celo expulſus occiderit sicut fulgor. Vnde Apoc. 12. Post prælium factum in celo à Michaelē cum Dracone, & ab eodem illa victoria obtenta, electoq; illo supplicia sempiterna, exultantes clamauerunt iam beati dicentes: Facta salus est, & virtus, idest ex nomine Iesu salvifica virtus, & potestas Christi eius.

§. II.

495.

Omnes Christi
fideles per fidē
in nomine Iesu
possunt demo-
nes ejicare.

HOc salutiferum omnibus in se creditibus, ac confidentibus pharmacum Christus communicavit, cum dixit Marci 16. Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur: In nomine meo demonia ejicient. Vnde Alphonsus à Castro lib. 6. aduersus Hæres verb. Exorcismus: Dominus ascēdens, inquit, in celum promisit, se numquam ad invocationem nominis sui illis defuturum. Quod autem non semper fiat, vt inuocato nomine Iesu, demon egrediatur, minima fides ipsius inuocantis est in causa. Nam si perfekte credidisset, hac, & meiora fecisset; vt pollicitus est Christus Ioan. 14. Amen, amen.

amen dico vobis, qui credit in me, opera, qua ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Confirmat Alphonius Tostatus tom. 1. in 1. Regum cap. 16. quæst. 41. affirmans in illis verbis sub ea forma à Deo datis: *In nomine meo demonia ejiciunt, virtutem, & efficaciam ad expellendos demones, quantū est ex parte Dei, proculdubio esse infallibilem, sicut in oīnibus Sacramenis; vt latè supra num. 10.*

Idipsum Ecclesia docet, dum in Sequentia Missæ festi istius Sanctissimi nominis canit:

*Huius nominis virtute
Superborum sunt destructæ
Demonum potentia.*

Nec mirum, cum eius fortitudinem, & virtutem sustinere non possint; vt benè Ieremias testatur: *Magnus es, inquit, Domine Iesu, & magnum nomen tuum in fortitudine.* & Regius Psaltes: *Sanctum & terribile nomen eius.* *Sanctum* quidem Angelis bonis, & hominibus iustis; sed *terribile* demonibus, & viris impijs; unde Ecclesia eodem loco addit:

*Simulachra idolorum
Sunt euersa: Tyrannorum
Fractæ violentia.*

§. III.

Hoc facto demonstrauere Apostoli, vt Paulus, qui Act. 16. vnum ex illis in Pythonissa garientem expulit: *Precipio, inquit, tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea; & exiit eadem hora.* Et Petrus, teste S. Clemente dicebat: *Non curo, quomodo intraveris; sed ut exeras, impero in nomine Iesu Christi.* & Act. c. 3. illi Claudio ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, existenti dixit: *Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.* Sic S. Ioannes Evangelista: *Interdico tibi in nomine Iesu Christi Nazareni, ne ultra hic habites.* Item, *In nomine Iesu Christi hinc exite numquam reddituri.*

Hoc docent omnes Patres: S. Iustinus Martyr aduersus Triphonem, Origenes contra Celsum lib. 1. Tertullianus de corona militum ad Scapul. Cyprianus aduersus Demetriadem. Athanasius de Incarnatione Verbi. Ceteri, quomodo unanimiter, qui de hoc Sanctissimo Nominis in suis sermonibus, homilijs, tractatibus, vel meditationibus sunt locuti.

§. IV.

Hoc praxis comprobat Sanctorum Patrum, qui innumeros Energumenos huius salutiferi nominis virtute liberarunt, vt eorum acta testimoniantur. Ex quorum multitudine unicum de S. Bernardo Abate adducam relatum à S. Bernardino serm. 49. Domin. Palmar.

Cum Beatus Bernardus Papiam de Mediolano venisset, quidam homo vxorem suam demoniacam ad illum adduxit: tunc diabolus per os eius

Eius virtutem non possunt demones sustinere.

Ier. c. 10.
Psal. 110.

496.
In demonibus ejiciendis Apostoli hoc nomine utabantur.

497.
Testantur Patres eius mirabiles virtutes.

498.
Probar praxis Sanctorum Patrum.

Exemplum de D. Bernardo.

dicere cepit: *Non me de hac anicula mea hic porrulos edens, & brassicas deuorans peller.* Cui seruus Dei respondit: *Non Bernardus te peller; sed Dominus noster Iesus Christus.* Mox autem, ut ille orationem effudit, spiritus nequam dixit: *quam libenter egrederer; sed non possum.* Non vult enim magis Dominus. Cui Sanctus. *Et quis est Dominus magnus?* Cui ille: *Iesus Nazarenus.* Ad quem vir Dei: *Vidistinè umquam eum?* Quo respondentem; *Etiam.* Cui iterum ait: *Vbi vidisti eum?* Et ille ait: *in gloria.* Et Sanctus: *Et tu in gloria fuisti:* Qui respondit: *vix;* (sed illum fuisse in gloria intellige, idest, in beatitudine per fidem supernaturalem, spem, & charitatem inchoata; non autem perfecta, quæ per claram Dei visionem habetur) Cui Bernardus: *quomodo inde existi?* Et ille ait: *Cum Lucifero multi, cecidimus.* Hęc quidem omnia voce lugubri per os velut omnibus audientibus loquebatur. At illi vir Dei: *Numquid in illam gloriam redire velles?* At ille miro modo cachinnans, ait: *tardè est..* Tunc autem viro Dei orante, de muliere dēmon est egressus. Sed cum D. Bernardus inde abiret, eo iam elongato, iterum diabolus eam inuasit. Vir autem eius post illum currens, quid acciderat, indicauit. At ille collo eius chartulam alligari precepit, in qua hęc verba conscripta erant: *In nomine Domini Iesu Christi præcipio tibi dēmon, ne hanc mulierem contingere presumas.* Quod cum factum fuit, ad eam imposterum accedere non est ausus.

499.

*Docent Exorcissi-
sta.
Matthæi c. 7.
versi. 22.*

Idipsum omnes Exorcistæ in suis exorcismarijs testantur lucide, & clare, præcipue Carolus Oliuerius Vicentinus in suo Baculo dēmonum c. 3.

Peccatorum etiam, & operiorum iniquitatis experientia contestatur, qui in die Iudicij ouantes dicent: *Domine nonnè in nomine tuo dēmonia eiecimus.* Ideò sepiissimè inuocandum est tam ab Exorcistis, quam ab Energumenis, & maleficiatis exemplo Ioannis nostri, qui in fine suæ scriptioris apocalypticæ c. 22. illud deuotè compellit dicens: *Veni Domine Iesu: orent & ipsi, ut veniat, & renitentis inferni satellitem sua virtute dispergat.*

§. V.

500.
*Multa mirabi-
lia operantur
in nomine Iesu.
Marci c. 16.*

Verūm ad huius Sanctissimi Nominis gloriam, & honorem, & cunctorum Christi fidelium utilitatem addimus, hoc nomen non tantum datum esse hominibus, ut credentes in virtute eius dēmones ejiciant; sed ut multa alia mirabilia operentur; ideò post illa verba: *In nomine meo demonia ejicient, subiungit Christus: Linguis loquentur nouis: serpentes tol-
lent: & si mortiferum quid biberint non eis nocebit: super egros manus impo-
nent, & benē habebunt.* Quæ verba (relictis moralibus intelligentijs, quibus explicantur à D. Gregorio homil. 29. in Euangeli.) dico, in sensu literali in-
telligi, ut supra explicauimus num. 206. 218. & 458.

*Serm. a. 9. ar. 1.
c. 3.*

In primis enim nomen hoc sanctissimum est infirmantium, ait S. Bernardinus, *generale remedium,* hoc est, contra concupiscentiæ malum. Nam originali culpa dempta remanet in nobis concupiscentiæ morbus, & ægritudinis languor; ideò ad hoc nomen Iesu est recurrendum: quia, ut ait S. Petrus Rauennas, *hoc est nomen, quod dedit cœcis visum, surdis auditum, claudis gressum.*

gressum, & cursum; sermonem mutis, vitamq; mortuis, & etiam totam diaboli potestatem de obsessis corporibus effugavit. Proinde subdit S. Bernardinus loc. cit. Si qua infirmitas tibi, vel tuis occurrat, non resproto remedio corporali, aut naturali, recurre ad invocationem nominis Iesu. Sape quoq; contingit, quod non possunt remedia infirmantibus adhiberi naturalia, vel propter eorum carentiam: vel propter morbi, aut infirmitatis ignorantiam; seu quia est quasi irremediabile malum per ipsam natura viam; ideo fidelibus est recurrendum ad hoc remedium, quo serpentes tolluntur, venena non nocent, & infirmitates fugiunt. Vnde Incognitus in illa verba Psal. 39. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, ait: *Hec est illa theriaca, de qua dicit Aucenna can. 2.* quod est sublimior medicinarum, & melior propter multitudinem sui medicamenti. & addit, quod illi, qui ea vtuntur, in hora sanitatis non nocent venena, & sunt securi ab egreditudinibus pestilentialibus. Re vera sic est hoc nomen Iesu, quod non solum circa presentia mala; sed etiam circa futura repellenda, & vniuersaliter contra omnia mala valet. Bernardus super cantic. confirmat: *Elevitum, ait, babes o anima mea absconditum in vasculo nominis huius, quod est Iesus, salutiferum certe, quodq; nulli umquam inuenitur pestilentia inefficax.*

Serm. 15. in
cant.

§. VI.

Hinc S. Mater Ecclesia in sequentia, quae habetur in missa celebritatis Sanctissimi huius nominis de eo canens ait:

*Fugat morbos, & liuores
Sed & animi languores
Iesus ubi venerit.*

501.

Testatur Ec-
clesia.

Quod practicè Apostoli probarunt. Quot enim ægroti huius Sanctissimi Nominis virtute à Petro Apostolo, à Paulo, à Ioanne, à Barnaba, ceterisq; Apostolis, à D. Francisco, à D. Antonio à Padua, alijsq; Sanctis, & viris iustis sanitati fuerunt restituti? Quot claudi, quot cæci, muti, surdi, hydropici, paralitici, neruis dissoluti, varijsq; languoribus vexati etiam hoc nostro æuo, quorum testis tui oculatus, hoc Sanctissimo nomine salutem sunt assecuti? Quos, vt ait Propheta, *saluauit Deus propter nomen suum*, vt notam faceret potentiam suam. Cum non sit aliud nomen, teste Petro, sub celo datum hominibus, in quo oporteat, nos saluos fieri. Quod iam priùs insinuauerat dicens: *Omnis, quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit.*

Practicè proba-
runt Sancti; ac
probant in Deū
confidentes.

Psal. 105.
Actuum c. 4.

Ibid. c. 2.

§. VII.

Sed quod mirabilius est, non solum fideles; sed & infideles ad huiuscemodi nominis inuocationem ægrotos sanasse, & miracula fecisse manifestè comprobatur. De S. Dyonisio Ateopagita refert S. Bernardinus serm. 49. de glorioso nomine Iesu; quod, dum cum D. Paulo per vitam disceptaret, ante eos quidam cœcus transibat, ac statim Dyonisius, qui tunc infidelis erat, Apostolo ait: *Si dixeris huic caco: In nomine Dei tui vide, & viderit, sta-
tim credam: sed ne utaris magicis verbis, ego tibi prescribo formam verborum*

502.

S. Dyonisius
ad huc paganus
inuocato nomi-
ne Iesu cœcum
illuminauit.

264 Par.II.Cap.II. De Ægroto orahte Dm.&c.

dicens: In nomine Iesu Christi de Virgine nati crucifixi, & mortui, qui resurrexit, & ascendit in celum, vide. Et respondens Paulus: Ad hoc, ut omnis suspicio tollatur, volo, ut eadem verba tu ipse proferas. Sic in eadem forma verborum Dyonisius dixit cæco, ut videret, & statim vidit; & Dyonisius in Christum Iesum Dominum nostrum se credere est confessus. Videas modò, quod Dyonisius, cum adhuc peccator, & infidelis esset, ad intuicionem huius Sanctissimi Nominis cæcum illuminauit. Et sic plerique hoc idem in se, & in alijs, ait S. Bernardinus, nostris temporibus experti sunt, licet essent peccatores, ut verificetur, quod de hoc nomine prædictum est: Saluauit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam: & omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Psal. 105. v.8.
Act. c.2.

§. VIII.

503.
Nomen Iesu suffragatur in cunctis necessitatibus.
Beatus Laur.
de Compunct.
& complan.
Christian.perfection. in Circunc. Do-
mini pag.mihi
263.
Psal. 90.

Nec in infirmitatibus tantum nomen hoc hominibus, verum in aduersitatibus, ac necessitatibus cunctis suffragatur. Hac de re B. Laurentius Iustinianus de Circuncisione, relatus etiam à Ioanne Carthagena lib. 5. de Sanctiss. Nominis Iesu excellentia homil. 6. nos hortatur ad Sanctissimum hoc nomen cunctis in necessitatibus nostris inuocandum: *Si tentaris, inquit, à diabolo, si opprimeris ab hominibus, si conficeris ab aggritudine, si doloribus fatigaris, si desperationis agitaris spiritu, si concuteris formidine, si dubietate pulsaris, Iesu nomen edicito, & repente lumen consequeris, & gratiam. In arduis, in periculis, in terroribus, in domo, in via, in solitudine, in fluctibus vicumque extiteris, Salvatoris profer nomen. Inuoca salutis nomen, cor, & os subito clamet: Iesus: Speret in Adiutorio Altissimi, qui ait: Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Et versiculo antecedenti rationem reddit, cur auxiliabitur clamanti ad se dicens: *Quoniam in me speravit, liberabo eum, prolegam eum, quoniam cognovit nomen meum.* D. Bernardus verbis dulcissimis id ipsum suadet ser. 15. in Cantic. *Cui enim, ait, in periculis palpitanti, & trepidanti inuocatum, virtutis nomen non statim fiduciam praestitit, depulit metum? Cui in aduersis diffidenti, iam iamq; deficiente, si nomen adiutorij sonuit, defuit fortitudo? Tristatur aliquis vestrum? Veniat in cor eius Iesus, & inde saliat in os. Et ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, reddit serenum. Labitur quis in crimen? Currit insuper ad laqueum mortis desperando? Nonne si inuocet nomen vita, confessim respirabit ad vitam?*

§. IX.

504.
Hoc memoriale Christus nobis tradidit, ut in omni aduersitate inuocetur nomen eius.

Nec mirandum sanè, hos Sanctos Doctores Christifidelibus, ut suauis in hoc Sanctissimo Nomi ne collocent fiduciam, ab eo que auxilium in cunctis aduersitatibus, ac necessitatibus postulent, tam efficaciter suadere, cum ipsem et Christus hanc doctrinam, & hoc memoriale illis instillauerit, ac sèpius insinuauerit, præcipue Ioan. 14. dicens: *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.*

Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. &c. 16. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis; ut gaudium vestrum sit plenum. Sed cur toties repetit, ut petamus in nomine eius, & id, quod petitur, se largiturum promittit? Non alia utique de te, nisi quia, dum gratias, fauores, ac beneficia in nomine eius a Deo impetramus, nobis nomen eius laudandi, glorificandi, ac sanctificandi, id est Sanctum confitendi, ac manifestandi datur occasio; ex quo nobis maximum in hoc saeculo, ac plenum in futuro gaudium enascetur.

§. X.

Quod, ut adimpleatur, ad hoc praestandum summoperè S. Ecclesia eius Sponsa in predicta sequentia missæ, quæ celebratur in festo huius Sanctissimi Nominis nos hortatur, dum in ea canit:

*In aduersis nomen sanctum
Innocetur: Iesu tantum
Aderit presentia.
Presentia Deitatis:
Et totius bonitatis
Dulcis Iesu aderit.
Nomen ergo hoc amandum
Toto corde & adorandum
Omni reuerentia.*

A R T I C V L V S II.

Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam.

Excellentissimum Mariae nomen, quod lingua Syriaca Dominam significat, antonomasticè Sanctissimæ Deiparæ conuenire, amplissima eius potestas, quam in toto Filij regno exercet, probat. Non enim Angelis soli, & hominibus; sed etiam dæmonibus dominatur, ut ipsa apud sapientem Siracidem Ecclis. 24. *Superborum*, inquit, & excellentium corda virtute calcari. Nam quinam magis superbi, & excellentes, quam spiritus, qui ambitioso, & tumido conatu in celo diuinam similitudinem alijs concupierunt? Et quinam excellentes, nisi ijdem, qui in terris sacrilega, & vana ostentatione diuinis honoribus coli voluerunt? Hos Maria propria virtute calcat, cum ab initio inimicitiae inter illam, & hos veteranos angues posita fuerint, ut habetur Genes. c. 3. *Inimicitiam ponam inter te, & mulierem, & ipsa conteret caput tuum*. Nec in progressu temporum capita illorum calcare, & conterere cessar, cum sit mulier illa sublimis Sole amicta, Lunam calcans, duodecim stellis redimita, quæ tanquam signum magnum Ioanni nostro apparés gloriofos de insidiante dracone triumphos reportauit; Ideò *Nomen eius invocandum*.

Hoc

505.
Ad hoc nos ipsa hortatur Ecclesia.

506.
Maria interpretatur Domina.
Dominatur dæmonibus.

§. I.

507.
Docent Patres.Homil. 2. sup.
Miss. est.

Ex D. Bernar.

508.

Hoc testatur D. Bernardus serm. in missus est. *Damones, ait, non solū Virginem pertimescant; sed audit a hac voce (Maria) contremiscant.* Et super Cantic. *Vbi nomen Maria inuocatur, damonum nocumentum effugatur: quia Maria terribilis ut castrorum acies ordinata.* Et rationem reddit super illa verba: *Ipsa conteret caput tuum, scribens sic: Maria contribuit caput venenatum, quæ omnimodam maligni serpenis suggestionem ad nibilum deduxit.* Confirmat hanc veritatem S. Birgitta lib. 1. Reuelationum cap. 9. Omnes, ait, demones verentur hoc nomen, & timent; & audientes hoc nomen (Maria) statim relinquunt animam, quam tenebant. Consentit D. Bonaventura in Speculo Virg. c. 3. Non sic, ait, timent hostes visibiles quasi castrorum aciem copiosam, sicut demones Maria vocabulum, patrocinium, & exemplum: fluunt, & pereunt sicut cera à facie ignis vbi cunq; inueniunt crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, solicitam imitationem. Sic Richardus de S. Victore in Cantic. loquens de Maria: *Deterrebant eos, inquit, scilicet, demones flamma caritatis, incendebant orationes, & fervor deuotionis.*

Et si, dum hoc in saeculo vitam agebat, eos terrebat, quantò magis nunc in celis apud Altissimum coronata, & vt Regina exaltata illos terrefacere est iudicandum? Hac de re S. Germanus orat. 3. in Zonam Deipara, eam alloquens sic, ait: *Tu nequissimi hostis inuasiones sola tui nominis inuocatione repellens, tutos, atq; incolumes fernas.* Vnde concludit Dyonisius Carthusianus reuelationem S. Birgittæ à Maria Virgine factam referendo, in persona eius alloquens his verbis: *Nullus, ait, in hac vita tam frigidus ab amore divino, qui si inuocauerit nomen meum cum integro proposito penitendi, statim ab illo non recedat diabolus.*

§. II.

509.
Jesus aliquando facilis inuocatio nomine
Maria, quam suo proprio, dona concedit.

Nec exemplis comprobare hoc opus esse dijudico, cù passim apud Autatores, plurimos ad eius deuota nominis prolatione nō tantum vniuersas demonum acies prostrasse, sed multa à Deo eius intercessione beneficia obtinuisse, referatur. Imò quandoque aliquis facilius per ipsam fauores, quam per inuocatione ipsiusmet proprii Filii legitur impetrasse; Cuius rei nos mentiri, non finit S. Anselmus lib. de Excellentia Virginis cap. 6. *Velocius, ait, est nonnunquam salus memorato nomine Maria, quam inuocato nomine Domini Iesu unici Filii sui.* Et id quidem non ideo fit, quod ipsa maior, & potentior eo sit: nec enim ipse magnus, & potens est per eam; sed illa per ipsum. Quare ergo proprior salus in recordatione eius, quam Filii sui sapè percipitur? Dicam, quid sentio. Filius eius Dominus est, & Index omnium discernens merita singulorum: dum igitur ipse à quo quis suo nomine inuocato non statim exaudit, profecto id infit facit. Inuocato autem nomine Matri, & si non merita inuocantis mereantur, vt exaudiatur: *merita tamen Matri inter-*

intercedunt, ut exaudiatur: quia eam decreuit sic honorare, ut sciant homines, omnia per ipsam obtineri posse à Deo. Ideò S. Bernardus serm. de Assumptione B. Virginis ad ipsam conuersus ait: *O Felix Maria, qui te diligit, Deum honorat: qui tibi adhæret, à Deo numquā derelinquetur: qui nomen tuum puro corde inuocat, quicquid postulat indubitanter, consequitur.*

§. III.

Quare tum Exorcista, ut facilius dæmonem pellat, & in fugam verrat: tum Enérgumenus, vel Malesiciatus, vt citius à dæmoniaca eripiatur vexatione, tum quilibet aliis à quacumque detentus ægritudine, vt pristinæ reddatur sanitati: tum quicumque Christifidelis, vt in omnibus suis tribulationibus, angustijs, ac necessitatibus securius diuinum mereatur obtinere auxilium, sæpius puro, ac sincero cordis affectu Mariam inuocet. Si temptationum venti exurgant: si dæmoniacarum vexationum fluctus intunescant: si in tribulationum scopulos illidatur, portum respiciat, & Mariam inuocare non desistat. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs, & in omnibus necessitatibus Mariam cogitet, Mariam inuocet: nō recedat ab ore, non recedar à corde. Sic enim per eius intercessionem facillimè ab eius Vnigenito Filio fidem, ac confidentiam in Deum perfectam impertrabit, qua sine vlla hæsitatione petens, nedum si vexatus à dæmons fuerit, liberati merebitur; sed quæcumque poposcerit salutaria obtinebit; & quodcunq; dixerit, fiat, fiet ei.

510.
Ab obfessis, &
agrotis omni-
busq; Christifi-
delibus est in-
uocanda.

Bernard. hom.
2. sup. miss. est.

Cap. III.

De Ægroto orante hominum Mediatores.

Terribilem, vt castrorum aciem ordinatam esse Ecclesiam, Diuinus Sponsus enunciat Cantic. 6. vt quæ ex innumera Beatorum multitudine cōgregata potentissimum format exercitum in duas quasi diuisum partes. Alterum Angelicoruī Spirituum: Alterum Beatorum in Cælo regnantium. Sed eandem Medicorum esse congregatiōē, & medicamentorum officinam, probant Dei per Ieremiant c. 8. conuentis verba: *Super contritione filia populi mei, inquit, contritus sum, & cōtristatus, Stupor obtinuit me, numquid resina non est in Galaad?* Aut Medicus non est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filie populi mei? Vbi vides Deum contritum, contristatum, & stuporem, quod in tanta Medicorum, & medicamentorum multitudine, quibus Galaad spirituale abundat, infirmitates humanae sanatae non fuerint, & vulneta nostra ligata.

Nec immerito. Nam quotquot Angeli, & Sancti in Ecclesia reperiuntur, militum, & Medicorum officio funguntur. Militum, vt contra dæmones pugnet, & sequaces eorum maleficos, & peccatores, qui nos perseguuntur deprimant. Medicorum, vt morbos curent, maleficia soluant, & dæmoniacas infestations sanent. Ex quo illorum opem ægroti sæpius implorare tenentur,

511.
Mediatores ho-
minū sunt An-
geli, & Sancti.

Militis, ac
Medici munero
funguntur.

tenentur, quam libentissimè præbent, quoties nostris precibus excitantur ;
vt sequentes articuli declarabunt.

ARTICVLVS I.

Angelicos Spiritus.

§12.

Angeli superiores varia exercent ministeria in hominum obsequiū.

QVAMIS primarium Angelorum studium sit, continuis Diuinam Mælestatem prosequi laudibus, & famulantium more ad eius thronum astare, vt Ioannes noster Apoc. 5. demonstrat; tamen varia obsequia hominibus exhibere, illos protegendo, & sanando non dēsignantur. Hoc in principibus primis videamus, qui vtrumq; officium libentissimè exhibeat. Michael Antesignanus cum dracone pugnat in cælo Apoc. 12. & cū eodem in terra luctatur (vt Iudas in sua canonica refert) cum illo de Moysi corpore in Iudæorum beneficium decertando. Raphael unus de principibus primis splendidi iuuenis formam assumens, iuniorem Tobiam in Rages dedit, à pisce liberat, & opibus onustum in domum rēducit; Sarai eius vxorem à dæmonio liberat; & seniori Tobiae visum restaurauit. Ex quo primus generosi militis : Secundus verò peritissimi Medici noimen asumpsit. Nam Michael quis ut Deus significat. Raphael verò medicina Dei.

§. I.

§13.

Angeli inferiores in necessitatibus homini bus occurruunt.

4. Reg. c.6.

Moyes Abbas visione demonum, & Angelorū fugat vexationem.

QUOD si hæc militaria, & medicinaria officia tanti duces, & principes præstare nō dēsignantur, quid inferiores Angelos facturos putamus, si illorum opem in dæmoniacis pugnis, in infirmitatibus, ac cunctis necessitatibus inuocemus : Nonnè vnicuiq; nostrum occurrent, vt alteri Jacob de Mesopotamia redeunti, & se ad bellum contra Esau accingent, cui obuiam fuere quasi belli duces, & comites ? Vnde nomen loci illius *Mahanaim*, idest, *castra* appellavit Genes. 32. Aut vt alteri Elisæo, ad cuius custodiā, cum à Rege Syria quæreretur, Spiritus illi beati in ignitorū equitum forma venerunt ? Quod visio Abbati Moysi exhibita probat : Nam vt in vitis SS. Patrum refertur §. 9. cum à diabolo vexatus Abbatem Isidorum remedium petiturus aduenisset, nec post longos de rebus spiritualibus sermones quiesceret, Isidoro iubente, cellulæ superiora concendit, & oculos suos peroluendo primò ad occidentem innumerabilem dæmonum multitudinem, qui cum furore præparabantur ad prælium inspexit : tum vultum ad orientem conuertens Angelorum splendentem sine numero turbam tāquam cælestium virtutum exercitum vidit : *Ecce, inquit Isidorus, qui ad occidentem ipsi sunt, qui nos impugnant, qui verò ad orientem hi sunt, quos in adiutorium nostrum mittit Dominus.* Quibus visis, & auditis turbatus Moyes est confortatus.

§. II.

HAnc veritatem falsa est sapientissima illa, ac prudentissima mulier nomine *Debbora prophetissa, qua iudicabat populum in illo tempore*, vt habetur Iudicum c. 4. Postquam enim filij Israël de Sisara duce exercitus Iabin Regis Chanaan, à quo viginti annos fuerant oppressi, victoriam reportassent, Debbora cum gaudio, & lētitia cecinit inter alia dicens: *Decelo dimicatum est contra eos: stella manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt.* Sed quomodo de celo dimicatum est? An fulmina, vel sagittas ignitas omnipotens Deus ab æthere in eos vibrauit? An Sol & Luna influxus in eos malignos, & noxios, vt illos interimerent, emiserunt? Quomodo enim stellæ aduersus eos pugnauerunt? Nonnè Sisaram interfecit Iahel vxor Haber Cinæi, quæ supra capitis eius tempora dormientis clauum absconditè, & cum silentio imposuit, adeòque malleo defixit in cerebrum, vt humili conclauatus iaceret, qui soporem morti socians defecit, ac mortuus est? Quænam sunt huiusmodi stellæ, quæ aduersus Sisaram pugnauerunt? Iacobus Aluarez lib. 1. de victoria tentat. par. 3. cap. 7. eruditè: *Celum, inquit, contra aduersarios nostros pro nobis dimicat, quando auxilia, que nos tuentur, quasi fulgura, & grandinum lapides in eos iactat.* Vbi aperi-
tissimè Israelitas ab Angelis liberatos fuisse de manu inimicorum suorum ostendit. Idcirkò Debbora, ac Barac cecinerunt: *De Celo dimicatum est, idest, auxilium Dei descendit super nos, & stella manentes in ordine, & cursu suo, Angelii, nempe, diuinam contemplantes essentiam, eaque fruentes, nec vñquam ab eius visione, ac fruitione deficientes aduersus Sisaram pugnauerunt, eumq; cum suo exercitu constrauerunt, & ad nihilum redegerunt.* Cui veritati se Rupertus Abbas adscribit super Iudicum cap. 5. dicens: *Angeli manentes in ordine, & cursu suo pro hominibus pugnant, cum damones in nos insurgentes fugant, & terrent.*

§. III.

APTE hoc protectione Angelica munitus fuit Iudas ille Machabæus dux populi Israelitici, de quo 2. Machabæorum c. 10. habetur. Hic, cum aduersus innumerabilem exercitum cum paucis militibus præliū esset commissurus, priùs assidua oratione suppliciter vñà cum suis militibus Deū est deprecatus, in eo omnem suam fiduciam constituendo. Propterea cum vehemens esset pugna, apparuerunt aduersarijs de celo viri quinque in equis aureis decori, ducatum Iudeis præstantes: ex quibus duo Machabaum medium habentes armis suis circumseptum incolumen conservabant: in aduersarios verò tela, & fulmina iaciebant, quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione cadebant. En angelicam protectionem tutissimam pro ijs, qui in Deo suam constituant fiduciam; nec nō ad Angelos eius ministros in suis necessitatibus confugiant.

Hæc namque est Dei promissio ijs, qui in adiutorio Altissimi habitant;

514.
Hoc probat sa-
cra scriptura
interpretes.
Ex Canico
Debbora.
Indic. c. 5.

515.
Ex Iuda Ma-
chabæo.

516.
Hoc promittit
Deus in se con-
fidentibus.

vt testatur Propheta Psal. 90. dicens : *Angelis suis Deus mandauit de te , ut custodiant te in omnibus vijs tuis . Quæ verba Felix sic legit : Praecepit Deus Angelis, vt illos suis in itineribus, & actionibus, quas secundum Deum agere instituant, dirigant, tutenturq; ac veluti manibus adeo inoffensè gerant, vt ne vel leviter quidem in lapillum illorum impingere queat pes .* Titelmanus in eadem verba : *Ipsè enim (inquit) tui solicitam curam gerens, mandatum, preceptumq; dedit angelicis spiritibus ministros suis, de tua diligentí, & firma custodia : videlicet, vt te diligenter custodiant, atque obseruent in omnibus vijs tuis, quocunque perrexeris, vt in omnibus actionibus, ad quas volueris manus extendere, assistant tibi; teque ita obseruent, & illuminando, perficiendoq; dirigant, vt in nullo à via recta deuenies, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinans, neque ab illa aduersariorum potestate te patiantur nocumentum accipere, ita videlicet angelicos suos ministros tibi administratorios, & custodes constitutens : quomodo solet pater filio vnicè dilecto assignare custodes, suisq; ministris sollicitissimè mandare de filij obseruatione, atque custodia . Postea subiungit super illa verba, in manibus portabunt te, dicens : Atque hi administratori spiritus, accepto hoc Dei mandato, solicitissimè, perfectissimèq; iussa completere satagent, teque fidelissimè oīni curas, & studio custodient; ita vt quasi in manibus te portent per viam, quam ambulare volueris, in cunctis actionibus tuis, ita tibi: suo adiutorio assistendo, ita manifestum præstando auxilium, vt in vlnis te gestare videantur .*

§. IV.

517.
Testantur Pa-
tres .

Hoc probant eruditissimè Patres : Augustinus Soliloq. lib.vn. c. 27. de Angelis deputatis . *Hi sunt, inquit, cines beatæ Ciuitatis supernæ Ierusalem, quæ sursum est mater nostra, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, vt liberent eos ab inimicis suis, & custodiant in omnibus vijs suis .* Beda Venerabilis super Lucam : *Quoniam, ait, immundi spiritus ad pacis euersionem ubique versantur, ad tutelam nostram constituit Deus exercitus Angelorum, quorum presentia demonum confringatur audacia .* D. Basilius in psal. 33. simili perpolito : *Quemadmodum, inquit, Vrbium muri undequaq; hostium insultus arcent propulsantes hostiles incursus : sic etiam Angelus & a tergo, & a fronte custodit te ; & ne utriusq; lateris partes incustoditas relinquit, Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis : quoniam Angelis suis Deus mandauit de te , ut custodiant te in omnibus vijs tuis .* D. Chrysostomus aperte super cap. 21. Matthæi hoc demonstrat loquendo de vinea illa, quam plantauerat pater familias : *Quid est sepius, inquit, nisi Angeli in circuitu custodientes populum Dei, ne in vineam Christi inuisibiles latrones irrumpant . Et homil. 40. ibi in opere imperfecto ait : Hi sunt custodes super muros ciuitatis tuae Ierusalem custodientes vigilias noctis super greges tuos, ne quando rapiant ut leo animas nostras, dum non esset, qui eriperet .* Et B. Laurentius Iustinianus de spirituali animæ resurrectione . *Demones, ait, arcent Angeli, ne ad libitum noceant . Quis (queso) nisi angelico fultus esset auxilio, tam immanissimorum hostium valeret superare rabiem, effugere laqueos,*

laqueos, tentationes vincere, fraudesq; detegere? Custodia siquidem sua via nostras sapiunt, ne in lapidem offensionis petram scandali spiritualem anime impingamus pedem.

Ex quibus omnibus luce meridiana clarius est, Angelos nostros custodes milites esse robustissimos, quibus Deus mandauit, ut nos die, noctuq; custodiant, atq; ab inimicis nostris inuisibilibus, ac visibilibus, ceterisq; periculis animæ, & corporis obseruent, ac tueantur.

§. V.

Sed & iuremerito Medici sunt dicendi: ipsi enim magis sunt solliciti, ac potentiores in infirmitatibus nostris ad nobis praestanda beneficia, quam dæmones ad maleficia inferenda: Ratio est: tum quia Angelus bonus, qui naturæ ordine inferior est, preest dæmonibus etiam ordine naturæ superioribus: quia diuinæ iustitiae virtus, cui boni Angeli adhaerent, naturali Angelorum virtute multò est potentior, atq; ita potentiùs operatur: tum quia sollicitior est circa custodiām, qui ex ea commodum, quam qui penam consequitur; Angeli autem boni ex bonorum custodia gaudium accidentale assequuntur: & mali Angeli ex malorum damnatione maiorem penam accidentalem sibi promerentur: ergo, & cæt. Ita testantur Alexander Alen. de *Angelis* quæst. 41. mem. 6. ar. 2. S. Thom. 3. par. quest. 113. ar. 7. S. Bonau. in 2. d. 11. ar. 2. q. 2. Ioseph Angles ibi quest. unica de *Angelorum custodia difficil.* 15. & 16. Propterea si dæmones ad Magorum, Maleficorum, ac Strigarum nutum corporibus humanis varia ingerunt nocimenta, ut supra docuimus à num. 82. vsq; ad 119. e conuerso Angelos beatos ad Beatissimæ Virginis nutum, Sanctorum, ac Seruorum Dei, (Deo sic volente, ac præcipiente) nedum animabus, sed & corporibus humanis varia afferre commoda, malos, ac noxios sepiùs ab illis expellendo humores, & salubres, ac proficiens excitando; cicatrices, ac vulnera sanando; & à diversis egritudinibus liberando, quis dubitabit? Vnde benè de illis ait Petrus Blesensis in serm. de Angelis. *Tanquam Medici maiorem sollicitudinem infirmis impendunt, quam sanis.* Verum hic nobis occurrit dubitatio.

Q V A E S T I O V N I C A.

Cur igitur tot homines iusti vexentur, & quandoque à demonibus superentur, licet ab Angelis protigantur.

Dubitandi ratio ex præcedenti doctrina sumitur: Nam quicquid dæmones circa hominem efficere possunt, & boni Angeli multò perfectius, & potentiùs, & pleniùs præstare posunt, cum ipsi magis solliciti, ac potentiores sint dæmonibus: cur ergo homines non protegunt?

Respondetur ex defectu custodie hoc non prouenire. Et ratio est: quia si obstinatos peccatores totaliter minimè deserunt, ut Theologi communiter fatentur; multò minus bonos derelinquent. Ceterum hoc accedit: vel

quia

518.
Angeli sunt
Medici magis
solliciti nobis
benefacere, quam
dæmones male-
facere.

519.
Ratio difficult-
atis qua.
Angeli nō sem-
per dæmones ro-
taliter repel-
lunt; quia eis
nos ipsos quoti-
dien non commē-
damus.

quia nos illos repellimus, dum eorum consilijs, & internis motionibus non acquiescimus; cum supra nostram arbitrij facultatem non possint: vel quia circa nos tantum pro viribus agunt, quantum eis ex iustitiae, & prouidentiae diuine ordine est permisum. Hinc si eorum consilia admitteremus, eisque quotidie & animam nostram, & corpus nostrum, omnesque nostras actiones, & operationes deuotè, ac suppliciter commendaremus, à Deo permetteretur, vt secundùm ultimum suæ potentiae ad illuminationem, & iustificationem nostram, ac defensionem, démonumq; expulsionem agerent, ac paruo temporis spatio quantumcumquæ petuerlos, & malos ad veritatis agnitionem adducerent, in amorem virtutis excitarent, & inflammarent, nobisq; plura beneficia tam spiritualia, quam corporalia à Deo impetrarent: Ita etiam testatur Ioseph Angles Flor. Theol. qq. in 2. d. 11. quast. eadem, diffic. 17. dub. 7.

*Ab omnibus
Angeli sunt
inuocandi.*

Quare Exorcistæ generosos hos milites, Energumeni, Maleficiati, & Ægroti peritos hos Medicos, & in quacumq; necessitate constituti diligenter, ac validissimos hos tutores inuocare non cessent, Custodes præcipue, qui inimici démonis cum sint, & hominis suæ curæ concreti amici, libenti animo, & robur Exorcistæ, & salutem egro conferunt, & cuicunque fideli Christiano suam tutelam impendunt, si deuota mente, & sedulis precibus inuocentur.

A R T I C V L V S 11.

Beatos in Celo regnantes.

520.
Sancti imitan-
tur Angelos in
charitate erga
homines.

Sancti dicuntur
gladios habere
ad nos tuendū
cōtra inimicos.

SI Angelorum forte in consecuti sunt Sancti, quotquot agunt triumphos in cælis, illorum etiam aëtus, & aspectus imitantur erga homines, quibus se milites, & Medicos exhibent, vt indicare videtur Ioannes Apoc. 5. cùm eorum choros describendo afferit, *illos tenere citharas, & phialas aureas in manibus.*

Citharas, vt cantent canticum Domini, cuius visione lætantur, beatificantur amore, & possessione delectantur: Et cantando non solum eius laudent Maiestatem; sed etiam contra aduersarias potestates pro hominibus prælientur. Laudes enim à Sanctis emissæ non solum citharae sunt; sed etiā gladij: vt testatur David Psal. 149. *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipes in manibus eorum.* Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum eorum in manicis ferreis. Vnde S. Basilius homil. 2. de Sanctis Martyribus ait: *Hi sunt, qui quasi quadam turres contra aduersariorum incursu refugium nobis exhibent: O sacrum chororum, o communes generis humani custodes, qui apud Deum potentissimum legati astra mundi sunt, & flores Ecclesiarum!*

Phialas

§. I.

Phialas verò, vt hominibus beneficia conferant, cùm sint odoramento-
rum, & medicamentorum spiritualium plena, quibus vniuersæ sanan-
tur infirmitates. Nam quisnam tam grandis, & inueteratus morbus homi-
nem obsidet, ac cruciat, qui Sanctorum precibus non abscedat? Hoc in-
seipsa comprobauit experientia S. Agatha Virgo, & Martyr, cui, cùm Quinti-
tiani Prætoris iussu fuisse mamilla amputata, sequenti nocte in carcere
existenti quidam senex apparuit, sanitatem ei se offerens largiendum. Cui
Agatha dixit: *Quis es tu, qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum,*
inquit ille, *Apostolus Christi, nihil in me dubites filia: Ipse me misit ad te, quæ*
dilexisti mente, & puro corde. Nam & ego Apostolus eius sum, & in nomi-
ne eius scias te esse curandam. Quæ sanitatem accepta, ac mamilla sibi resti-
tuta, statim Deo gratias referens dixit: Benedico te Pater Domini mei Iesu
Christi: quia per Apostolum tuum mamillam meam meo pectori restituisti.
Gratias tibi ago Domine Iesu Christe: quia memor es mei, & mississi ad me Apo-
stolum tuum curare vulnera mea. Sic etiam videmus sapissimum ante Sanctorum
imagines, & eorum reliquias cęcos videre, surdos audire, mutos loqui,
fanari ægros, energumenos liberati.

Quare tam ab Exorcistis, quam Maleficiatis, & Aegrotis, & in quacumq;
necessitate constitutis, iteratis precibus, eorum sunt imploranda suffragia,
quorum præcipuè specialis honor in ijs locis habetur, in quibus ægroti ha-
bitant: vel qui ob speciales fauores exhibitos peculiari honore celebrantur,
vt sunt patroni locorum, & personarum, quorum omnium erga nos pie-
tas maxima viget; ideo ad eorum protectionem confugiendum nos Petrus
Damianus hortatur serm. in festo Omnium Sanctorum dicens: *Nec nos de-*
terreat enormitas peccatorum: quia maior est illorum pietas, quam impietas
nosta.

Verūm, vt doctrina hęc de Sanctorum inuocatione clariūs, ac perfectiūs
nobis innotescat, sequentes sunt quęstiones expediendae.

Q V Æ S T I O I.

*An Sancti tam homines, quam Angeli licite à nobis
sint orandi.*

Respondetur, certum esse de fide, Sanctos tam homines, quam Angelos
iam beatos nedum licite, sed vtiliter, & sancte à nobis orari, si talis
oratio debita intentione, ac modo (vt ab Ecclesia, & eius membris recta
fide vtentibus fieri solet) exerceatur. Hęc veritas probatur primò ex vsu
Ecclesiarum, quæ columna, & firmamētum veritatis est, quæ ad certam fidem
illiū faciendam sufficiens esse debet. Propter quod dixit Augustinus Epist.
ad Ianuarium, *Insolentissimum est contra uniuersalem Ecclesiam praxim disputare.* Hęc nihilominus veritas fundamentū habet in scriptura; nam ex illa

S

Sanctos

*Phialas tenet.
vt nobis bene-
faciant.*

*Sanitas collata
D. Agathæ & S.
Petro.*

*Ab Exorcistis,
& Aegrotis Sä-
lti inuocandi.*

521.

*Homines san-
ctos iam bea-
tos, & Angelos
certo modo uti-
liter, & sancte
à nobis orari
posse, fides Ca-
tholica docet.*

274 Par.II.Cap.III. De Ægr.orante hom.Mediat.

Sanctos Angelos orate pro nobis, & orationes nostras Deo offere intelligimus. *Tobie* 12. & *Apoc.* 8. Vnde non immerito idem esse officium hominum Sanctorum colligimus; ex quo Angelis quoad beatitudinis statum assimilantur. *Matthai* 22. *Luca* 20. & *Apoc.* 21. Vnde quia veteris legis tempore homines iusti ad beatitudinem usque ad Christi mortem non admittebantur; ideo in veteri Testamento non legimus consuetudinem fuisse Sanctos mortuos illo tempore exorandi; quamuis quosdam fideles orationes aliorum viuentium petere solitos fuissent legimus, quæ etiam in novo Testamento (vt infra dicemus num. 527.) commendantur.

§ 22.
*Ab Ecclesia hoc
est definitum.*

Secundò hæc veritas ex definitionibus Ecclesiæ habetur: nam in Concilio Gangreni, c. 20. conuentus, & oblationes, quæ ad Martyrum memorias fiunt, approbantur, in quibus vel expressè, vel virtualiter orationes ad Martyres continentur. Et ob id in Concilio Niceno secundo *Aetü sexto* fit inuocatio ad sanctissimam Virginem, & alios Sanctos; quod etiam in alijs Concilijs frequens est; & in multis Concilijs Litaniæ, quæ expressam, & specificam Sanctorum inuocationem continent, approbantur: vt in Concilio 1. Aurelianensi c. 29. in Concilio Gerundensi c. 3. Bracharenzi 11. c. 9. Toletano 5. cap. 1. Toletano 6. cap. 2. Lugdunensi, & Moguntino cap. 32. de quibus videri potest Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 3. de Oratione cap. 9. nu. 24.* Ac tandem Concilium Tridentinum *eff. 25.* decernit retinendum esse Apostolica Ecclesia usum à primis Christiana Religionis temporibus receptum, Sanctorumq; Patrum consensionem, & Sacrorum Conciliorum decreta de Sanctorum intercessione, & inuocatione. Hanc autem Sanctorum consensionem latissimè Bellarminus ostendit *lib. 1. de cultu Sanctorum cap. 15.* & sequent. Videri potest etiam Sotus *in 4. d. 45. q. 3.* & Echius *in Enchiridio cap. 15.* Canisius *in Catechismo,* & alij moderni.

§. I.

523.
*Oratio ad San-
tos est actus
bonus, & vi-
tis.*

Ratio potissima est: quia oratio ad Sanctos ex suo genere actus bonus, & honestus est, & non Deo, aut Christo iniuriosus, nobisque multis modis utilis esse potest. Primò, quia actum virtutis exercere, per se bonum, ac utile est. Secundò, quia hoc modo, mediante oratione, colloquium cum Sanctis habemus. Tertiò, quia hinc ad amorem, & imitationem Sanctorum prouocamur. Quartò, quia hoc modo nostra oratio ad Deum efficacior fit ad impetrandum: quia Sancti potentiores sunt apud Deum, & magis familiares illi; ergo oratio ad Sanctos ex se honestissima est, eiusque usus maximè approbandus.

524.
*Qua ratione
Deum exora-
mus, & qua
Sanctos.*

Aliter tamen Deum, & aliter Sanctos oramus. Nam Deum, ut principalem gratiæ, & gloriæ, omniumque beneficiorum auctorem, quæ ad illam conferunt, & ut causam primam, & aliquo modo propriam omnis boni per honestam orationem postulati, oramus, ut latè supra. At vero Sanctos non pari modo; sed ut intercessores, & mediatores apud Deum sint, & pro nobis impetrant, exoramus. Hanc differentiam obseruauit, & docere nos voluit Ecclesia in litanis; nam ad personas diuinæ, & SS. Trinitatem orat:

Miserere

Miserere nobis. Ad Virginem autem, & reliquos Sanctos dicit: *Ora pro nobis.* Et similiter cùm in Missa, vel oratione publica aliquid per Sanctos petit, à Deo directè per merita, & intercessionem Sanctorum exposcit; Imd interdum à Deo ipso petit, vt Sanctus aliquis pro nobis intercedat, sicut in Collecta Sancti Lucæ dicitur: *Interueniat pro nobis, quasumus Domine, Sanctus tuus Lucas Euangelista, &c.*

§. II.

Adit hic Suarez lib. i. de Oratione cap. 10. num. 7. interdum posse Sæcum cooperari Deo ad aliquod beneficium nobis prestandum non solum orando, sed etiam ministerium aliquod sibi à Deo collatum exhibendo. Et tunc licitum esse petere à Sancto, vt ipse nobis illud beneficium conferat, non solum orando; sed etiam, prout potest, vel quantum ei à Deo est commissum cooperando. Sic vñusquisque suum Angelum Custodem orare potest, vt eum illuminet, iuuet, ac protegat, saltem plantando, & rigando: quia hoc munus commissum est Angelis à Deo Psal. 90. & Matthæi 18. Sic etiam à Sancto aliquo (si credamus habere à Deo virtutem miraculorum, vel sanitatum) vt id faciat secundum gratiam sibi à Deo concessam, postulare possumus. Quod significare videtur Augustinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 10. Vbi de miraculis, quæ ad Sanctorum memoriam fiūt, ait: *Faciunt autem ista Martyres, vel potius Deus, vel orantibus, aut cooperantibus eis.* Vbi duplē causalitate tribuit Sanctis, orationem, & co-operationem: vtramq; ergo possumus ab eis postulare. Patet supra de D. Petro, qui B. Agatham diuina virtute, ne dum deprecans Deum; sed etiam ipso cooperante sanauit.

QVÆSTIONE.

Cur Deus nos Sanctos orare velit, cùm ipse promptissimus sit ad dandum id, quod petimus.

Difficultatis huius ratio est: quia, vt diximus supra num. 395. & seqq. promptior est Deus ad dandum id, quod nos à Sanctis; vel per Sanctos petere possumus, quām Sancti ipsi parati sint ad dandum, quod possūt, vel ad petendum pro nobis, quod per se dare non possunt; ergo superfluum videtur, & inutile Sanctos orare; & contra fiduciam, quam de Deo ipso habere debemus; maximè cùm ipse quicquid ab eo petietius, dare promiserit; & de oratione per Sanctos facta nullam specialem fecerit promissionē.

Responderetur, falsam esse consequentiam primam: quia Deus promptior est ad dandum, ergo &c. Nam si vera esset, sequeretur etiam illo modo, orationes nostras pro nobis ipsis esse superfluas: quia Deus maiorem habet voluntatem conferendi nobis beneficia, quām nos recipiendī. Dicendum ergo, Deum paratissinam habere ad dandum voluntatem; sed ordinato modo iuxta dispositionem suæ prouidentiæ dare velle: Vnde quædam non

525.

Possumus orare Sanctos, vt nobis aliquid praestent beneficium etiam cooperando.

526.

Ratio dubitan- di qua.

Deus vult con- cedere nobis be- neficia, sed iux- tu dispositionē diuina prouiden- tie.

*Deus aliqua
disposuit dare
rogatus, qua nō
vult dare non
rogatus.*

*Ideò restè à no-
bis rogandi sūt
Sancti.*

rogatus; alia rogatus à nobis tantum : alia & à nobis, & ab inimicis viuen-
tibus rogatus : alia exoratus etiam à Sanctis cū ipso regnantibus vult exhibe-
bere . Vnde nos haud Sanctos oramus : quia de diuina voluntate diffida-
mus; sed vt ordinem prouidentiae suæ impleamus ; nescimus enim, quomo-
do disposuerit aliquid nobis dare , & idè plures intercessores adhibemus ;
nam Sanctos eius colendo magis per hoc disponimur ad beneficia, quæ pe-
timus, recipienda . Atq, ita per hoc nihil contra fiduciam agimus, quam in
verbis Christi habere debemus : *Petites & accipietis, &c. Si quid petieritis in
nomine meo, hoc faciam :* quia hæc promissio non excludit, quin hæc petitio
per nos, vel per alios fieri possit; neque etiam excludit, quin facilius petitio
per unum facta , vel oblatu , quām per alium exaudiatur . Nam hæc pro-
missio, vt supra diximus, vt infallibilis sit , conditiones supra assignatas re-
quirit , quæ interdum inueniri possunt , vel accidente Sanctorum interces-
sione suppleri, & nō sine illa, propter defectum nostrum : Ita docet Suarez
tom. 2. de Religiane lib. 1. de Oratione cap. 10. num. 21.

Q V A E S T I O N E I I I.

An licite à nobis sint orandi Iusti Viatores.

527.
*Iustos Viato-
res restè à no-
bis rogari posse,
fides docet.*

REspondetur breuiter , Iustos viuentes à nobis orari posse ; sicut etiam
ipſi possunt orare pro nobis . Hoc de fide certum est , & ex diuina
constat Scriptura, in qua hortantur fideles , vt alij pro alijs orent 1. ad Ti-
mooth. 2. *Obsecro fieri orationes, postulationes, &c. pro omnibus, &c.* Iacob. 5.
Orate pro inuicem , vt saluemini. Et Paulus ſæpe à fidelibus , vt pro ipso
orent, exposcit, ad Coloſſ. 4. 2. ad Thessal. 3. ad Hebreos 13. Neque in-
hoc vlla difficultas eſt : quia & à viuentibus hoc facile petere poſsumus :
nam ex parte petentis eſt aetus humilitatis ; ex parte vero alterius erit
charitatis , & Religionis officium pro alio exorare : Ita docet Ioseph An-
gles Florib. qq. Theol. in 4. tract. de orat. queſt. 7. diffic. 8. plures citans Do-
ctores, & Suarez loco cit. num. 24.

Ex prædictis omnibus patet , qualis eſſe debeat oratio , qua Energumenus , maleſiciatus , vel alia ægritudine tentus , aut in alia necessitate conſtituens ſe iſipſum diſponere debet ad perfectam impetrandum à Deo fidem ,
qua dæmonem expellere valeat : vel ſeipſum à quacumque alia tribulatio-
ne eripere iuxta Domini nostri Iesu Christi promiſſionem Matthæi 21. &
Marci 11. *Quacumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis.*

Cap. IV. De Ægroto Ieiunante.

528.
*Ieiunium ob-
ſesso eſt nece-
ſarium.*
Quare

IDE M Domini discipulus, qui orationis normam ægrotantibus dæmo-
niaco opere, præbuit, ieiunij formam tradit; quod secundò in illis, qui à
dæmonie poſſidentur, requiritur, vt ad firmam fidem, ac perfectam con-
fiden-

fidentiam, qua integra curatio obtinetur, disponantur ad Domini prescriptum : *Hoc genus dæmoniorum non ejicitur, nisi in oratione, & ieunio.* Etenim non aliter Ioannes se diuinis vitionibus, & scriptionibus apocalypticis, & euangelicis, quām ieunando dispositus, vt testatur Hieronymus prefat. in *Euangel. Marthai.* Et copiosius Metaphrastes apud Lippoman. tom. 1. Cū solutus, inquit, lege exilijs Ephesum esset reuersurus, Insulani precibus agunt, ne recedat ; ne scilicet totum seipsum auferret ; sed seipsum loquentem affiduū suis scriptis relinquaret, vt qua Christi Euangeli, & ea, qua ipse viderat de Christo, scriberet. Annuit ille, & antequam opus aggredieretur, tum sibi, tum alijs indixit ieunium ; & Prochorum sequi iubet, ac cum eo montis ascendit verticem.

Pari modo quicumque diabolicas patiuntur vexationes, se curationi diuinæ aptare debent, triplex ieunium obseruando.

Primum : abstinentiam ab omni peccato ; quod ieunium magnum, & generale vocat D. Augustinus in Ioannem, vt habetur, c. ieunium. de consecrat. d. 5. Quod Dominus Isaiae § 8. suadet : *Numquid tale est ieunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam ? Numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere ? Numquid istud vocabis ieunium, & diem acceptabilem Domino ? Nonne hoc est magis ieunium, quod elegi ? Dissolute colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.*

Secundum : abstinentiam ab illicitis voluptatibus, quæ corporeis sensibus percipiuntur, vt benè S. Bernardus docet serm. 3. de Quadrag. *Si sola gula peccauit, inquit, sola ieunet, & sufficit. Si verò peccauerunt & membra cetera, cur non ieunent & ipsa ? Ieunet igitur oculus, & à curiosis aspectibus, & ab omni perulantia, vt bene humiliatus coercentur in penitentia, qui male liber vagabatur in culpa. Ieunet auris nequiter pruriens à fabulis, & rumori bus, & quæcumque ociosa sunt, & ad salutem minimè pertinentia. Ieunet lingua à detractione, & murmuratione, ab inutilibus, vanis, & scurrilibus verbis ; Interdum quoque ob gravitatem silentij, & ab ipsis, quæ videri poterant nefaria. Ieunet manus ab ociosis signis, & ab operibus omnibus, quæcumque non sunt imperata. Sed & multò magis anima ieunet à vitijs, & à propria voluntate sua. Etenim sine ieunio hoc cœcra à Domino reprobantur : scut scriptū est : quia in diebus ieuniorum vestrorum voluntates vestre inueniuntur. Vnde S. Eligius homil. 11. Qui à cibis abstinent, ait, & prauè agunt, dæmones imitantur, quibus esca non est, nequitia semper est.*

Tertium : afflictionem carnis secundum gustum, & tactum, quæ in vigilijs, flagellis, mortificationibus, & ieunijs propriè dictis consistit, quibus à cibo, & potu abstinetur. In omnibus, inquit Apostolus 2. Cor. 6. exhibemus nos sicut Dei ministros in laboribus, in vigilijs, in ieunijs, & ceteris. Quæ tria ieunia Christus uno verbo complectitur, cùm dicit : Dæmones exire non posse, nisi in oratione, & ieunio. Ideoq; obseruanda sunt ab ijs, qui obsessione dæmoniaca, vel maleficio fatigati sanari desiderant ; & si non tertium, eò quod sint viribus impotes, saltē primum, & secundum ; vt sic ad Deum placandum ; in bono proficiendum ; seipso sanandum, ac robandum : & hostes visibiles, ac iniubiles expellendum, ac profligandum ;

529.

Abstinentia à peccato.

530.

Abstinentia ab illicitis voluptatibus.

531.

Afflictio carnis secundum gustum, & tactum.

vt sequentibus articulis clarius demonstrabitur, disponantur.

ARTICVLVS I.

Ad Deum placandum.

532.
Ab Obsessis, ac
ceteris Vexatis
peccatoribus
Deus per pa-
nitentiam est.
placandus.

CVM Deus ab ijs, qui suis iniquitatibus Majestatē suā ad iracundiam prouocarūt, placari nō possit, nisi cōuertatur, & pēnitent, necesse est, eos, qui demoniacas vexationes in pēnā scelerū iusto ipsius iudicio sustnēt, ad poenitentiam confugere, quæ internam cordis contritionem, & externā corporis macerationem includit; vt sic dum mens flendo compungitur, caro, quæ delectationibus subiacuit, affligatur. *Conuertimini ad me, ait Deus per Ioelem cap. 2. in toto corde vestro, & ieiunio, & fletu, & planitu.* Quibus verbis vtramq; penitentia partem demonstrat. Ex corde pēnitet, qui patrata mala cum emendationis proposito plangit, & odit; atq; plangenda, & odienda ulterius non committere protelatur. *Inanis est enim penitentia, vt benē ait Augustinus in Soliloq. quam sequens culpa coinquinat: nihil profunt lamenta, si multiplicentur peccata: nihil valet à malis veniam pētere, & mala denuo iterare.* *Quare sit penitendum*, ait Ambrosius, *vt illud amarum sapiat in anima, quod ante dulce fuit in vita: & quod prius oblectabat in corpore, cruciet in corde.* In ieiunio, & fletu, & planetu pēnitet, qui pēnalibus penitentia operibus crimina, aut excedere, aut equare conatur. Nam ad agendum penitentiam, ait Augustinus lib. de Pēnit. *mores in melius commutare non sufficit, & è malefactis recedere, nisi de ijs, quæ facta sunt, satisficias Deo per penitentia dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosinis, & ieiuniis.* *Quod tunc illi offers*, ait Gregorius homil. 33. in Euangelia, quando tot de te inuenis holocausta, quot habuisti oblectamenta, *vt totum seruiat Deo in penitentia, quicquid ex se Deum contempnit in culpa.* Vnde & Iacobus Billius Anthol. sacr. cecinit:

*Quem sceleris, noxaeque grauis benē pēnitet, illi
Perpetuus lacrymis obruit ora dolor.*

*Nam qui post lacrymas ad inania gaudia se se
Transtulit, ex lacrymis commoda nulla tulit.*

§. I.

533.
Quia complecti
debet dolorem
internum pec-
catorū, & ex-
ternam mem-
brorum puni-
tionem.

Qvare, vt pēnitentia vera, ac seria sit, opus est, vt hi, qui languoribus demoniacis, Deo permittente, aut iubente in præteriorum criminū castigationem vexantur, vtramq; penitentia partem exerceant, non solum interiūs peccata deflendo per actus contritionis; sed etiam exteriūs puniendo per satisfactoria opera; inter quæ ieiunium tanquam præcipuum censemur à Domino, cum dicit: *In oratione, & ieiunio: quia eius virtute ira diuina in peccatores exardescens protinus extinguitur: vt Davidis, Achab, Iudeorum, & Niniuitatum nota nobis exempla demonstrat.* Quid si grauiorum criminum se conscius esse cognoverint, seuentior ieiunio

nio illa castigare enitantur : Quia, ut benè docet Ambrosius ad Virginem lapſam cap. 18. *Grandi plaga alta, & prolixa opus est medicina, grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem.* Nam difficultimè actus fidei, ac confidentia in Deum, quæ ad liberationem à dæmoniacis vexationibus, aliquæ tribulationibus regulariter necessaria est, elicere possunt illi, qui ante obſeffionem multis fuerunt criminibus inquinati : cum eos illorum conscientia reprehendat, ac pro sua liberationis conſecutione potius desperare faciat. Cum autem per pœnitentia longitudinem expiata ſunt ſcelera, facilius homo ad actus fiducia eliciendos eſt diſpoſitus : ut benè docet Ioannes primæ fuæ canon. c. 3. *Charifſimi, ait,, si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum : & quicquid petierimus, accipiemus ab eo : quoniam mandata eius cuſtodimus ; & ea, que ſunt placita coram eo, facimus.*

Hinc reparationis noſtræ anno 1649. ad me ſecretò quidam Sacerdos Theologus exteræ nationis à dæmon obſeffis acceſſit, à quo tamen nec in ſenſitiuſ internis, vel externis potentijs poſſidebatur, vel diuexabatur ; ſed velut mus duntaxat per corporis ipſius membra dæmon nunc ad hanc, nunc ad illam partem diſcurrebat : modo in toto corpore tremorem magnum, modò ſudorem irriguum ; & aliquando in ventre efficiendo ruſotem; ſæpe quaſi loquendo in auribus eius ; ſepiuſ capitis tempora ita stringendo, ut dolores acerbifſimos luſtinere cogeretur. Probaui, an verè eſſet a dæmonie obſeffus; & ex certis, & euidentibus signis ita eſſe comperiens, ab eo de origine, ac progreſſu vexationis queſui ; qui de omnibus ordinatè, ac ſumma‐ tim me conſciūm reddens, ſimul lacrymas profundens, mihi ſe toto tempore, quo rationis uſum habere ceperat, ſemper eo abuſum fuſſe, vitamque ſuam omnibus iniuitatibus, ac p̄cipuè carnalibus ſpurciituſ inquinatam duxiſſe; nec fuſſe pratum, quod non pertransiſſet luxuria ſua, enarrauit. Nec ſeipſum tantum innumeris facinoribus, ac maculis ſedalle, ſed & alios plures ad varia ſacrilega, & abominanda criminis induxiſſe; ſe nihi lominus pa‐ ratifimum eſſe, ad eam pœnitentiam, quam ſibi persoluendam dediſlem, lubenti animo adimplendam.

Quibus auditis, licet eadem die alij maleſicio affecti à dæmoniacis vexationibus per precepta à me dæmoni facta diuina fuiffent virtute erepti ; ſta‐ tim attamen adeo in corde meo diſſidentia, ac repugnantia de eius libe‐ ratione percrebuit, ut pro tunc hunc à dæmonie liberandum non fore credi‐ derim : cum ille dæmon à Deo nedum permittente, ſed (fortaffe) iubente, immissus in corpus eius fuifſet, ut illum à tot criminibus patrandis reuocaret. Quare ei dixi : *Pro certo ſcias, hanc demoniacam vexationem pro ani‐ma tua ſalute tibi à Deo datam eſſe, ut ex ea locum ſumas à vijs tuis pefſimis recedendi, ac vitam in melius commutandi : propterea nolo dæmoni p̄cipere, vi te deferrat, ac vexare deſinat ; quia p̄cepit meiſ non obediret : quia Deus illum ad obedientium non compelleret.* Priuſ enim per prolixam pœnitentiam, diuinam opus eſt placare Maieſtatem, ſatisfaciendo diuinam eius iuſtitię. Tu es Sacerdos, ſicut ego : tu es Theologus, ſicut ego, et eandem demones ejiciendi fa‐ cultatem habes, ſicut ego, ac me maior natu : elige ergo pœnitentiam agere, prout

534.

Hac dupli‐ panentia qui‐ dam Sacerdos obſeffus ſeipſū à dæmonia‐ eripuit vexa‐ zione.

535.

Conſilium ei‐ ab Anctore tra‐ ditum.

Spiritus Dei te illuminabit, ac tibi suppeditabunt vires tuæ; Nam quò magis Deum placabis oratione, & ieunio, eò magis, Deo adiuuante, in te fiducia de tua liberatione augebitur: ac dæmon vires amittet. Et qui prius dominabatur tui, tu postea dominaberis illius: vt eruditè docet Sanctus Cyprianus tract. 4. de Idolorum vanit. Dæmones, ait, vel exiliunt statim, vel euaneescunt gradatim, prout fides patientis adiuuat: aut gratia curantis aspirat: Quia secundū maiorem, vel minorem fidei, ac fiduciae perfectionem, quam patiens in Deum constituit, magis, vel minus Deus cohibet diaboli potestatem. Tunc statim ille ad confessionem generalem suorum, quæ patrauerat criminum paratum se præbuit: corpus suum ter in hebdomada disciplinis castigare proposuit: carnem asperitate cilicij, ac ieunio trium dierum in hebdomada non solum per annum integrum, sed quoysq; vires sui corporis validæ perdurassent, edomare: quotidie flexis genibus recitare septem psalmos penitentiales, nec non officium Defunditorum, nisi aliqua graui occupatio- ne, aut labore fuisset præpeditus: orationi assiduè pro suo posse incumbere, aliaq; exercitia spiritualia, prout à suis Maioribus iniuncta fuisset, adimplere.

536.
Praefati Relia
giosi profectus.

Quæ opera, postquam ille aggressus fuit, me continuo trimestre aliquoties inuisens, ac secretò suas operationes patefaciens, totus hilarius, ex talium operationum exercitio continuè minores sentire vexationes mihi afferuit; & quò magis se oratione, ac penitentia exercebat, eò ampliùs maiorem in Deum pro sua liberatione concipere fiduciam; magis magisq; dæmonis vires reprimere, ac tale super illum se accepisse dominium, vt ad præcepta illi facta in nomine Iesu, prout à me fuerat instructus, illicè ipse resiliret, desineretq; eum totaliter diuexare, afferebat. Tandem quinto mense, cùm ad patriam suam recedere vellet, mihi gratias referens: ferè omnes dæmoniacas vexationes esse extintas, faslus est: Idcirco Deum benedicebat, ac glorificabat, quòd per huiusmodi tribulationem ad eum ire, ac se conuertere compulisset. Ex quo videas, quomodo ab obsecris, ac maleficiatis, ægrotis, & in quacumque necessitate constitutis Deus est placandus oratione, ac ieunio, vt confidenter auxilium eius implorantes, faciliùs quod petunt, valent impetrare.

ARTICVLVS II.

Ad proficiendum in bono.

537.
Ieiunium effi-
cax est ad le-
ues culpas de-
lendas, & in-
via Dei virili-
ter progredien-
dam.

Quod si quis putet se maleficijs affici, aut quacumque alia tribula-
tione in venialium culparum vltionem, in quas quotidie infirmi-
tas humana prolabitur, detineri existimet: aut in exercitium virtutum, vt his vexationibus ad certiora Christianæ perfectionis incrementa,
quasi tot calcaribus prouocetur, iuxta monitum D. Chrysostomi dicentis
homil. 41. in Act. Apost. *Datur talis potestas dæmonibus, vt meliores, & mo-
destiores boni efficiantur; & vt penas peccatorum nostrorum hic dantes puri ad
Dei conspectum migremus, ad ieunium confugiat: Hoc enim remedium
valde efficax est, & ad leuum culparum veniam obtinendam, & ad carnalē
sedandam*

sedandam concupiscentiam , & ad virtutes exercendas , & ad continuè in via Dei proficiendum. Hoc eruditissimè docet S. Leo Papa serm. 2. de iuunio decimi mensis . Quid enim , ait , potest efficacius esse iejunio , cuius obseruantia appropinquamus Deo , & resistentes diabolo , virtus blanda superamus ? Semper enim virtuti cibus iejunium fuit . De abstinentia denique prodeunt castæ cogitationes , rationabiles voluntates , salubriora consilia : & per voluntarias afflictiones caro concupiscentijs moritur , virtutibus spiritus innouatur . Vnde qui iejunium frequentat , videtur inter Angelos esse numerandus , vt bene testatur D. Athanasius lib. de Virginitate , *Ieiunium enim* , inquit , *Angelorum cibus est* , et qui eo vitur , ordinis angelici est censendus . Imò aliquod diuinum asseditum censemebis , si consideres Moysen , qui dierum quadrageinta iejunio , ait Gryfologus serm. 166. ita humano defecatus est , et exinanitus à corpore , ut totus diuinitatis mutaretur in gloriam , et adhuc in nostri corporis obscuro toto fulgeret lumine Deitatis : neq; intueri eum mortalium visus posset , qui substantia Dei dum pastus tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta .

Serm. primæ
Dom. Quadr.

§. I.

Propterea obsessi , maleficiati , aut quacumque alia detenti tribulatio-ne , qui pro leuioribus suis culpis expiandis iejunium assumunt , nō est , cur putent , Deum velle eos pro peccatis suis purgandis démoniacis vexationibus , vel quibuscumque alijs punire afflictionibus . Qui enim talia putant , quodammodo Deo iniuriam inferunt , quasi Deus velit eundem pro ijsdem peccatis bis punire . Non enim Deus bis idipsum iudicat . Vnde Paulus 1. Cor. 11. *Si nos metipso iudicaremus* , nempe per ieunia , mortifications , ac voluntarias afflictiones , nosmetipso castigando , non vtique à Deo iudicaremur , idest pro eisdem delictis iterum puniremur .

538.

Ieiunantes non debent à desmodine vexari ebulentes culpas purgandas .

Insuper si voluntariè per abstinentiam , nedum ab omni crimine ; sed ab illicitis voluptatibus , quæ sensibus percipiuntur corporeis , per continuas afflictiones , disciplinas , mortifications , ac ieunia in via Dei progredi cōtendimus ; ac ad maiora christiana perfectionis incrementa ex nobis ipsis hisce medijs , quasi tot calcaribus prouocamur , non est , quòd credere debeamus , Dei voluntatem esse , nos diabolis vexationibus cruciari , vt magis , ac imagis in via Dei progrediamur . Non enim unicum est medium , quo in schola perfectionis nobis est proficiendum : *quia non una est semita , qua itur ad Olympum* , vt ait Paulus Sherlogus in Cant. Anteloqui . 12. secl. 2. Esto quòd à Deo permittantur maleficia , & obsessiones ; vt homines & à vitijs purgentur , & in via perfectionis exerceantur ; non tamen voluntatem Dei esse , vt purgentur , aut exerceantur per tale medium , nempe per vexationes diabolicas , est inferendum ; sed potius vt ab huiusmodi diabolis vexationibus excitentur , & ad eligenda media , quibus in exercitio virtutum magis proficere queant , prouocentur .

539.

Obsessis alias media eligentibus ad progrediendum in schola perfectionis auferunt à Deo vexatio diabolica .

Nam si obsessiones , ac vexationes occasionem in bono proficiendi ijs , qui eas sustinent , prēbere possunt : regulariter etiam multa bona impediūt , & ad multa mala inducunt . Nam videmus səpius etiam in personis spiritualibus

540.

tualibus obsessis démones impedire, ne peccata Confessario in sacramentali cōfessione aperiant; ne misericordia opera exerceant; ne orationi vacent; nec alia huiusmodi, quæ honorem, ac gloriam Dei respiciunt, ac salutem animæ concernunt, valeant adimplere; sed ad quot mala inducunt? Nonnè sepiùs ad blasphemias, ad præcipitia, ad submersiones, suffocationes, & alia mala eos tentant sibi inferenda? Nonnè perturbant domos, inquietat domesticos, & omnia peruertere conantur? Ad quid ergo homines eligere, aut sibi retinere tales vexationes volunt, vt in bono proficiant, si ad multa mala etiā culpæ inducere possunt? Hinc datur nobis locus querédi.

QVÆ ST 10 VNIC A.

An vexationes diabolicæ, quæ hominibus eueniunt tantum ad probationem, & exercitium virtutis, proueniant à Deo volente, & iubente: vel tantum permittente, & non impudente.

§41.
Mala pœna, quæ tantum sunt ad exercitium virutis, sunt à Deo permittente; sed non iubente.

REspondeo breuiter cum Suarez *par. 2. Summa Theol. lib. 8. de Angelis cap. 20. num. 8.* quando pœna est tantum ad probationem, & virtutis exercitium, non esse à Deo volente, & iubente; sed tantum permittente, & non impudente: Ratio ea est: quia licet huiusmodi pœna generalem statum naturæ lapsæ supponat; non tamen proprium reatum talium pœnarum ex proprio, ac personali peccato contractum supponit: vt in afflictionibus Iob videre licet; ideo talis pœna, cùm in se intrinsecè equitatem iuste punitionis, ac vindicationis non habeat, non est dicenda fieri ex diuina iussione, ac volitione; sed tantum permissione. Tunc enim non se gerit Deus vt iudex, sed vt Dominus, qui sine culpa potest malum permettere propter alias rationes suæ diuinæ prouidentiæ. *Quod testatur etiam D. Anselmus lib. 1. Cur Deus homo. cap. 7.*

§42.
Quia sunt tentationes etiam ad malum culpe inducentes, ideo non possunt à Deo iubente prouenire.

Hoc magis ac magis probatur: quia huiusmodi vexationes diabolicæ sunt quedam tentationes etiam ad malum culpæ inducentes, ideo non possunt à Deo iubente prouenire. Hoc docet Suarez loco cit. num. 3. dicens: *Ideò enim démon hoc modo nocet homini, vt illum ad impatientiam, desperationem, blasphemiam, vel aliud simile vitium inducat. Vnde sicut eadem facultas est, qua intendit finem, & media ad illum eligit: ita sub potestate, vel licentia tentandi homines, comprehenditur saepe licentia inferendi ei nocimenta, vel alias penas: sicut in Iob manifestum est. Quapropter sicut facultas tentandi non est ex positiva Dei ordinatione; sed ex permissione: ita hæc potestas nocendi in ordine ad tam finem tantum est ex permissione diuina, supposita naturali potestate, quam démon ad nocendum habet: est enim in virtute licentia eadem ratio.*

§. I.

§43.
Hinc colligitur, licet valde gratum Deo sacrificium sit, dum quis à démons actu vexatur, libenter pro Christo talia mala pati; nihilominus

hus non esse credendum, Deum velle, eum diù in tali vexatione manere, nisi aliter per diuinam constet reuelationem; sed recurrentum esse ad voluntatem signi, quæ Deum velle energumenos, si perfectè crediderint in nomine suo, à quacunque dæmoniaca vexatione liberare, docet; vt scipiùs probatum est: Idcirkò media ab eis eligenda esse, nempe ieunia, abstinentias, ac mortificationes, quibus, ne dum leuum culparum diluant pœnas, & maiora christianaæ perfectionis incrementa assequi possint; sed fidem perfectam, firmam fiduciam, ac inhæsitantem in Deum confidentiam, qua & à dæmoniacis vexationibus, & à quacumq; angustia, ac tribulatione salubriter eripiantur, valeant impetrare.

In cunctis vexationibus recurrentum est ad remedia à Deo, & ab Ecclesia tradita.

ARTICVLVS III.

Ad seipsum sanandum, & roborandum.

PAradoxum fortè videbitur astruere velle, totum hominem sanari, ac roborati à ieunio, & corpus ab infirmitatibus, & animam à peccatis eius virtute liberari; & tamen veritas certissima est. Propone tibi ob oculos unum ex ijs, quibus ingluies dominatur: quid tanta voracitate consequi putas, nisi crassum, & obesum corpus innumeris morbis deuorandum enutrire, quibus vitam præscindit, & adducit mortem? vt monet Sapiens Ecclis. 37. Propter crapulam multi obierunt. Et Seneca ad Lucillum: *Multos morbos fercula multa ferunt.* Vnde natum prouerbium: *Plures occidit gula, quam gladius.*

544.
Ingluies morbos efficit.

Animam verò quantis exponat egritudinum periculis, quis poterit enunciare? cùm, dominante gulæ vitio, dum venter non restringitur, omnia introducantur vitia, & virtutes obruantur; & dum corpus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad delicias, & concupiscentias relaxetur: vt benè testatur S. Basilius Magnus homil. 1. de ieunio, ostendens, gulam Israelem ad idololatriā deduxisse, & contaminasse: *Vno temporis momento, inquit, ob gulam populus ille per maxima prodigia Dei cultum edocetus, in Aegyptiacā idolatriam turpissime denolutus est.* Quare epulonum deus venter est, templum coquina, altare mensa, ministri coqui, immolatae pecudes coctæ carnes, sumus incensorum odor ciborum. Idcirkò ipse gulosus cum nimia mole saginam tendit, vtràq; morte iugulatur.

545.
Animam vitij replet.

§. I.

AQuibus malis ieunij cultores liberantur. *Ieunium namque est sanitatis mater,* ait Basilius homil. 1. de laudibus ieunij, & corporalis infirmitatis leuamen, & alimentum salutis, vt subiungit Ambrosius lib. de Elia c. 8. *Morbos sanat, distillationes corporis exsiccat,* addit D. Athanasius Episc. lib. de Virginitate. Quod ostendunt tot Patres Eremicolæ, qui annis saginati ferè simplici naturæ defectu vitam cum morte commutavunt: quia simplissimo viatu semel in die, & aliquando tardius reficiebantur.

546.
A morbis corporalibus ieunantes liberantur.

Con-

Confirmant hoc Medici, qui aegrotis dietas, & rigidam abstinentiam prescribunt, ut euacuata morborum causa, remedia facilius, & efficacius operentur. Sic Hippocrates, ut refert D. Hieronymus in Epistola ad Paulinum in Aphorismis docet, crasta, & obesa corpora, quae crescendi mensuram impleuerunt, nisi citò ablatione sanguinis minuantur, in paralysim, & pessima morborum genera erumpere; & idcirco ablationem necessariam esse, ut rursum habeant, in quæ possint crescere, & augmentari. Non enim in uno statu corporum natura manere potest; sed aut crescere semper fas est, aut decrescere, nec alias vivere potest, nisi crescendi capax sit. Vnde & Galenus in exhortatione medicinae ait: *Quorum vita, & ars sagina est, eos nec vivere posse diu, nec sanos esse; animasq; ita nimio sanguine, & adipibus quasi lucro involutas nihil tenue, nihil celeste; sed semper de carnalibus eructare, & ventris ingluviem cogitare.*

§. II.

5-7.
Ieiunium est
pharmacū effi-
cax in abolen-
do peccato.
Hoc docent Pa-
tres.

Similiter ieiunium est pharmacum efficax ad abolendū peccatum, vt illud vocat Basil. homil. 1. de ieiunio. Nam purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit, concupiscentia nebulas dispergit, cor facit contritum & humiliatum, libidinis ardore extingnit, peccatorum fardes purgas, sentinam vitorum desiccat, mollit furorem, compescit iram, diuitias superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem commendat. Insuper homil. eadem ante medium: *Ieiunium, inquit, legillatores sapientes facit: anima optima custodia, corporis socius securus, fortibus viris munimentum, et arma athletis, et certantibus exercitatio.* Hoc preterea tentationes propulsat, ad pietatem armat, cum sobrietate habitat, temperantia opifex est: in bellis fortitudinem affert, in pace quietem docet: *Nazareum sanctificat, sacerdotem perficit.* S. Athanasius de Virginitate ait: *Videsne, quid faciat ieiunium?* & post illa verba supra relata, morbos sanat, et ceter. addit: *Prauas cogitationes expellit, mentem clariorem reddit, cor mundum efficit, corpus sanctificat, denique ad thronum Dei hominem sifit.* Tertullianus lib. aduersus Psychicos cap. 4. *Ieiunium, ait, de Deo benè mereri natura mutationem.* S. Ephrem in oratione de penitentia Niniuitarum vocat illud *Vehiculum ad celum;* vt in Elia, & Moysē videtur. Ab eodem vocatur *Frenum Monachi,* quod qui reiicit, equus insanus comperitur. Denique S. Ioannes Chrysostomus homil. 2. in Genesim, *Tanquam pedagogus, ait, totum hominem componit, vt non solūm perfectam virtutem, sed ceterarum virtutum fundamentum esse, & sanctificationem, asserat Hieronymus ad Demetriadem.* Quare languens animus ita ab illo sanatur, & roboretur, vt tanquam alter Elias per quadraginta dierum spatia christianæ perfectionis, & viam Domini decurrere possit, & ad cœlestis Horeb verticem peruenire; aperte hoc docente, ac concludente S. Leone Papa ferm. 2. de ieiunio septimi mensis. *Prefiniuit, ait, nobis Ecclesia per temporum decursus quosdam ieiuniorum dies, in quibus castigatione corporum virtus roboraretur animorum.*

§. III.

CVM ergo tam potens ieiunium sit in utriusq; hominis sanando infirmates corporales nempe, ac spirituales, ipsumq; exteriūs, & interius roborando, diligenter, & exactè ab ijs colendum est, qui maleficijs, ac diabolis vexationibus infestantur, maximè ab obseßsis viris, ac mulieribus, qui à dæmonibus succubis, vel incubis diuexantur: Hi namque, cùm ex frequentatis actibus se carnaliter cum dæmons commiscendi, spiritui diabolico subiacendi habitum fecerint, cui, si non explicitum, saltem implicitum præstare solent consensum, ita infirmati sunt mente, & corpore, vt vix actus fidei, ac confidentiæ, se unquam à dæmoniaca force potestate eripendos elicere valeant; & isti difficillimè ab huiusmodi vexatione liberari queunt; nam mens eorum, quæ pro statu isto cum phantasia, & imaginativa quandam in operando habet colligationem, propter continuas carnalium obiectorum species, quæ in imaginationi, ac phantasie eorum à dæmons presentantur, ad cogitandum de huiusmodi obiectis sibi oblatis adducitur, ac consequenter nedum appetitus sensitius adhæret; sed & voluntas ipsa non tantum implicitum, sed sàpè etiam explicitum illis præbet consensum. Corpus verò ex continua carnali cum dæmons commixtione continuè humoribus alteratur carnalibus, & igne venereo aduritur; ita vt loca ex professo querant solitaria, vt commodiùs, & delectabiliùs carni, ac sensu iuxta demoniacas sollicitationes valeant correspondere.

§. IV.

HOC practicè cuidam euenire comperi anno à Christi natali 1649. Cùm à meis Superioribus missus ad quoddam Castrum pro quadam Adolescentula viginti annos nata à dæmons incubo vexata liberanda accessisset: illuc profectus vna cùm praefata Iuuenculæ Confessario domum ipsius petij: Vix nobis domum ingredientibus, dæmon, qui tunc illam comprimere cuperat, statim ab incēpto opere cessauit. Quam ego allocutus, ipsa omnia nefaria opera, quæ in corpore suo dæmon præstare consueuerat, distinctè mihi enarrauit. Ex cuius verbis eam saltem implicitum dæmoni præstasse consensum, quamuis negaret, faciliter comperi. Nam cùm dæmonem sentiebat sibi veneras partes dilatare, ac pruritum excitare vehementem, non ad orationem configiebat, vt diutinum imploraret auxilium: non Sanctissima nomina Iesu, & Mariæ inuocabat: non Angelum suæ pudicitiae custodem, vt eam à spiritu nequam custodiret, exorabat; sed statim sola ad cubiculum se recipiens super lectulum suum decumbebat, vt sic commodiùs, ac delectabilius ab incubo comprimi valeret. Idcirco cùm ad actus fidei firmæ, ac confidentiæ inhesitantis in Deum pro sua liberatione eliciendos eam excitarem, arida, ac sine villa animi deuotione, ac cordis compunctione persistebat; ac continuè quandam in corde sentiebat repugnantiam sibi distantem, quod à dæmoniaca vexatione nō foret liberanda.

Quare

548.
Ieiunium co-
lendum ab ob-
seßsis.
Maxime à Ve-
xatis, ab incu-
bis, vel succu-
bis.

549.
Exemplum re-
latum ab Au-
toore.

Quare eam dimittens, nonnulla eius Confessario, ac ipsius parentibus de penitentijs afflictiuis, alijsq; exercitijs ab ea adimplendis tradidi monimenta; pricipue vt ieunijs, & abstinentijs corpus suum domaret, aliaq; obseruat, de quibus infra num. 722. & sequentibus.

§. V.

550.

Ieiunium optimum est remedium ad demonem superandum.

Nec immerito: *Ieiunia namque, ait S. Leo serm. 5. de ieunio septimi mensis, nos contra peccata faciunt fortiores, concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes honore voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutrunt.* Hoc pharmaco etiam D. Paulum contra tentationes carnales vsum fuisse, commemorat Cassian lib. 5, cap. 18. *Pugnat, inquit, in ieunijs, & afflictione carnali, non quasi aerem verberans, idest continentia iectus porrigens, per quos non aerem vacuum; sed illos spiritus, qui in eo versantur, castigatione sui corporis verberabat.* Et quia haec certaminum genera superarant, & ditatus multarum coronarum stipendijs incedebat, non immerito robustiorum incipit hostium subire luctamina, dicens: *Iam non est nobis collectatio aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus principes, & potestates.* Quae verba explicans Marcellinus de Pise Marisconensis Dominica 2. post Epiphaniam loquens in persona ipsius Apostoli: *Ego tyrocinium, ait, belli spiritualis feci congregiens cura carne mea superata ieunijs certamine singulari. Corpore prostrato me maiora manent prælia.* Hoc igitur esto ratum, scilicet, Christum parciore vietu suis initiare athletas, vt eos ad potiores agones faciat aptiores. Tantum enim concupiscentia minuitur impetus, quantum laitoris cibi corpori substrahitur. Eò spectat effatum istud Cassiani lib. 5. c. 10. *Numquam poterit ardantis concupiscentia stimulos inhibere, quisquis desideria gula nequiuenter refrenare. Interioris hominis castitas huius consummatione discernitur.*

551.

Quare qui ab huiusmodi démonibus succubis, vel incubis diuexantur, ieunijs potissimum, & abstinentijs vacare debent, vt spiritus illos luxuriæ castigatione sui corporis coercere valeant: sicut quicumque alij obsessi, vt per huiusmodi abstinentias toto homine sanato, ac roborato, magis, magisq; disponantur ad actus fidei feruentis, ac confidentie firmæ, & inhæsitantis in Deum eliciendos, quibus à démoniacis vexationibus, necnon à quacumque alia tribulatione facillimè liberati queant.

ARTICVLVS IV.

Ad hostes visibiles, & inuisibiles expellendos, & profigandos.

552.
Hostes visibiles ieunio superantur.
A Iudeis.

Hostes externos, & visibiles ieunio facilè superari, omnes scripturæ sacræ contestantur, & probant exempla Iudeorum. Cuius rationem reddit eleganter S. Leo Papa serm. 1. de Quadrages. Hebreorum. *Populus, inquit, & omnes Israeliticæ Tribus cum propter peccatorum subrum offenses gravi alienigenarum dominatione premerentur, vt superare suos hostes possent, vires*

Art.IV. Ad Hostes expellen. & profligandos. 287

vires animi, & corporis indicto sibi reparauere ieunio. Intellexerant enim duram, & miseri am illam subiectionem neglectus mandatorum Dei, & morum corruptione meruisse, frustraque armis certare, nisi prius vitiis ripugnassent. Abstinentes ergo a cibo, & potu seueræ sibi castigationis adhibuere censuram; & ut hostes suos vincerent, gula illecebram in seipsis ante vicerunt. Hec Leo.

Sic femina illa famosissima Iudith, inquit Ambrosius lib. de Elia, & ieunio cap. 9. ieunans omnibus diebus viduitatis sua preter festorum dierum solemnitates: His armis munita processit, & omnem Assyriorum circumuenit exercitum. Sobrii vigore consilij abstulit Holofernis caput, seruanit pudicitiam, victoriam reportauit. Ita unius mulieris ieunium innumeros stravit exircitus Assyriorum.

Esther quoque pulchrior facta est ieunio, Idem prosequitur; Dominus n. gratiam sobria mentis angebat. Omne genus suum, id est torum populum Iudeorum a persecutionis acerbitate liberavit, ita ut Regem sibi faceret esse subiectum. Quomodo autem ab hostibus, & eorum persecutione per ieunium liberata fuisset, rationem reddit Drexelius de Conformat. volunt.lib. §.c.4. §. 3. Triduo, ait, sic exacto, (scilicet inter preces, & ieunia) Regina fiduciam in Deum amplissimam concipiens, ingressa est ad Regem pro sua gente deprecatura. Ex voto cesserunt omnia.

§. I.

Nec solùm hostes visibiles, sed inuisibiles, démones scilicet potissimum ieunio superantur. Hæc vna omnium Sanctorum Patrum vox est. D. Basil. homil. 1. de ieunio: Dominus noster, inquit, non prius in carne, quam pro nobis assumpserat, diaboli insultus exceptit, quam eam ieunio conuenisset; ostendens, Christum his armis usum fuisse ad dæmones effugandos. Vnde eodem loco ait: Est quidem omni tempore ieunium utile: neque dæmonum insultus ieunantem impetere audet. Ieunium enim contra exercitum demonum dat arma. D. Chrysostomus rom. 5. serm. 2. de ieunio: Aduersus demonum naturam, inquit, constitutum est ieunium. Et homil. 1. in Genesim: Ieunium, ait, arma ministrat contra diabolum. D. Ambrosius serm. 25. in Quadrag. Castra sunt, ait, nostra ieunia, quæ nos a diaboli oppugnatione defendunt. Et paulò infra: Murus quidem est Christiano ieunium inex pugnabilis diabolo, intransgressibilis inimico. Diabolus enim terretur pallore ieunij, debilitatur media, infirmitate prosteratur. Et lib. 6. Hexameron c.4. Nullum, inquit, remedium maius contra inimicum serpentem poreris inuenire, quam ieunium. Cassiodorus super Psalm. 50. Hostis insidie non videntur; & aduersarius nec labore deficit: nec vietus aliquando discedit; attamen illud feliciter conficimus, si ieunij clypeo munimur. Tertullianus apertissime hoc fatetur lib. aduersus Psychicos cap. 6. Ieunium, inquit, scutum nostrum est ad retrorquenda iacula diaboli. Origenes idipsum docet homil. 4. in diuers. in Matth. Cum ieunatis, inquit, demones vincitis, omnemque illius classem malignam retrorsum agitis, mala desideria effugatis. Et D. Hieronymus lib. 2. contra Iouin: Pulchra, ait, res est ieunium, quod demones terret.

553.
A Iudith.

554.
Ab Esther.

555.
Dæmones pre cipue ieunio superantur.
Testantur Pa tres.

Quare

Quare S. Antonius ille veteranus dux suis commilitonibus sepiùs hoc inculcabit dicens: *Mihi credite, pertimescit Sathanas piorum vigilias, orationes, ieiunia; & ijs debilitatus aufugit.* Quod docuit etiam S. Maximus homil. 4. de ieiunio: *Ieiunemus, inquit, fratres, & hostes nostros in fugam conuertemus.*

§. II.

557.
Docet Veritas
increata.

Hinc verissimum est Christi dictum Matthæi 17. dicentis: *Hoc genus demoniorum non ejicitur, nisi per orationem, & ieiunium.* Vbi Hieronymus lib. 1. contra Iouinian. *Acriora, inquit, demona docuit Dominus non nisi oratione, & ieiunio posse superari.* Quam veritatem nos admonet Augustinus serm. 65. de tempore. *Videte, inquit, charissimi, quanta sit ieiuni⁹ virtus, vt id facere ieiunium valeat, quod Apostoli nequinerunt.* Inde pulcherrimè, atque validissimè ratiocinatus Ambrosius serm. 25. *Videte ergo, ait, quæ sit ieiuni⁹ vis, quantam homini suo preest gratiam, quod tantam prestat alteri medicinam: videte, quomodo proprium sanctificet hominem, quod ita purificat alienum.* *Mirum, ter mirum: alter ieiunat, & alteri prodest ieiunantis abstinentia, iste pharmacum sumit, & ille vi pharmaci curatur.* Quod etiam D. Leo Pontifex admiratus: *Tam grata est, inquit, Deo, quam terribilis diabolo ieiunantis oratio.*

558.
Ieiunium ab
Obsessis fre-
quentandum.


Quod si ea est virtus ieiunij, vt qui illo munitur, infessorem demonem ex alieno pellat corpore, quanto magis, (ait Drexelius Nicetæ lib. 2. cap. 7.) poterit impugnatorem è suo? Alieni vim ieiunij in eo, quem iam occupat, non sustinet cacodemon, & quomodo sustinet proprij in eo, quem tantum impugnat? Quare D. Athanasius lib. de Virginitate concludit dicens: *Quisquis igitur ab immundo spiritu vexatur, si hoc animaduertat, & hoc pharmando vtatur, ieiunio, inquam, statim spiritus malus oppressus abscedet, vim ieiunij metuens.* Quod &c ab Exorcista, & ab obsesso feruandum esse, affirmat etiam Theophilatus in c. 17. Matthœi, *Oportet, ait, ieiunare eum, qui curat, & eum, qui curari debet.* Cui ieiunio si accedit oratio, habebunt dispositionem in Theoria Christi, & Practica Ioannis requisitam; vt sic per fidem firmam, ac confidentiam inhæsitantem in Deum post diabolicas obsessiones, vexationes, & maleficas infestationes, vi ecclesiastice potestatis per remedia spiritualia optatam valeant consequi sanitatem.

Finis Secunda Partis.



MANVALIS EXORCISTARVM. AC PAROCHORVM.

Pars Tertia.



DE REMEDIIS.



I contraria contrarijs curantur, vt monet tritum communī sermone prouerbium, & probat disciplina Medicorum, quibus medicaminibus, putas, obſſiones, maleſicia, & id generis mala dēmoniorum cacozelo in orbem inuecta poſſint licetē curari, niſi ab ijs, quæ ordinatione diuina iſtituta ſunt, & tanquam diuina virtute pŕtantia egroris ministrantur? Siquidem mirandum diuinae bonitatis exemplum in hoc eluet, quod tantis ſine numero morborum generibus, quibus homines agitantur, conuenientia oppoſuit medicamenta, vel vt futura impeditantur, vel vt pŕtentia mala remoueantur. Et alia curandis corporibus: alia sanandis mentibus ordinata. Prima à rebus corporeis deſumuntur, atque actione naturali eis rebus iſita, ex quibus componuntur, infirmis corporibus sanitatem adducunt. Secunda ſumuntur à rebus ſpiritualibus, atque actione diuina languentibus animabus medelam afferunt; Et iſta in obſſionibus, ac vexationibus diabolicis deſtruendis Exorcista adhibere debet: Quæ ſunt aut Generalia, de quibus agitur in 1. & 2. capite: aut Specialia, de quibus infra cap. 3. & 4. pertractatur.

Generalia remedia voco ea, quæ non ſolum maleficijs, ſed etiam omnibus ſpiritualibus infirmitatibus curandis proſunt: vt ſunt Sacra‐menta, & Sacramentalia, quibus ſanguis Christi applicatur. Nam pretiosum illum ſanguinem generale, & efficax pharmacum mali, & panaceam celeberrimā verē dices, cuius ſuccus potiori iure opopanax à sanandis omnibus morbis

559.

Deus remedia spiritualia inſtituit sanandis hominibus.

Quorum

Alia Generalia;
Specialia.

560.

Remedia generalia ſunt Sacra‐menta, & Sacramentalia.

290. Par. III. Cap. I. De Remedijs gener. Sacram.

nuncupatur, quām ille, quem tantis encomijs profana celebrauit Antiquitas: quia eius virtus non solum in animas; sed etiam in corpora infunditur, vt vtraque sanitas ætro restituatur. Quare oleum, & vinum pientissimus Samaritanus eum appellat, à magno, qui de celo venit Medico infusum in languentis hominis vulnera, qui in dæmoniacos latrones inciderat Lucæ 10. Quo etiam Ecclesiastici Ministri dæmonibus expellendis, soluendisq; maleficijs vti debent illum tum per Sacra menta; tum per Sacramentalia applicando.

Cap. I.

De Remedijs generalibus Sacramentorum.

561.
Virtus Sacra-
mentorum ma-
gna.

Virtutem Sacramentorum esse diuinam, admirabilēs eius testantur effectus, qui ad omnia mala propulsanda, & bona cōferenda mortalibus extenduntur. De quibus latissimè Theologi omnes per tractant in 4. Sentent. Quare sunt generalia pharmaca omnibus infirmitatibns sanandis idonea; ideòq; ad pellendos dæmones, & soluenda maleficia virtute diuina pollentia, prout proximè disponunt ad fidei, ac confidentiæ in Deum actus eliciendos, quibus & dæmones expelluntur, & maleficia destruuntur. Quæ septem stellis in dextera famulis filio hominis residentibus designantur. Vnde ab Exorcistis, ac Parochis in manu teneri, & ab illis applicari debent ijs, qui à dæmonibus diuexantur: vt totidem articulis declarabitur.

A R T I C V L V S I.

De Baptismo.

562.
Baptismi vir-
tus contra dæ-
mones.

Exemplis com-
probatur.

563.

Prima stella aptissimè Baptismum Sacramentorum primū representat, qui confertur in aquis, vt homines hinc originalis peccati infirmitate languentes sanentur: illinc, vt dæmones, quorum subduntur tyrannidi, propellantur, iuxta verbum Dauidicum Psal. 73. Contribulasti capita draconum in aquis. Vnde potissimum remedium est contra dæmones, & dæmoniacas operationes ijs, qui nondum salui facti sunt per lauacrum illud regenerationis, & renouationis.

Experientia ipsa testatur quām pluribus exemplis antiquioribus, & recentioribus, quorum hic tria tantum commemorabo.

In Brungo anno 1596. aderat gentilis fēmina à dæmone obsessa, cui indicatum est, se à dæmonē liberari non posse, nisi fieret christiana. Cum illa annueret, & iam se ad Baptismum prepararet, nocte sequenti dæmon ei, ne christiana fieret, disluisit dicens: Hactenus tanta familiaritate tanto tempore mihi es coniuncta, & nunc me deseris? non abibis profectō inulta. Dormienti itaque, nec sentienti capillos, uno tantum capillorum flocco reliete, abscedit. Illa verò cum summo mane sibi ademptos capillos deprehenderet,

deret, & arundini lecto oppositæ implexos, calcat ea fraude sibi additum putauit, ut citius ad Baptismi antidotum aduolaret. Quod & factum est; atque eo suscepito mansit ab orantibus dæmonis molestijs immunis: Ita refert P. Ludouicus Frois in lit. Iapon. illius anni, relatus à Deltio lib. 6. Disq. Magic. cap. 2. q. 3. scđt. 3. Ex eodem sunt sequentia.

In Ciazzurana Insula Gentili adolescentulo octodecim annorum se crebro visendum offerebat canis ingens, horribilis, & rufus, qui cum alloquebatur, & per montes in loca abditissima deducebat, eum ibi biduo, vel triduo detinens, atque ad se manibus sublati adorandum, aliaq; scriptione indigna faciendum impellens. Adolescentis miser videns se tantas molestias à capitali humani generis hoste perpeti, tandem ad Ecclesiam fugaciter arripuit, vbi Doctrinam Christianam audieris didicit, ac per Baptismi Sacramentum sè Christi militia adscriptis, cui imposterum tartareus ille canis insidias rendere noti est ausus.

Bungi circa annum 1549. quidam homo ancillam habebat dæmoni familiarem; nam dæmon ad eam accedens vulpis figura singulis noctibus domo educebat. Verum per Baptismum suscepta fide ab hoc sp̄etro liberata est: Ita literæ Iaponicæ illius temporis. Alia plura refert Delrius loco citato, ad quem remitto Lectorem.

564.

Iuuenis gentilis, Sacramento Baptismi suscepto, libertatur à dæmoni.

565.

§. I.

Hanc veritatem comprobat ritus in huius Sacramenti collatione obseruatus, quo dæmon primò exorcismis cohibetur, ne impediat processum ad Baptismum, ait Alexander Alens. par. 4. q. 10. Et ne noceat baptizando, in quem habebat potestatem. Quod antea docuerat Augustinus de Symbolo, vt habetur de Consecrat. dist. 4. Sicut nostis, ait, Fratres charissimi, parvuli exsufflantur, & exorcizantur, vt tollatur ab eis potestas inimica diaboli, qui decepit hominem, vt possideret homines. Non ergo creatura in infantibus exorcizatur, aut exsufflatur; sed ille, sub quo sunt, qui sub peccato nascentur. Quāmōbrem si quis ex parvulis, aut etiam adultis probabiliter non baptizatus existimaretur, & aliquo esset maleficio affectus; vel à dæmonе ipso agitaretur, nullo efficaciōrī remedio sanari posset, quām lauacro Baptismatis, in quo dæmon cum suo exercitu ratione fidei, quæ in ipso infunditur, ac suscipitur, quasi alter Pharaō suffocatur.

566.

Hoc ostēdit ritus obseruatus in collatione huius Sacramenti.

ARTICVLVS II.

De Confirmatione.

Secunda stella Confirmationis Sacramentum denotat, per quod unctio interna confertur, dum externa per sanctificationem chrismatis fit in fidelium fronte; ut intius, & extrā quasi spirituales athletæ delibuti securius ad bella contra diabolicas potestates incedant, quæ illos interius, exteriūsq; aggrediuntur.

567.

Confirmationem hominem corroborat contra dæmonem.

292 Par. III. Cap.I. De Remedijs gener. Sacram.

Quare huius virtute Sacramenti fideles corroborari debent contra infernalem hostem, siue interius pugnet per tentationes, & suggestiones varias: siue exterius per obfessiones, possessiones, maleficia vexet, & infirmitates. Nam ad haec propulsanda efficaciter in corporibus, & mentibus operari docet experientia, & luculento exemplo ostendit Thomas Cantipratensis lib. 2. Apum cap. 57. par. 33. sequentibus verbis.

568.
Exemplo com-
probatur.

Venerabilis Bonifacius quondam Laudanensis Episcopus, me audiens, euentum sequens recitauit. Aderat in quadam Villa cęcus, qui totius villæ vaccas ad pastum deducebat, repellebat à frugibus, & ad certa loca pascuis vberiora prouocabat. Et quod maioris prodigi est, colores, & statum singularium vaccarum specialiter discernebat ut ver. gr. si vaccam coloris rubei, vel nigri, aut albi ab eo petiuisses, sine difficultate vaccam talem tibi apprehensam in cornibus obtulisset. Ad quem locum cum quidam Episcopus aduenisset, & de eäco taliā audisset, ac experientia ita esse didicisset; quæsiuit ab eo, an Confirmationis Sacramentum ab Episcopo suscepisset. At ille: non, inquit: & statim Episcopus cęcum hoc Sacramento muniuit, & mox ab eo vaccarum discretio est ablata: quoniam dæmonis operatione, & ministerio hoc operabatur.

§. I.

569.
*Hoc Sacra-
mento muniri de-
bet pueri, ac
puella malefi-
cio affecti.*

Quare cum coram Exorcistis, ac Parochis presentantur obfessi, vel maleficiati, & maximè pueri, vel puellæ, qui vel syncoparum accidentia statutis diebus, vel horis aduentientia patiuntur: vel tremore in membris, & præcipue causatum in capite ex presentia spiritualium rerū, vel personarum: vel noctu voces, seu vociferationes insolitas clamorosas emittunt: vel alia huiusmodi patiuntur accidentia, de quibus supra, vbi de *Signis*, diligentissimè est obseruandum, ac inuestigandum, an salutari Confirmationis Charismate sint delibuti. Quod si huiusmodi firmissimo clypeo muniti non sint, ad Episcopum ducantur, ut hoc Sacramento robotentur; & sic facilius omnia satanica machinamenta destruantur.

ARTICVLVS III.

De Penitentia.

570.
*Virtus Sacra-
menti Paniten-
tiae contra da-
mones.*

Tertia stella Penitentia Sacramentum denotat, cuius virtute quantum infernales hostes terreantur, quis valeat enunciare? Si enim per peccatum latent in anima, per Penitentia Sacramentum exire compelluntur; ut sèpè signo externo indicatum est, cum visi sint bufones, vermes, serpentes, & id generis animalia ex ore penitentis profilire. Si vero obfessionibus, ac maleficij homines vexant in corpore, sæpius sedes mutare, & à vexatione cessare coguntur, cum vexati per Confessionem vitam mutare incipiunt; ut innumeris constat exemplis, quorum aliqua hic subiçiam.

Hector Boethus lib. 8. *rerum Scoticarum*, refert, anno christianæ salutis

1486. nauigantibus è Phorte a stuario in Flandriam negotiationis causa, tantam subortam esse ventorum vim, vt velis, malo, armamentisq; ruptis, nauiq; sedè inter tumentes vndas iactata, certissimam mortem cuncti expectarent. Nauicularius tantum, tamque insolitam aeris inclem tam eo temporis demiratus (suberat enim solstitium astrium) cùm id non syderū, sed malorum dēmonum, qui hominibus sēmpē sunt infesti, insidijs magnis tribueret; clamoribus mulieris ex imo nauis vox reddita est se miserē incusantis, se incubo dāmoni sub humana effigie, cum quo multis ante actis annis habuerat consuetudinem, iam tunc fuisse commixtam, & ab eo subactam: mari ergo se tradendam exhibuit, vt ipsa percunte, quæ ranti mali imminentis causam p̄st̄it̄sser, ceteri Dei benignitate incolumes permanerent. Accedens ad lacrymantem feniānam (iubente ita nauiculario) Sacerdos, eius atq; ceterorū saluti cōsulendi causa, crimen iam palā fatētē, horrentemq; tam dirū scelus, vehementer ex imo pectore suspiria trahentē, p̄nitentemq; piē est hortatus, ne sibi deesset; sed in Deo suām fiduciam collocaret: Tanta enim est misericordia Dei clementia erga mortales, vt alios peccatores etiam in profundum malorum lapsos resipiscentes nonnumquam ad maiorem longē, quām vñquam ante habuerint, gratiam admittat. Media pīj Sacerdotis hortatione, cùm multis suspirijs mulier admissum facinus deploraret, à cunctis visa est atra nubes è nauis sentina profligisse, ingentiq; sono, flamma, fumo, atque fētore fēse deieciisse in mare, ac ex tunc serena celi facies visa est, & tranquillitas in mari est oborta.

Ioannes Diaconus tria narrat exempla eorū, qui à dāmone possessi mox vt peccatum B. Gregorio sunt confessi, se peccati pena liberatos sensere. Et eorum quidem vnum, cùm octies negasset, octies sic à dāmone renouata vexatione fatigatum, nona demum vice, qua furtum est factus, percepta p̄nitentia penitus fuisse redditum immunem. Plura alia & vetera, & recentiora refert Delrius lib. 6. *Disquis. Magic. c. 2. q. 3. sect. 3.* sed his omissis inter plura ab experientia mihi suppeditata vnicum hic subieciam.

Anno reparatae salutis 1649. in quodam Territorij Taruisci Oppido ad me accessit quidam homo natus 45. duplici maleficio amoris nempe, & odij affectus. Amoris erga mulierem meretricem, quam carnaliter ferē quotidie (et si intrinsecus hoc sibi displiceret) cognoscebat, à cuius mulieris matre, quæ vulgo saga putabatur, per indicia ferē evidentia ita se male affectum, arbitrabatur. E conuersò odij erga propriam vxorem, quam ita egrē ferebat, vt vna cum illa familiariter conuersari nequiret; quam tamen antea vnicē diligebat: continuēq; veluti quendam bolum, à quo valdē afflītabatur, in stomacho sentiebat. His omnibus ab ipso mihi enarratis, illi iussi, vt statim ad Confessarium accederet, adulterium, ac cetera peccata sua ex præcordijs detestando integrē, fideliter, & humiliter confiteretur; Quo peracto iterum eo ad me accedente, ac coram me genuflexo denuō peccatum adulterij cum reliquis ore, & corde detestante, ac protestante, se imposterum (Deo adiuuante) non aliam, quām propriam vxorem cognitum, ipsamq; (vt decet virum christianum) vnicē dilectum, dēmoni à me præcepto facto, vt ab eo recederet, statim bolus ille à

571.
Exemplis com-
probatur.

572.

573.

574.
Exemplum ab
Auctore rela-
tum.

294. Par. III. Cap. I. De Remedijs gener. Sacram.

stomacho abscessit, ac perfectæ sanitati restitutus est : cepitq; vnicè propriâ diligere vxorem, ac mecham prorsus abhorre. Quod utiq; euenisle credendum est: quia prius per confessionem delicta expiauerat perpetrata.

575.
*Suadendum ob-
fessis ut per Sa-
cramentum pa-
nitentia pecca-
ta sua expur-
gent.*

Quare Exorcistis, ac Parochis hoc maximè est attendendum, vt cùm sibi obfessi, aut maleficiati adulti præsentantur, illis in primis suadeant, omnia peccata sua nedum ex totis p̄cordijs detestari ; sed etiam ea fideliter, & humiliiter in Confessione sacramentali Sacerdoti idoneo aperire ; ac pœnitentias sibi ab eo impositas adimplere : cùm hoc Sacramentum in adultis maxime sit dispositio ad perfectam à Deo fidem, ac inhéstantem confidētiam, qua infallibiliter à quacumque dæmonis vexatione liberari valeant (quando huiusmodi liberatio animæ suæ saluti est profutura) faciliter impletandum.

ARTICVLVS IV.

De Eucharistiâ.

576.
*Virtus Eucha-
ristia contra
demones.*

Quarta stella Eucharistiæ Sacramentum designat, cuius efficacia contra dæmones, ac dæmoniacas operationes maximè valet ; omniā n. tenebratum opera hoc Sacramentum veluti solaribus gratiarum radijs tanquam spiculis percussa dissipat in momento. Vnde S. Io. Chrys. homil. 6. i. ad Populum Antiochenum dixit : *Tanquam leones ignem spirantes ab illa mensa recedamus facti diabolo terribiles.*

577.
*Exemplis com-
probatur.*

Hoc antiqui quoq; Patres vnamimenter contestantur. Cassianus de quodam à dæmons nocturnis illusionibus grauiter infestato meminit, qui cùm seniorum consilio huius salutaris remedij medicina vsus fuisset, ita omnis diabolica tentationis scena detecta est, vt mox Dominici corporis virtute protegente, illa præteritæ illusionis consuetudo cessaret.

578.

B. Prosper narrat, suis temporibus Carthaginæ hoc portentum diabolicū euensis. Quædam iuuenula natione Araba ancillæ Dei habitum gestâs, cùm se in balneo lauans quoddam Veneris simulacrum impudicè aspiceret, seipsum ei consimilans in dæmonis domicilium consecravit : statimq; ille leo, qui rugiens circuit, quem quarebat, adiuenit. Meatus igitur gutturis eius occupans, nullum cibum, nullum potum traijceret septuaginta fermè diebus, totidemq; noctibus diabolus ei permittebat. Hinc parentes pueræ huiusmodi portentum vltérius tolerare nolentes, simul cum filia ad Sacerdotem accesserunt, quæ acta erant fideliter explicantes. Hoc tantum puella fatebatur, auem quandam media nocte apparere, quæ sibi in os nescio quid infundebat. Stupor tunc inerat cunctis, puellam nullis indicis diuturni ieunij fœdatam, nullo pallore, seu tabe, vel debilitate confectam; sed potius robustam intueri.

579.

Cumq; incredibilia viderentur, habito consilio, in Monasterio puellarū, in quo reliqua S. Stephani colebantur, Sacerdos puellam Præposito commendauit. Illic primò tantum die apparuisse illam auem asseruit, seque increpasse, quod neq; fame, neq; siti compulsa illum appeteret locum, quo sibi

sibi accedere non liceret. Per duas sanè hebdomadas nihil cibi, vel potus sumens in Monasterio mansit, vbi accidit, vt cùm quintusdecimus Dominicus illucesceret dies, ascende[n]te nobiscum Sacerdote, vt matutinum illic sacrificium solitò offerret: puellam Præpositus ad altare perduxit eo incessu, & habitu, quo solent rubore perfusa ex epulis, poculisq; mulieres aduenire. Sed statim ac se illa ante altare prostrauit, sui fletus clamore cunctis astantibus gemitus, lacrymasq; induxit, quibus tantum malum auferendum erat. n. iam indecens murmur in populo) plebs Dominum exorabat. Pera[m]to itaq; sacrificio, cùm eadem inter ceteras breuem particulam corporis Domini tinctam à Sacerdote perciperet, semihora mandens traijcere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit Apostolus: *Quæ consonantia Christi ad Belial?* Et iterum: *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum: non potestis mensa Domini participes esse, & mensa demoniorum.* Manu igitur facie[n] eius sustentante Sacerdote, ne Sanctum proijceret, à quodam Diacono suggestu est, vt calicem salutarem gutturi eius Sacerdos applicaret. Quod vt factu est, statim ac locum illum, quem diabolus obseverat, Salvatoris imperio reliquit, Sacramentum, quod ore gestabat, cum laude Redemptoris transglutisse puella clamauit. Hinc lētitia, hinc voces in gloriam Dei, quod post octoginta & duos dies, diabolo expulso, puella de potestate fuerit eruta inimici. Haec tenus B. Prosper.

Eodem modo Mediolani D. Bernardus in Ecclesia S. Ambrosij aliam personam, super caput eius posita Eucharistia, ab eodem humani generis hoste liberauit: vt refert Guilelmus Abb. lib. 2. in vita D. Bernardi cap. 3. Alia plura exempla de hac re referunt Ioan. Molinet. in Chronicis Belgicis, Bernardus Luxemburgicus in Catalogo Hæret. lit. G. Cæfarius Cistercienensis lib. 9. Mirac. c. 12. Picus Mirandulanus lib. de Strigib. & alij relati à Delrio lib. 6. Disquisit. Magic. c. 2. q. 3. sect. 3.

580.

§. I.

Quare his paucis sufficiat, indicasse, vt qui diabolica operatione vexantur, ad illam mensam accendant, quam Davide teste Psal. 22. parauit Dominus in conspectu nostro aduersus omnes, qui tribulant nos, ac conturbant, vt panem illum Sanctissimum dignè sumentes sentiant illum quasi subcinericum Gedeonis panem in gladium conueriti, volui intus, & extrâ sumentem descendere in castra spiritualium Madianitarum, & tabernacula eorum percutere, subuertere opera eorum malefica, ac penitus in nihilum redigere. Hac de re Abbas Serenus apud Cassianum Collat. 7. c. 30. loquens de Arreptitijs ait: *Communionem eis sacro[s]anctam à senioribus nostris numquam meminimus interdictam: quin immo, si possibile esset, etiam quotidie eis impetrare eam debere, censebant.* Quæ ab homine percepta, eum, qui in membris eius insidet spiritum, seu in eius corpore latitare cognoscitur, velut quodam exurens fugat incendium. Quod insinuat etiam in canone 1. Concilij Arausicanij, in quo dicitur: *Energumeni iam baptizati, si de purgatione sua curent, & se sollicitudini Clericorum tradant, manitisq; obtemperent, omnimode*

581.

Hac muniendo sunt obseSSI, ac maleficio affetti adulti.

*Docent Patres.**Concilium Arausicanum.*

*Varia sententia
Scholasticorum.*

communicent Sacramenti ipsius virtute , vel muniendi ab incurso demonum, quo infestantur ; vel purgandi, quo iam ostenditur vita purgatoria , &c. Et hic videtur vsus Ecclesiæ ; vt patet ex Rituali Romano, & alijs, in quibus exorcismi traduntur, & frequens confessio, & communio commendantur .

Veruntamen Scholastici distingunt inter eos, qui ob delicta possidentur à dæmone ; & eos, qui ad maiorem purgationem, seu ob meritum ab ipsisdem Dei permissione torquentur. Alensis p.4. q. 11. m. 2. ar. 3. D.Thom. in 4. dist. 9. quest. vniuersal. art. 3. quasiunc. 5. ad 2. Armilla verbo *Communio* . Sylvestris verbo *Eucharistia* docent, ijs, qui frequenter in blasphemias, & eiusmodi peccata incident, communionem non esse exhibendam . Ceterum D. Thom. 3. par. quest. 80. art. 2. mutauit sententiam, quam sequitur Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 9. Vasquez disp. 212. cap. 4. & Antonius Hiquetus in 4. Sent. Scotti dist. 8. quest. 3. nu. 8. qui ait : *Quia communio multum detrahit viribus hostis, & facit ad purgationem peccatorum; ideo sequendi rituales libri, & eorum prescriptum.* Quare Exorcistæ, ac Parochi obsecros, ac maleficiatos adulteros excitare non negligant, vt hoc tantum Sacramentum sepiùs deuotè, ac feruidè percipient, quo mediante ad fidei perfectiæ, ac confidentiæ in Deum inhesitantis actus eliciendos excitati à quacumq; dæmoniaca vexatione liberari mereantur .

ARTICVLVS V.

De Ordine.

582.
Viri Ecclesiastici Ordines Exorcistarum insigniti poterissimi sunt contra demones.

Quinta stella Ordinis Sacramentum representat, quo ministri Ecclesiastici insigniti ceteris hominibus virtute diuina sūt potiores, ideoq; majora etiam præstare posunt, præcipue in hostes infernales, si saltem Ordinis Exorcistatus potestate sint suffulti . Vnde cum munere exorcistico fungentes ijs, qua ad Dei gloriam, & hominum spectant utilitatem, vacant, videmus eorum preceptis dæmones obedire, ad manum impositionem timere, ad eorum adiurationes torqueri, & ad eorum imperium effugari . Quod benè testatur S. Cyprianus ad Demetrian. *O si audire velles, inquit, & videre, quando à nobis dæmones adiurantur, & torquentur spiritualibus flagris, & verborum tormentis de obsecrosis corporibus ejiciuntur: quando eiulant, & gementes voce humana, & potestate diuina flagella, & verbera sentientes venturum indicium confitentur. Veni, & cognosce vera esse, qua dicimus.* Propterea quicunq; dæmoniacis vexationibus, ac maleficis infestationibus afficiuntur, ad eos recurrere debent : cum ipsis ordinis exorcistatus potestate sint donati, qua dæmones ab obsecrosis corporibus valent exulare .

S. I.

583.
Arreptiti non possunt suscipere ordinem, nec susceptum administrare.

Veruntamen hoc caudendum, vt nec atreptiti ordinem suscipere audiunt, nec exercere susceptum, vt habetur expressè ex cap. maritum. c. communiter. c. Clerici. dist. 33. Vbi Glosa, Archidiac. Albericus, & communiter

muniter DD. afferunt, esse irregulares. Immò etiam si conualescant, non possunt arreptitij ad ordines sacros promoueri: quia vix de eorum plena liberatione constare potest; vt docet Naldus in *Summa*: Si verò ordinati sint, ex multorum sententia ordines exercere non debent, nisi per annum hos liberatos esse, probetur: vt post *Glossam* docet Gregorius Sayrus lib. 5. cap. 9. num. 14.

Per arreptitios intelliguntur non maleficio affecti, neq; quicunque à dæmone obseSSI, aut posseSSI; sed tantum illi, qui aut in terram à dæmone arrepti eliduntur: aut quolibet modo incursibus efferuntur: ita dicto c. communiter dist. 33. vt cùm sensibus abalienantur: vel sèpiùs veluti mortui cadunt, vel id generis graues sustinent molestias: Et vt breui complectar: Arreptitij sunt ij, qui ita impediuntur à dæmone in suis potentijs sensitivis siue interioribus, siue exterioribus, yt ad libitum, & è voto suo suas nequeat naturales exercere operationes: vel vnum pro alio operari (præsertim in ordine ad ministeria ecclesiastica) cogantur. Hi quidem irregulares sunt censendi. Et licet liberentur; adhuc tamen probandi sunt, vt dictum est supra ex mente dictorum Auctorum.

Hoc confirmant dicti Auctores factò Clerici Aquinensis Ecclesiar. Hic enim, vt narrat S. Gregorius lib. 2. Moraliū c. 16. cùm à S. Constantio Episcopo Aquinate per multa Martyrum loca fuisset transmissus, tandem ductus fuit ad S. Benedictum, & ab illo liberatus est; cum hoc tamen præcep-to, ne in posterum carnes comederet, & ad sacram ordinem accedere non præsumeret; cuius post longum tempus oblitus, statim ac promoueri tentauit, illicò à diabolo correptus est, & vexatus, donec animam exhalaret. Veruntamen putat idem Naldus post *Glossam* in c. communiter dist. 33. & Nauarrum Consil. 35. de tempor. ordinat. id licere, & posse ordinatum suos ordines post perfectam sanationem exercere.

ARTICVLVS VI.

De Matrimonio.

Sexta stella Matrimonij Sacramentum designat, quod licet principaliter institutum sit ad humani generis propagationem, certitudinem prolis, cognationum amicitias, auxilium mutuum viri, & mulieris, & vagarum libidinum remedium, ad que omnia speciale gratiam confert, vt docet Nauarrus cap. 22. num. 79. Bonacina tract. de Matrimonio quest. 4. punct. 6. nn. 1. & communiter Doctores, vbi de Matrimonij fine honesto; attamen illud ad diabolica dissoluenda machinamenta, que eius vsu impediunt, virtutē habere docet Raphael Angelus Tobiam alloquens: Audi me, inquit, & ostendam tibi, qui sunt, quibus praualere potest demonium. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt; vt Deum à se, & à sua mente excludant, & sua libidini ita vident, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestate demonium super eos. Nam ex his verbis colligitur, illum tali potestate carere in eos, qui modo debito coniugium ineunt, eò quod contrarium eadem est disciplina.

584.
Arreptitij qui-nam sint.

585.

586.
Virtus Sacra-menti Matri-monij contra-demonem.

Quare

587.

Quare consulendum est ijs, qui diabolicas colligationes ante suscepimus matrimonium pertimescant, vt se recte ad illud debitè suscipiendum disponant: quia sic virtute sacramentali se disponent ad hoc, vt omnes demonis conatus in nihilum redigantur. Quod si post celebratas nuptias tales vexationes ab hoste patientur, videant, an iure matrimonij honesto fine vrantur, nec ne; & post petitam veniam, aliaq; seruata, de quibus infra num. 693. sancta sancte imposterum administrent, ac sacra benedictione muniti, diuino opitulante Numine, ab illis impedimentis se liberos esse probabunt.

ARTICVLVS VII.

De Extrema Vnctione.

588.

Virtus Sacramenti Extremae Vnctionis ad tētationes diabolicas repellendus.

Ad sanitatem agris conferendam.

S Eptima tandem stella Extremæ vunctionis Sacramentum representat, quod homini in mortis periculo siue per morbum, siue per senium constituto ad certaminis spiritualis ultimum impetum sustinendum, & ad victoriam de dæmone reportandam conferrur: cum ad hoc vites, & robusto christiano athletæ ad coronam properanti subministret.

Neque hunc effectum solum operatur in anima, cum etiam ad corporis conferat sanitatem, quam saepe affert laborantibus in extremis. Hoc usi sunt Apostoli, ac Discipuli Domini, de quibus legitur Marci 6. *Et exentes prædicabant, vt penitentiam agerent; & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos egros, & sanabantur.* Quod fieri docuit etiam D. Iacobus Epist. sua canon. cap. 5. dicens: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini.* Et habetur c. ad abolendam. extr. de her. & Concil. Florent. in Decreto unionis. ac Cōcil. Trident. sess. 7. c. 1. & sess. 14. de Extrema Vnctione can. 1.

589.

Quare ij, qui se in extremis positos vident vi morbi, aut à naturali causa, aut à dæmons illati, sollicitè current, vt Sacramentum hoc cum debita præparatione suscipiant, vt eius effectus non solum in anima; sed etiam in corpore consequantur.

Ex quibus collige, quanta sit Dei in homines maleficio affectos benevolentia, cum tot Sacraenta non terrestria, sed cœlestia instituerit; ideoq; septem stellis comparata, quasi generalia remedia, vt sint in manu Exorcistarum, ac Parochorum, & facili negotio, sicut ea, quæ in manibus sunt, exhibeantur.

Cap. II.

De Remedijs generalibus Sacramentalium.

Sacramentalium Dignitas.

ET SI Sacramentalium cum Sacraentis non sit æqua dignitas, pars vsus, & similis efficacia; attamen in his tribus ad illa accedere vindicantur.

Dignitas in hoc appetet, quod omnia sunt sacra: vel quia seipsis ad

ad sanctitatem pertinent: vel quia institutione ecclesiastica sanctitati depulantur. Non enim hic sacramentale stricto modo sumimus pro illo, quod est ad Sacramentum ordinatum; sed lata significacione pro omni re quoquo modo sanctificata, & ob sanctificationem reuerentia prosequenda.

Vsus eorum facilior est, cùm aliqua ex Sacramentis sine sacrilegio reiterari non possint: alia verò non ita frequenter: At sacramentalibus quotidie, & continuè præmuniri possumus.

Efficacia eorum in homine tam interno, quam externo sentitur: in interno quidem: quia peccata venialia ex opere operantis delent, ad actum contritionis, seu amoris, per quem peccata venialia immedietè delentur, excitando: Ita S. Bonaventura in 4. d. 21. ar. 1. qu. 2. Paludan. loco cit. Coninch. qu. 71. ar. 3. nu. 28. Suarez disp. 12. sec. 2. num. 20. & alij relati à Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 6. sct. 2. pu. 2. In externo autem: quia bona spiritualia, & temporalia conferunt, atque mala, dæmoniacas præcipue infestationes, maleficia, incantationes, aliaq; infernalia machinamenta auertunt, quorum vires sacramentalium virtute pereunt, ac destruantur.

Quare remedia generalia, seu potius stellæ in manibus positæ ad maleficio affectorum solamen iure nuncupantur. Quæ, cùm innumeræ sint, & stellis minutioribus similes, quæ in firmamento lucent, ex tanto numero septem feligemus, quorum virtutem totidem articulis breuiter declarabo.

Vsus.

591.
Efficacia.

Quæ probatur
In
Cruce,
Euangelio,
Agnus Dei,
Reliquijs SS.
Imaginib. SS.
Aqua bened.
Pane, & oleo
benedicto.

ARTICVLVS I.

De Cruce.

CVM Christus in Cruce, & per Crucē inferas potestates prostrauerit; vt ait Paul. ad Col.c.2. *Delens, qd aduersus nos erat chirographū decreti, qd erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus, & potestates traduxit cōfidentes, palā triumphans illos in semetipso: nihil mirum, si eius virtute dæmoniaca opera destruantur.* De qua virtute eruditissimè scripserunt S. Cyprianus Serm. de Passione Christi. Origenes lib. 3. in Job. Laetantius lib. 3. cap. 24. D. Antonius apud Athanasium de Incarnatione Verbi, dicens: *signum Crucis tollit omnem magiam.* D. Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Iulianum, & ad Nemesium, D. Chrysost. homil. 8. in Epist. ad Coloss. & homil. 50. in Matthæum. D. Cyrillus Catach. 4. de Ascensione. Nil senus in vita Thaumaturgi. Hieronymus in vita S. Hilarionis. Augustinus lib. 2. de Simbolo ad Catechumen. & serm. 81. de temp. Theodore tus in vita Macedonij, & lib. 3. hist. cap. 3. & lib. 5. cap. 21. D. Gregorius lib. 2. Dialog. cap. 10. Ioannes Diaconus lib. 2. vita D. Gregorij cap. vltimo. Thomas Cantipratensis lib. 2. cap. 57. à parte 34. Landulphus Carthusianus de vita Christi, vbi de Passione eius, & alij plures, quos nimis longum, & tædiosum esset recensere.

592.
Crucis signo
demones ex-
pelluntur.

Sancti

§. I.

593.
A Sanctis.

Sancti salutifero hoc crucis signaculo mirabilia operati sunt ad morbos tollendos, ad incendia extingueda, ad tempestates sedandas, calamitates auertendas ; sed ad dæmonum præcipue dissipanda præstigia , maleficia abolenda,& arreptitios liberandos ; vt dé S.Remigio narrat Hincmarus *in vita eius* : de B. Vedasto Albinus Flaccus : de D. Auxentio, ac de S.Patapius Metaphrastes : de S. Albino Fortunatus : de S. Suitberto Marcellinus : de Beato Caluppano, de S. Portiano, ac de S.Nicetio Treuitense Gregorius Turonensis : de S. Niceta Theocteristus eius discipulus : de S. Macario Patriarcha Antiocheno Anonymus : de S.Theodoro Archimandrita Georgius eius discipulus : de Beato Godefrido Nicolaus eius discipulus : de S. Maximo Reginense Dinamius Patricius : de S. Maurilio Fortunatus : de S. Aichardo Fulbertus : de B. Nonno Iacobus Diaconus : de S. Iacobo Alemanno Antonius Flaminius : de S. Gallo Abbe VValafridus Strabus : de S.Daniele Styliste Metaphrastes : de Beato Vincétio Ferrerio Rauzanus : de S. Eligio Nouiomense S. Audoenus eius æqualis, qui refert, dictum Sanctū solitum suisse suos edocere his verbis : *Christiano nec auguria , nec alia quilibet figmenta possunt officere : quia ubi signum crucis cum timore , & fidei Dei præcesserit , nihil ibi inimicus nocere poterit .* & de S. Eutychio Patriarcha Eustathius eius discipulus, qui & crucis signum vocat *telum demonibus formidabile :* & alii innumeri; vt ex Sanctorum Patrum scriptis , & historijs variis probant, qui de eius laudibus salutaribus scripserunt . Vnde S. Antonius Abbas, vt in eius vita habetur, dæmones insultabat his verbis : *Si quid potestis , cur me non offenditis ? Si unus ex vobis me offendere potest , cur innumerabiles concurritis ? Signum crucis , & fides paries formidabilis , & horribilis vobis est .*

§. II.

594.
A Fidelibus.

Nec Sancti tantum, sed quicumque fideles illo vñi sunt , præcipue cùm dæmon in humana, aut in horribili belluarum forma apparens , aut prestigiosa fallacia nummos, vestes, vasaq; offerens, eos ad res nefandas incitare tentauit : statim namq; crucis signo formato præstigiorum auctor emissio sibilo, strepitu, fragore, fumo, ac fœtore , aufugere coactus est : vt passim in historijs Ecclesiasticis inuenitur .

A Pueris .

Immò pueri, dum frontem innocenter christiano more illo signo insigniunt, mirabilia operantur : vt ille , qui (referente Thoma Cantipratense lib.2. Apum, c.36. par. 4.) in Mechlinia Brabantia Corrizaticem à dæmonie obsessam liberauit, & dæmonem in hirsuti vermis forma ex eius ore compulit profilire .

Aliatis .

Quin etiam Iudæi salubriter hoc sacro signaculo vñi sunt : vt ille , qui ex Campaniæ partibus Romanum veniens, cùm in Apollinis Templo pernoctaret, & spirituum malignorum turbam videret, se crucis signo muniuit , cuius

ius virtute fugati sunt, dicentes: *Veh nescias vacuu, sed signatum: ut refert D. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 7.*

Idipsum experti sunt H̄eretici: ut Iulianus apostata, qui à Mago ad nocturnum d̄emonum conuentū ductus, subito horrore perterritus, *ad crucem*, ait Gregorius Nazianzenus orat. 3. num. 19. *vetusque remedium confugit; hocque se aduersus tortores consignauit.*

Ab H̄ereticis.

§. III.

FAtentur hoc ipsimet d̄emones à S. Patapio expulsi apud Metaphrastem mense Nouembris, clamantes: *Verè terribilis es ò Nazarene, verè terribilis es, & ubique in omnes obtines imperium. Quo ergo proficiscar? Si in desertum, si in ciuitatem, si ubicumque duxerit aliquis, tu illuc præuenis, sola crucis figura solo tuo nomine nos expellens.*

595:

*Hoc fatentur
ipsi d̄emones.*

Quinimmo ipsa animalia eius virtutem experta sunt: ut probat exemplum à Vicentio Beluacense relatum tom. 4. *histor. lib. 10. cap. 29.* D̄emon enim à S. Regulo Siluanectensi Episcopo, & Sancti Dyonisij socio è corpore filii cuiusdam expulsus, cùm se in vespertilionem mutasset, & in asinum, quo Sanctus ille Pr̄esul vehebatur, ingredi tentaret; sicut similis speciei bestia Prophetam Balaam alias incrépans, humana verba (Deo os eius aperiens) protulerat: ita bellua hæc Sancti Reguli meritis salutis signū, quod numquam cognouerat, efformauit, pede in terra figurauit, & quasi Deum adiutorem inuocaret, erecto in cœlum capite, plus solito rudere cepit: sicq; diuinā potentia ab hosti malignitate est erepta.

*Animalia ipsa
experta sunt.*

Quare frequentissimè salutis signum in maleficijs soluendis adhibendum est, sicut in Rituali Romano, & Canonibus ordinatur, c. *Ecclesiasticarum. dist. 11. ibi Glossa docens*, in quibus membris crucis signaculum fieri debat. *de consecrat. dist. 4.* cùm illud d̄emones valde pertimescant, & nihil tam sollicitè eius ministri malefici caueant, quām ne signum illud salutare à circumstantibus efformetur.

*Ideò ab obfessis
se p̄issimè adhi-
bendum.*

Propterea concludit S. Ephrem Syrus in sermone de sancta, & viuifica cruce, apud Petrum Canisium par. 4. *Auctoritatum S. Script. & SS. PP.* nos adhortans ad pingendum illud signaculum in omnibus, quē ad nos spectat, ad d̄emones fugandos. *Nos Christiani, inquit, à Gentilibus, & à Iudeis declinemus, postesq; nostros pretiosas, ac viuificas crucis coronemus, dicentes cum Apostolo: Mibi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Pingamus in ianuis, atque in frontibus nostris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum signum. Armemur insuperabili hac christianorū armatura. Hoc enim signo conspecto aduersaria potestates conterrītæ, trementesq; recedunt.*

Galat. c. 6.

ARTICVLVS 11.

De Sancto Euangelio.

Diuinam Sancti Euangelij vim luculenter declarat Paulus Roman. 1. cùm dicit: *Non erubesco Euangelium: Virtus enim Dei est in salutem omni-*

*Euangelij vir-
tus contra da-
mones.*

596.

302 Par. III. Cap. II. De Remedijs gener. Sacram.

omni credenti. Iudeo primū, & Graco. Cuius verba à fidelibus deuotè recitata: vel typis, aut scripto exarata, apud se ab eisdem fiducialiter delata maximopere iuuant contra dēmones.

Sine verbo proferaur.

Primum ex praxi Ecclesiæ patet, quæ, dum sacra mysteria peraguntur, Euangelium publicè recitat, multis ceremonijs adhibitis, quæ mysticas cōtinent rationes; inter quas vna ex p̄cipuis est conuersio Diaconi ad Aquilonem. Quid enim per Aquilonem, nisi diabolus designatur? Quid per ventum ex parte aquilonari flantem, nisi machinamenta diabolica? *Ab Aquilone*, inquit Propheta Ieremias c. 1. *pandetur omne malum*. Ideo illud propulsare vult sponsa, tanquam horto Ecclesiastico suis impuris flatibus noxiū, cūm dicit Cantic. c. 4. *Surge aquilo, veni austro, perfla hortum meum*, idest fugiat diabolus, & Spiritus Sanctus accedat. *Reclē* verò, ait Guilielmus Mimatensis in suo Rationali cap. 24. contra diabolum legitur Euangelium, *ut illum sua virtute expellat: quoniam diabolus nihil tantum odit, quantum Euangelium*. *Aquilo ventus frigidus* diabolum significat: cum ergo fides in Euangeliō contineatur, quæ est armatura nostra contra diabolum, merito legitur contra illum. Quod etiam ab Ecclesiasticis Ministris priuati agitur, dum contra dēmonem corpora possidentem, aut morbos intendentem colluctantur. Nam ex Rituali Romano Euangelium legunt, p̄cipue ex Marci 16. Lucæ 10. & 11. desumptum.

§. I.

597.
Sine scripto exaretur.

1. Iulij.

Ob eandem rationem Euangeliō scriptum in soluendis maleficijs adhibetur. Sic S. Barnabas infirmos, Euangeliū supponendo, sanabat, vt refert D. Thom. in c. 1. Epist. ad Rom. S. Simeon cognomento Salū mulieri Magæ amuletum ex Euangeliō conscripsit, quo in collo appenso illa non potuit amplius diuinare: vt refert Leontius Episcopus apud Surium. S. Antonius infestantē dēmonem verbis euangelicis membranulæ inscriptis, & in cubiculo ante Beatae Virginis imaginem affixis depulit, apud Surium. Et antiquorum Christianorum mos fuit, Euangelij Sancti Ioannis initium quasi totius Euangelij compendium collo suspensum gestare.

§. II.

598.
Nomina Dei cōtra dēmones.

Simili ratione varia Dei nomina deferuntur, de quibus S. Isidorus lib. 7. Ethymolog. & D. Hieronymus in Epist. ad Marcellum tom. 3. quæ communiter sunt sequentia, Primum *Hel*, quod interpretatur, *Fortis*. Secundum *Eloym*. Tertium *Eloye*, vel *Heleo*, quod vtrumque dicitur *Deus*. Quartum *Sabaoth*, quod latinè dicitur *Exercitum*, seu *Virtutum*. Quintum *Elyon*, quod latinè *Excelsus* dicitur. Sextum *Esercheye*, quod in Exodus legitur: *Qui est, misit me*. Septimum *Adonay*, quod nos *Dominum* generaliter appellamus. Octimum *Ya*, idest, *Dominus*, vel *Dominator*. Nonnum *Tetragrammaton*, quod *Hebrei* *Iehoua* interpretantur, & latinè dicitur: *Ego, qui ero: vel ego sum, qui sum: vel ineffabilis*. Decimum *Saday*, quod interpretatur, *Robustus*, vel *Omnipotens*. Sunt

Sunt alia nomina, quæ non sunt simpliciter ignota; sed tantum respe^ctu nescientium linguam græcam: ut *Agyos, Otheos*, idest *Sanctus Deus*: *Agyos Ischyros*, idest, *Sanctus fortis*: *Agyos Athanatos, Eleyson imas*, idest *Sanctus immortalis miserere nobis*: Ita colligitur ex Missali Romano in die Paracclœi. *Sather*, quod est nomen græcum, & tantum sonat, quantum apud Hebreos *Iehoua*, quod est nomen apud eos ineffabile, & significat nudam, & simplicissimam Dei essentiam. *Agla* est nomen hebraicum, & ponitur inter nomina magni Dei; & tantum sonat apud Hebreos, quantum apud nos *Tu es Deus potens in eternum*. *Homofion* est nomen græcum, & tantum sonat, quantum *consubstantialis*; quod Christo tribuitur, qui *consubstantialis* est Patri, & Spiritui Sancto.

§. III.

Nec tantum Sancti Euangelij verba, ac Dei Nomina; verum etiam & alia ex varijs diuinæ scripturæ locis, & Apostolorum Symbolo de iumenta ad id plurimum valere, experientia docet: ut illa Deuteronomij 32. *Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Dei Creatoris tui*. Et Apocal. 5. *Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David*. Et alia Symboli Apostolici Christi Natiuitatem, Passionem, Mortem, Resurrectionem, ac Iudicium finale denotantia. Quæ omnia, cùm dæmonibus statum felicissimum, à quo cederunt, Christiq; virtutem, ac fortitudinem, qua eorum dissipatae sunt vires, obijciant; hi superbissimi statum suum miserrimum, impotentiam, ac viriū imbecillitatem ad mentem sibi reuocantes, summoperè tristantur, à qua tristitia ut seiplos eripiant, quos vexatos homines detinent, quandoq; derelinquent: vel saltem confusi non adeò grauiter lèdent, aut acriter torquent: Immò, si huiusmodi verba maxima deuotione, humilitate, ac confidentia in Deum proferantur, vel secum deferantur, Deus ipse secundum fidem, quam legentes, vel deferentes in Dei protectione habent, tam sancti nomini sui in illis Breuibus scripti virtute diuina dæmones in fugam conuertit.

Hoc probat factum cuiusdam mulieris relata Chronic. Ord. Min. par. 1. in vita S. Antonij à Padua. Santaren in Portugalliae Regno quedam mulier Energumena à dæmons gratissimè torquebatur, qui varijs sub formis ei apparens, illam ad mortem sibi inferendam hortabatur, quam Sanctus Antonius à Padua ab ea inuocatus, apparens, his verbis allocutus est: *Asperge, inquit, in sinu tuo, ac lege eam scripturam, quam ibi inuenies, qua leta non amplius vexaberis à dæmons*. Quibus auditis à formo expergefacta scripturam hæc verba continentem inuenit:

Ecce þ crucem Domini, fugite partes aduersæ.

Vicit Leo de tribu Iuda radix David. Alleluia. Alleluia.

Quibus deuotissimè letis, illicò dæmon in fugam versus est. Quæ scriptura postea à Dyonisio Portugalliae Rege in suis thesauris fuit conseruata.

599.
Verba nonnulla sacra contra
demones.

600.
Res gestæ San-
cti Antonij à
Padua.

§. IV.

601.
Brevis oratio
ab Autore
alijs typis edi-
ta efficax con-
tra maleficia,
& alia pericu-
la.

EX prædictis omnibus simul collectis , ritèq; dispositis infra scriptam breuem orationem composui , quam varijs ex euentibus ad maleficia , & quævis mala expellenda , & euadenda iuxta legentis , vel deferentis fidem , ac confidentiam in Deum constitutam (in qua Sanctum ipsius nomen invocatur) efficacissimam esse , comprobaui . Quæ à Superioribus Diœcesis Brixiensis , ad quos spectat approbata anno Domini 1646. typis fuit man data .

Oratio deprecativa efficax ad maleficia , & quævis mala expellenda , & euadenda .

Ecce crucem **¶** Domini , fugite partes aduersæ spiritus apostatici , qui superbia ducti , Deum , qui vos genuit , dereliquistis , & obliiti estis Dei Creatoris Vestri . Vos vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid Iesu Nazarenus Rex Iudeorum , Qui verbum caro factum est , & habitauit in nobis , natus ex Maria Virgine , passus sub Pontio Pilato , ac crucifixus , surrexit à mortuis , venturus finaliter iudicare viuos , & mortuos : ipse ob immensam clementiam suam , ac bonitatem : Ob honorem , & gloriam Sanctissimi Nominis sui : Propter merita cunctarum actionum suarum , quas operatus est in hoc mundo : Nec non Beatissimæ Virginis Genitricis eius Mariæ , & omnium Sanctorum dignetur dextera suæ Maiestatis me liberare , ac defendere ab omni oppressione , infestatione , ac vexatione Demonis , ac ministrorum eius , à cunctis insidijs inimicorum tam visibilium , quam inuisibilium , & à quocumque malo mentis , & corporis , intercedentibus Beatissima Deipara , Seraphico P. S. Francisco , ac D. Antonio à Padua . In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti . Amen .

§. V.

602.
Oratio proli-
xior ab ipso
Autore edita
ad eundem ef-
fectum .

Poste anno 1648. sequentem ampliorem orationem cum admonitione de modo illam recitandi , aut gestandi composui ; vt id , quod petitur , facilius obtineri possit , additis illis Psalmorum versiculis maximam efficaciam ad impetrandum à Deo diuinam protectionem habentibus , quam Taruissi à Reuerendissimo P. F. Carolo Veliterrano dictæ Cuiutatis , ac Diœcesis Inquisitore Generali approbatam typis mandare curauit . **Ora-**

Oratione da recitare, ò portar seco, efficacissima per impetrardas
Dio la liberatione, e preseruatione dà maleficij, e molestie de
Demonij, dalla febre, infidie de nemici, altri mali,
e pericoli dell'anima, e del corpo.

Oratio ad Iesum Christum.

Domine Iesu Christe, qui cum Patre, & Spiritu Sancto bonis innumeris mundum repletus vniuersum: quia prædictus es bonitate ad volendum, sapientia ad inueniendum, & potentia ad exequendum, cùm sis infinitè potens, perfectè sapiens, & summè bonus: & vt bonus velis, vt sapiens scias, vt potens valeas omnibus bona facere ad tuam voluntatem; qui vt hanc tuā potentiam, sapientiam, ac bonitatem in nobis demonstrares, de sinu Patris ad terram descendens, Verbum caro factum in nobis habitasti, pro nobis natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, ac sepultus, tertia die à mortuis surrexisti, partes aduersas, Spiritus apostaticos, qui superbia ducti te Deum Factorem suum dereliquerunt: ac tui obliti sunt Domini Creatoris sui, in fugam conuertens, ac confundens, eos vt Leo de tribu Iuda radix David vicisti, ac superasti: caputq; ipsius Draconis infernalis confregisti: A quorum omniū mortibus, laqueis, & insidijs vt nos eriperes, saluares, ac tuereris, nostrisq; spiritualibus, ac corporalibus languoribus medereris, Discipulis tuis euntibus ad prædicandum acies huiusmodi tartareae ejiciendi, istosq; nostros infensissimos fugandi hostes, ac omnem curandi ægritudinem, potestatem dedisti, quam cunctis quoq; in te credentibus communicasti, dicens apud Diuum, Marcum: *Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur nouis: Serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super agros manus imponent, & benè habebunt.* Nec non in cunctis angustijs, tribulationibus, ac necessitatibus nomen Sanctum tuum inuocantibus, ac in te confidentibus auxilium, & solamen præstare spopondisti per Prophetam dicens: *Inuocame in die tribulatio-*

Cap. 16. v. 17.

vers. 18.

Ps. 49. v. 15.

Cap. 14. v. 13.
ver. 14.

nis, eruam te, & honorificabis me. Et apud Ioan. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio. Et iterum apud eundem: Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: Te supplices exoramus, ac humiliter obsecramus, pro tua immensa clementia, ac bonitate; pro veritate verbi tui, in quo nobis spem dedisti; ob honorem, & gloriam Sanctissimi nominis tui, propter merita cunctarum actionum, quas operatus es in hoc mundo; nec non Beatissimæ, & immaculatæ Virginis Genitricis tuæ Mariæ, & omnium Sanctorum, digneris dextera Maiestatis tuæ nos liberare, defendere, ac præseruare à cunctis peccatorum maculis, ab omni maleficio, ligatura, signatura, incantatione, apparitione, deceptione, oppressione, & vexatione Dæmonis, & ministeriorum eius, ab insidijs inimicorum tam visibilium, quam invisibilium, ab aquarum inundatione, & submersione, ventorum concussione, ignisque deuoratione, à febre quartana, tertiana, quotidiana, & continua, à veneno, peste, fame, bello, terræmotu, fulmine, tempestate, subitanæ morte, æternaq; damnatione, & à quocunq; malo, & periculo mentis, & corporis, Suppetias ferentibus Sanctissima Deipara Maria, Seraphico P. S. Francisco, ac Diuo Antonio à Padua; vt sic in omnibus protectionis tuæ muniti præsidio, tuisque spiritualibus, ac corporalibus favuoribus ditati, & ampliati, quas tibi debemus gratias referamus in hoc sæculo, tuoque diuino aspectu perfruamur in futuro. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Avvertimento dell'Autore.

603.

Qualiunque Christiano, se una volta'l giorno almeno, dopo d'hauer fatto vn'atto di dolore, e contritione de suoi peccati, e procurato per quanto può dalla parte sua per constituirsi in gratia di Dio, recitarà detta oratione: ouero, non potendo recitarla, farà da altri recitarla, o dirà in vece almeno tre Pater noster con tre Ave Maria ad honore, e gloria del Santissimo Nome di Giesù, portando seco detta oratione, ma con deuotione, e gran confidenza in Dio di ottenere le gracie, che si dimandano in essa, intendendosi di pregare non solo per se stesso, mà per tutti quelli ancora, che recitano, o portano seco detta oratione, sperimentarà sopra di se la diuina pietà, e misericordia; poiche

poiche in essa si rappresentano al Signore i diuini attributi : la Redentione del genere humano : la cōfusione de Demonij; è destruzione della lor tirannia : la potestà contro li spiriti maligni , e contro l'infirmità,dall'istesso Christo concessa alli Apostoli, e suoi successori , & à tutti i suoi veri , e fedeli Christiani : la promessa fatta da Dio, di soccorrere in tutte le necessità quelli, che in lui confidano , & invocano devoutamente , e con fiducia grande il suo Santissimo Nome. Quali sono motiui efficacissimi per mouere Sua Diuina Maestà à soccorrer ci ne bisogni nostri, e tenere di noi singolar protezione .

Potrà ancora ciascheduno per essere maggiormente da Dio protetto contro li nemici visibili, & invisibili, & altri mali , e pericoli dell'anima, e del corpo , aggiungere, e dire spesse volte le seguenti parole del Profeta Davide con gran fiducia di ottenere la diuina protezione .

E Ripe me Domine ab homine malo : à viro iniquo eripe me .
Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me .

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de virtis sanguinum salua me .
Dominus mihi adiutor : non timebo, quid faciat mihi homo .
Dominus mihi adiutor : & ego despiciam inimicos meos .
Dominus illuminatio mea, & salus mea : quem timebo ?
Dominus protector vitæ meæ : à quo trepidabo ?
Dum appropiant super me nocentes : vt edant carnes meas .
Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt .
Si consistant aduersum me castra : non timebit cor meum .
Si exurgat aduersum me prælium : in hoc ego sperabo , id est ponam in
Dominio meo cuiuslibet victoriarum spem meam, ac triumphi totæ meam fidu-
ciam in eo collocabo .

Nam si Deus pro me, quis contra me ?

Adiuua ergo me Deus salutaris meus , & propter gloriam nominis tui
Domine libera me , & propitius esto peccatis meis propter nomen tuum .
Amen . In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti . Amen .

Mos autem prædicta amuleta, breuia , seu orationes legendi, aut secum deferendi à quoquis rectè , ac catholice sentiente paruipendi non debet : cū neque ab ullo Patrum reprobetur ; sed D. Gregorij Papæ auctoritate probetur Epist. ad Theodolinum , dummodo , vt addit D. Thom. 2. 2. q. 96. ar. 4. sit recta gerentis intentio , qui pium verborum sensum ad fidei verae professionem obseruans : vel ad alium sanum finem, spem suam, ac confidentiam figat in Deum : & ab eius potentia , ac misericordia sub diuino beneplacito effectum expectet ; & nihil superstitionis circa figuram, literatum colorem, verborum numerum, scripturæ modum , materiam membranæ , & id generis obseruationum ; de quibus latissimè Diuino fauente Numine alijs tractabimus, admisceatur . Quare Exorcistis remedio hoc cautè vtedium est; quod vtile esse nulli dubium est, si sanctè , ac debito modo ab obsessis, ac maleficiatis adhibeatur .

604.

Psal. 139. v. 1.
Psal. 58. v. 1.

ver. 2.

Psal. 117. v. 6.

ver. 7.

Psal. 26. v. 1.

ver. 2.

ver. 3.

ver. 4.

ver. 5.

ver. 6.

Rom. c. 31.
Psal. 78. v. 9.

605.

Mos amuleta
deferendi non
contempnendus .
Cur .

ARTICVLVS III.

De Cereis formis, seu Agno Dei cerae impresso:

606.
Quid sint Agn^o
Dei.

Eius virtutes
versibus recen-
tentur.

SOLEMNE est Summis Pontificibus Christi vices in terra gerentibus non solum primò, sed septimo quoque sui Pontificatus anno veteri Ecclesiæ instituto, mystico precationum ritu, & multis ceremoniis miram pietatem redolentibus, cereas formas, atque imagines, quas Agnos Dei à figura Agni scilicet impressa nominamus, oleo sacro, & chrismate consecrare. Quo in consecrationis munere multa precantur illis, qui pio, & religioso animo eos secum Agnos habuerint; inter quæ præcipuè liberationem ab omnibus periculis, astutiis, ac dæmonum fraudibus, ac infernalium potestatum maleficiis postulant, ut crucis virtute in istis formis insculptæ terore corripiantur, & territi aufugere compellantur: ut pleniùs in Pontificali Romano continetur. Quæ omnia breuiter his versibus complexus est Frustris Societatis Iesu:

Postulat in primis sacrati aspectus ut Agni
Agnum ad celestem concita corda leuet.
Utque salutifera memores, vitaq; necisque
Criminis, & vitij noxia vincula terant.
Hostis ut insidias Stygiq;, ac certamina vincant
Decipulas mundi, carnis, & illecebras
Corporeos nobis morbos, casusq; repellli.
Præsertim horriferos, mortificosque petit.

607.
Efficaces sunt
et contra pericula.

Maxime valēt
contra dæmones.

Has autem precationes suam habere vim, certum est: quia in conspectu Domini funduntur ab eo, qui ratione officii, quo nihil sublimius in Ecclesia, ad Dæum magis accedit, & Christo propriè coniungitur; præcipuè cum illis pontificalis benedictio adiungatur, quæ sua non caret virtute, ut docent communiter Theologi Scholastici in 4. Sent. dist. 16. Quare cereæ illæ formæ precationibus, & benedictionibus pontificis consecratae, non solum efficaces sunt contra fulgura, grandines, incendia, ac ventos, ut testantur Vincentius Bonardus lib. de huīusmodi effectibus, & Durandus Mimatensis in Rationali Diuin. Offic. lib. 6. c. 79. Sed etiam contra dæmoniacas potestates: sicut experientia confirmatur, quam variis exemplis petitis ex Italia, & Germania probat Deltrius lib. 6. Disq. Mag. c. 2. sett. 3. Vnde hoc salutari remedio Exorcista, ac Parochi uti poterunt ad hunc finem. Certum namque est, dæmones illos fugere, qui sacram hanc bullam collo detinotè, ac fiducialiter appositam gerunt; & sæpius obfessis, aliisq; ruinas, & infesta omnia minari, nisi illam abiificant, ad illos, quandiu hoc sacro praefidio muniti sunt, accedere non audentes.

ARTICVLVS IV.

De Reliquijs Sanctorum.

Sanctorum cum Christo regnantium sacras exuuias, & quaslibet corporis particulas, imò cineres, vestes, & alia, quibus vñi sunt; item vela, pannos, & cætera, quæ ad eorum ossa admoueuntur, mirabili virtute pollere norunt, & in dies Catholicae Ecclesiæ filij experiuntur.

Videmus enim ex sacris illis Reliquijs diuinam illam exire virtutem sæpius signo visibili, ver. gr. oleo, balsamo, aut simili liquore, cuius beneficio cæci vident, muti loquuntur, curantur infirmi, & dæmones ex corporibus obsessis expelluntur. Quare iuremeritò S. Ioannes Damascenus lib. 4. de fide Orthodoxa c. 1. illos fontes salutiferos vocat, ex quibus plurima ad nos beneficia promanant. Ex quo mos apud fideles inoleuit, has exuuias tum publicè, tum priuatim honore prosequi, pretiosis illas operientis inuoluerdo, marimoreis sepulchris, vel aureis, & argenteis thecis includendo; cereos, & lampadas circumquaque accendendo; pictas tabellas, seu donaria suspendendo; processiones, festa, ac solemnitates in honorem eorum Sanctorum instituendo: ad illorum sepulchra in publicis, & priuatibus calatitatibus tanquam ad asylum confugiendo: in publicis processionibus cù religiosa pompa ad Deo gratias agendas, & Sanctorum auxilium implorandum circumfetendo.

§. I.

Qapropter ad Exorcistam spectabit, dum propulsandi dæmonis, aut soluendi maleficij sese feret occasio, optans salutifero uti remedio, hortari Energumenos ad Sanctorum sepulchra visitanda: vel illis applicare Reliquias, si quas certas, & indubitas habuerint, Sanctorum more, qui hoc in talibus occasionibus præstitere: sicut testantur D. Hieronymus contra Vigilantium, D. Gregorius Nazianzenus oratione de B. Cypriano circa finem, D. Ioan. Chrysostomus in oratione contra Gentiles de S. Babyla, & homil. 26. in 2. ad Cor. D. Ambrosius serm. 77. & 91. Thomas Fasellus de D. Philippi Apostoli Sepulchro lib. 10. de rebus Siculi c. 2. Rupertus Tuitiensis de Sepulchro S. Hereberti Coloniensis Episcopi cap. vlt. eius vita, Petrus Rauzanus de lipsianis capillorum S. Vincentij Ferrerij lib. 4. vita illius c. vlt. De S. Guthlac Zona Felix Crolaniensis in eius vita, De S. Richarij corpore Albinus Flaccus in eius vita, ac Theophilus Abbas serm. de Veneratione Sanctorum, & serm. de Sanctorum Reliquijs. Nam Sanctorum Animæ, quorum sunt reliquiæ, pro ventibus, & illas reuertentibus exoriant. Et etiam quia dæmones fugati sunt à Sanctis viuentibus, valde sacras illorum reliquias pertimescunt. Ac tandem propter fidem illis à paciente præstatam utilissimus est earum usus.

Vnde autem oriatur, quod dæmones taliter quasdam reliquias sacras, vel

608.
Virtus Sanctorum Reliquiarum.

609.
Quibus uti debent obessi.

310. Par. III. Cap. II. De Remedijs gener. Sacram.

*Cur dæmones
magis videan-
tur timere Re-
liquias Sancto-
rum, quam s.
Eucharistiam.*

800

sæntas imagines horreant, vt nullo modo ad eas accedere velint, & in illarum præsentia torqueantur, clamant, ac stare non possint, & quandoque exire compellantur; cùm tamen Sacramentum Eucharistiae, quod est summa omnium Reliquiarum, timere non videantur. Dicam, quod sentio, nempe hoc propter patientum fidem, qua firmiter per huiusmodi Reliquiarum applicationem, vel contactum dæmones recessitos credunt, prouenire.

ARTICVLVS V.

De Imaginibus Sanctorum.

610.
*Sanctorū Ima-
ginum gloria.*

Quam gratus Deo, Sanctis honorificus, & dæmonibus terribilis sit venerabilis imaginum cultus, patet ex eo, quòd Deus illas honorat, cùm per illas tot miracula operatur; & seueris castigationibus animaduertit in eos, qui eas iniuria afficiunt: Sancti nouo decorantur honore, eò quòd cultus imaginibus redditus ad prototypon transeat, quem tanquam propriæ personæ delatum reputantes, fauoribus à diuina bonitate impetratis cumulant: Dæmon ignominia afficitur, dum Deus in Sanctis honoratur: Sancti religiosè coluntur: Populus ex earum aspectu, & cultu ad pietatem excitatur: Ideòq; illas dæmon per suos asseclas deturpare, cōfringere, conculcare, sputis fēdere, maledictis proscindere, & in puluorem redigere conatur: quia sic Deo injuriam, Sanctis ignominiam, populo damnum inferre, (vt tradit Delrius lib. 5. Disquis. Magic. scđt. 16. vers. Sacerdotes pag. mihi 542. arbitratur.

*Eorum virtus
in dæmones.*

Supra nū. 364.

Sed non minus fidelibus proficuus est eorum cultus, qui Deum in imaginibus colunt, eius Maiestatem per Sanctorum merita deprecando: Sanctos honorant, illorum actus imitando, & intercessiones postulando: Dæmonibus insultant, eos per Deum vel in se, vel in Sanctis suis, aut in suis instrumentis inuocatum adiurando, eo modo, quo nos docuimus supra, ubi de *Adiuratione* ex Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. de *Adiurbatione* cap. 30. num. 7. Qui quidem Sancti cùm per illas imagines represententur, experientia compertum est, hostem illum antiquum tam iniquo animo esse erga illas, præcipue erga venerabilissimam Sanctissimæ Deiparæ Mariæ Virginis imaginem, vt illarum aspectum non possit sustinere.

§. I.

611.
*Exemplio com-
probatur.*

Hoc innumeris probari potest exemplis, que vt notissima prætermitto, illo solo contentus relato in *Prato Spirituali* cap. 45. Consueuerat Religiosus quidam sanctus deuotissimam B. Virginis summa reverentia diebus singulis venerari imaginem; cui semel graui tentatione liberati desideranti palam tentator occultus apparuit promittens se numquam huiusmodi temptationibus eius animam vexaturum, si à reverentia huic imagini impensa cessare vellit. Quod cum Religiosus facere constanter renuisset, & tentantem dæmonem fugare meruit, & temptationem fortiter superare.

Idem

Art. VI. De Aqua benedicta. 311

Idem dicendum de ceteris Sanctorum imaginibus, vt videre est in Epist. cuiusdam Cyrilli ad Augustinum, in qua mirabilem Monialis liberationem à vexante dæmonie per imaginem Sancti Hieronymi factam narrat. Ut ex his inuitentur Exorcistæ, ac Parochi coram iugnitibus Domini N. Iesu Christi, Beatissimæ Virginis, & Sanctorum sacros exorcismos, seu præcepta in nomine Iesu contra dæmones impendere; & maleficiatis suadere, ut aliquam honorificè, & religiosè secum gerant, qua ab insultibus demoniacis liberentur, ac præseruentur.

A R T I C V L V S VI.

De Aqua benedicta.

Inter mirabiles effectus, quos benignissimus Deus per aquam benedictione Ecclesiastica singulis Dominicis solemniter sanctificataam operatur in hominibus, duo præcipue (vt ex Decreto Alexandri Papæ primi huius nominis colligitur Epist. 1. quæ refertur *de Penitent. dist. 3. c. aquam*) assignantur.

Primus est venialium peccatorum deletio, quam, et si quidam Doctores apud Azotium lib. 4. moral. cap. 11. q. 4. ex opere ipsius sacramentalis fieri, assuerent; Communis tamen opinio est, aquam benedictam, sicut & cætera sacramentalia peccata venialia ex opere hominis iusti peccata ipsa detestantis delere, prout à rati sacramentali ad actus detestationis, ac contritionis elicendos excitatur: Ita docent Paludanus in 4. d. 16. q. 1. ar. 2. Sylvester verb. *quaqua benedicta*, & alij plures relati ab Azotio loco citato, & à Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 6. scđt. 2. puct. 2. Duobus autem modis sacramentalia vim remittendi peccata venialia habent. Primo ex Christi promissione, vel institutione, qualem vim dominicalis oratio habet, ut constat ex illis verbis: *Dimitte nobis debita nostra*, & cæt. Secundo modo ex oratione Ecclesiae, quæ exaudiri à Deo meretur: Sic aqua benedicta, panis benedictus, & alia sacramentalia ab Ecclesia instituta, ac benedicta, vel consecrata vim diuinum impetrandi auxilium habent, quatenus homo per ea ad tales actus, per quos peccata venialia deleantur, excitatur. Colligitur ex illo Decreto, in quo Pontifex dicit, *Aquam benedici, & sacrari in sanctificationem, & purificationem fidelium*. Et ipsa Ecclesia indicat, cum in preicationibus exhibitis ad eius consecrationem dicit: *Fieri in salutem credentium, ut sit sumentibus sanitas mentis, & corporis.*

§. I.

Secundus est dæmonū, & omnium rerum noxiarum ministerio dæmoniaco immissarum expulsio: vt idem Papa asserit dicens: *Insidias diaboli auerterit, & à phantasmati versutijs homines defendit*. Quod Ecclesiae verbis confirmatur: *Vt effugiat, atque discedat à loco, in quo aspersum fuerit sal, omnis phantasia, & nequitia diabolica fraudis, omnisq; spiritus immundus: Vt*

612.

Virtus aqua benedicta duplex.

Peccata venialia delet.

Et quomodo.

613.

Dæmones fugat.

312 Par. III. Cap. II. De Remedijs gener. Sacram.

fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ceter. Ad abigendos demones, morbosq; pellendos, & ceter. Quibus verbis effectus ille multis modis exprimitur, & declaratur.

Quare sapienti Exorcista hoc vti remedio conueniet, exemplis S. Gregorij Magni Monasterium ab infestationibus satanicis liberantis: B. Macharij mulierem in iumentum apparenter transformatam in pristinam formam restituentis: S. Marcelli Episcopi spiritum immundum impedit, ne flamma templum Idolorum absumeret, abigentis: B. Theodori Archimandritae noxas omnes curantis: S. Eligij Nouiomensis, & S. Maclouij in Gallia, S. Laurentij Dunelmensis in Britannia, & S. Annonis Archiep. in Germania plutes energumenos libertantium: vt refert Delrius lib. 6. *Disq. Magic. c. 2. sect. 3.*

A R T I C V L V S V I I.

De Pane, & Oleo benedicto.

614.
Panis benedictus

*Peccata venia-
lia delect.*

*Demones coer-
cet.
Exemplis com-
probatur.*

Pari virtute infernal is hostis per ea, quæ ecclesiastica benedictione consecrantur, & fideliūm vsui deputantur, arcetur: vt sunt comedibilia, inter quæ panis primum locum tenet. Hic enim Dei inuocatio, crucis signo, & alijs ritibus benedictus duplē illam vim obtinet, quam aquæ benedictæ tribuimus.

Primam quidem venialium noxarum delendi, vt diximus de aqua benedicta. Quod innuere videtur Ecclesia in benedictionis forma, vt omnes ex eo dignè gustantes inde corporis, & animæ desiderabilem percipient sanitatem: *Vt sit omnibus fumentibus caritas mentis, & corporis:* vt habetur in Rituali Romano pag. mibi 207.

Secundam verò demones expellendi, & infirmitates curandi ex eiusdem Ecclesiæ precationibus, in quibus additur: *Atque contra omnes morbos, & uniuersas inimicorum infidias tutamen.* Hoc experientia tot miraculis contestata probat, quorum aliqua per B. Elphegum Episcopum patrata refert Osbertus in eius vita: per S. V Volphelimum Abbatem Conradus eius discipulus in eius vita. De B. Hildegarde Theodoricus Abbas lib. 3. *de vita S. Hildegardis c. 9.* De S. Petro Cœlestino Papa in vita eius. De alijs pluribus refert Gretzerus lib. 3. *de S. Cruce cap. 37.*

Quare poterunt Exorcista, ac Parochus hoc etiam remedium adhibere, vt obsecros ad fidem vigorosam, ac fiduciam perfectam faciliter disponant, qua demones à seipsis abigere valeant, ac propulsare.

§. I.

615.
*Oleum benedi-
ctum valet cō-
tra demones.*

Huc referendum est Oleum à Sacerdotibus, etiam non Episcopis benedictum, obsecrosis, ac maleficiatis siue pro potu, siue pro vunctione ab Exorcista exhibitum, quod ad dæmones coercendos, ac maleficia defruenda plurimum valere exempla varia contestantur.

Beda

Beda Venerabilis in Lucam cap. 8. cum ageret de Mónialis cuiusdam obfessæ à varijs, quæ dæmon inflixerat, vulneribus sanatione: & ipsamnet (vno excepto) cetera fuisse sanata, narrasset, hæsistanti Sacerdoti eam consilium hoc dedisse, refert: *Si, inquit, oleum pro infirmis consecratum eidem medicamento asperseris, sicque me perunxeris, statim sanitati restituar; nam vidi per spiritum in quadam longius positam ciuitatem, quam numquam corporalibus oculis vidi, quellam quandam calamitate laborantem taliter à Sacerdote curatam. Fecit, ut illa suggesserat, statimq; vlcus remedium, quod ante respuerat, accipere consentit.*

Hoc sancto oleo vtebatur S. Parthenius, ad quem cum Eucheria Agapij vxor beneficio affecta, cui intestina rodebantur, adducta eslet, Sancto triduo orante, & oleo Sanctorum ei propinante, sanitati pristinæ restituta est; vt refert Surius in eius vita. Idemq; hic ipse Sanctus beneficium eodem oleo inungens cuidam Lesbo Oano impendit. Hoc oleo etiam S. Theodosius Cenobiarcha brucos pellebat: ac morbos grauissimos S. Launomarus abiebat. Et hoc ordinarium B. Auxentij Archimandritæ contra dæmonis obfidores, morbosq; ab eo illatos erat remedium, teste Metaphraste *in vita eorum*. Nec minori successu eodem vli sunt contra serpentis iæcum, ac morbum virulentum S. V. Vinunalocus, & S. Paternus Abricensis. Ad arreptitios etiam ferocissimos liberandos S. Eutychius Patriarcha, S. Hilarion Abbas, Ægydius Nitteletus Decanus Cameracensis, vt referunt Metaphraastes, Surius, D. Hieronymus, Eustachius, Anonymus, & Ioannes Molinetus *in vita eorum*.

Quare Exorcista hoc etiam vti remedio poterit, qui similis Filio hominis septem stellas in manu, septem nempe sacramentalia, quasi celestia medicamenta, quibus dæmoniacæ infirmitates curari possunt, habebit. Sed circa vñctiones caueat, quæ supra monuimus num. 318.

Cap. III.

De Remedijs particularibus Ægrotum præparantibus.

Quemadmodum solent Medici in curatione morborum aliquando medicata potionē; aliquando sectione, & vñtione subuenire egrotis: vnde medicina, cui nomen à modo, & temperamento impositum existimat, in duas species pharmaceuticas, & chirurgicam diuiditur: ita Exorcistæ, ac Parochi idipsum in curatione morborū inalefiorum præstare debent. Non enim remedijs generalibus tantum ex Sacramentorum, ac Sacramentalium virtute desumptis huiusmodi ægritudines arcere debent; sed maximè particularibus ab Ecclesia ad hunc effectum institutis, exorcismis nempe, ac præceptis ecclesiasticis, quibus & maleficia, & maleficiorum autores propulsantur. Illa etenim generalia, ersi patientem ad fidei, ac confidentiæ in Deum actus eliciendos, quibus & dæmones expelliuntur, & maleficia destruuntur, maximè disponant; attamen ex se, & absolutè nō ad dæmones expellendos, ac maleficia destruenda; sed

Exemplis comprobatur.

Laurentius
Surius.

Ianuar. 10.
Metaphraastes.
Ianuar. 10.
Febrnar. 7.
Febrnar. 14.
Martij 5.
Aprilis 6.
Aprilis 16.
Chron. Belgic.
Anno 1490.

616.

Particulare,
remedium ad
dæmones expel-
lendos, & ma-
leficia soluen-
da

314. Par. III. Cap. III. De Remedijs p articularibus.

sed ad peccata vel mortalia, aut venialia remittenda: vel ad gratiam conferendam, aut augendam: vel ad alios huiusmodi effectus producendos sunt ordinata.

Remedia autem particularia, de quibus impräsentiarum loquimur, ex se, & absolutè à Deo sunt instituta, & ab Ecclesia, non ad alium finem, quā ad dæmones expellendos ab hominibus, & à rebus ad homines spectantibus ordinata.

617.

Hoc typicè videtur in simili Filio hominis, qui non solum septem stellas in manu Sacra menta, & Sacramentalia designantes habebat; sed etiam gladium ex utraque parte acutum ex eius ore exeuntem gerebat. Nam quid aliud gladius ille quam verbum diuinum, quo infernalis hostis feriendus est, & à creaturis expellendus, præfigurat? *Viuus enim est,* inquit Paulus Apost. Hebræor. c. 4. *sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio anticipiti, & pertingens usque ad divisionem anima, & spiritus, compagum quoque & medullarum, & discreto cogitationum, & intentionum cordis.* Et non est villa creatura inuisibilis in conspectu eius: Non inferior scilicet corpore, quantumvis mole quantitatua aciem oculorum obtundat: Non media, vt homo, qui spiritu interiori mouetur in corpore opaco: Non superior, vt dæmon, qui cum purus sit spiritus corpore expers, homine natura est superior. Nam gladius hic verbi Dei ex utraque parte acutus, quia ex utroque testamento colligitur, potentissimus est, nedum pro dæmonie coercendo, & expellendo ab hominibus, & è rebus ad homines spectantibus, vt fusè cap. 4. explicabitur; sed pro homine ipso obfesso ad suam liberationem, dum per instructionem, ac probationem ab eo resecatur ignorantia, ac diffidentia, quæ potissimum liberationi obicem ponunt, præparando.

Et gladius verbi Dei, nempe Exorcismus, q. potissimum est pro vexato preparando, & pro dæmonie coercendo.

At quia vexationes, quibus in dies homines afficiuntur aliæ à dæmonibus: aliæ à causis naturalibus: aliæ ex pura imaginatione prouenire dignoscuntur; idèò antequam ad remedia dæmones expellentia deueniatur, primò ab Exorcista, & Parocho, quæ, & qualis vexatio sit, est cognoscendum. Secundò instruenda persona vexata. Tertiò probandum, an instructio ab ea sit bene percepta, & per eam facta sit capax ad liberationem. Quod tribus sequentibus articulis aperietur.

A R T I C V L V S I.

De modo certitudinaliter cognoscendi: an quis verè sit maleficio affectus, vel à dæmonie possessus.

618.
Quomodo ab
Exorcista in-
terrogandi sint
domeitici Ob-
sessi,
Et de quibus.

Primò ab Exorcista interrogandi sunt parentes personæ vexatæ, vel eius consanguinei, aut curam habentes de origine infirmitatis, de tempore, ac modo, quo talis infirmitas inciperit: An die, vel nocte: qua noctis hora, pura an post tertiam, & ante quintam, vel sextam: quia eo saepius tempore Maleficci, ac Sagæ maleficia operari solent: An in somno, vel vigilia: An sensim, ac paulatim, vel inopinatò, ac repente: An domi, vel extra domum: An ex cibo coñesto, vel potu: An aliquod remedium adhibuerit; & tunc

& tunc diligenter querat, quis tale remedium adhibuerit: An Medicus, vel Chirurgus, vel Religiosus, vel Idiota, vel Femina: An fuerit naturale, vel spirituale: An verba fuerint prolata, & quae sint illa verba: An signa cum aliquo instrumento ligneo, ferreo, lanceo, lapideo, plumbeo, aureo, argenteo, vel huiusmodi facta sint: An alia interuenerint, quae nullam naturalem ad sanitatem conferendam vim habent: quia sapientius contingit, aliquos, immo plurimos prius nedum ad humana sece confugere auxilia, quam diuina; sed etiam ad diabolica, Magos, Maleficos, & Sagas aduocantes, ab eisque remedia postulantes. Quod monet etiam Drexelius de Conformatione voluntatis lib. 5. cap. 10. §. 7. *Ille plurimorum, inquit, intollerabilis error, & abusus est, ut prius ad humana sece auxilia conuertant, quam ad diuinam; neque hac, nisi illis omnibus frustra tentatis, rebusq; iam planè depositis, censeant.* Quo sane fit, ut humana remedia ordine plerumq; prepostero adhibita, vindicante Deo, incassum nobis eant. Et paulo infra addit: *Multis vix alius est Medicus, quam Magus, nec alius pharmacopeus, quam diabolus queritur.* Iure ergo Deus per hos punit, per quos tam varie offenditur. Propterea Exorcista, si forte aliquem ad Magos confusisse, aguoscat sanitatis acquirendae gratia, illum moneat, ut prius penitentiam agat, ac diuinæ iustitiae vindicanti satisfaciat.

§. I.

SEcundò Exorcista Vexatum interroget super eisdem, de quibus supra, eum alloquendo, intuendo, audiendo, & eius dispositionem considerando, signa tam probabilia, quam certitudinalia inuestigando: quid de sua infirmitate sentiant, interrogando: interim diligenter eius dicta, vultus mutationem, gesta, ac desiderium suæ sanationis obseruet.

Ex quibus inuestigationibus, si nihil probabilitatis habeat, quod patiens vexatus sit, non ultra procedat, ne patiens super re non existente incipiat suspicari; sed potius ipsum ad diuinum in omnibus, & ante omnia hortetur implorandum auxilium; deinde ad peritum Medicum configendum, ut per naturalia pharmaca (si infirmitas naturalis sit) optatam valeat consequi sanitarem.

Si verò ex præmissis inuestigationibus aliquod eidens habeat signum, illum à dæmone esse possesum, aut maleficio affectum, liberè ac tutò Exorcista poterit de vexationis illius certitudine iudicium ferre, & ad ulteriores actus, nempe ad instructionem, probationem, & dæmonis expulsionem procedere, de quibus infra: Sed Vexati iudicium de sua vexatione prius requirat: an scilicet esse naturalem, vel à dæmone causatam arbitretur. Quod si naturalem esse respondeat, non est ultra procedendum: quia Vexatus vel fateri debet vexationem suam esse à dæmone, (si verè talem esse agnoscat): vel faltem dicere debet, se talem vexationem esse à dæmone suspicari; ut sic ab Exorcista debita ei remedia possint adhiberi.

Si autem dicat, se infirmitatem suam esse à dæmone suspicari; sed de sua liberatione non curet, pro tunc ultra non est procedendum: quia Exorcista oleum,

619.
Quomodo in-
terrogandus sit
Obsequus.
Supra nu. 154.
& sequent.

316 Par. III. Cap. III. De Remedijs particularibus.

Supra nu. 13.
& nu. 220.

oleum, & operam perdet; nam Deus ab ægrotis adultis ordinariè cōsensum requirit ad sanitatem illis impertiendam.

Si tandem velit, ac sanitatem quærat; sed illam se consecuturum non credat, tunc per Exorcistam; aut per parentes, amicos, vel domesticos est disponendus.

§. II.

620.

Modus ad faciendum experimentum certum de obsessione, ac presentia dæmonis in corpore humano.

Tertiò, si ex precedentibus inuestigationibus signa aliqua habeantur probabilia, Patientem esse à dæmone vexatum, vt certitudo de tali vexatione habeatur, sequens faciendum est experimentum. Primo Exorcista obfessum breuiter instruat, vt credat ipsum esse Christi, & Ecclesiæ ministrum, & auctoritatem habere dæmonem è corporibus obfessis expellendi, eiusque opera malefica destruendijdcircò, si verè, ac realiter dæmon fuerit in corpore ipsius, illicò ad præceptum ab Exorcista sibi imponendum se propalaturum.

Genuflexo ergo Obfesso (si potest) coram Exorcista veluti coram iudice sedente, tunc ipse Exorcista voce horribili, & aspectu graui, & maxima diuini auxilij munitus confidentia, sequens præceptum conditionatū formet :

Præceptum conditionatum probatum.

In nomine Iesu Christi ego N. ut minister Christi, & Ecclesiæ præcipio tibi dæmon, vel vobis spiritus immundi, (si aliqui estis in corpore istius creaturae Dei) ut statim detis mihi aliquod signum euidens, ac certum praesentiae vestre, hanc creaturam indefinenter vexando: aut communendo humores in ea more solito eo modo, quo à Deo vobis fuerit permissum.

Quod si patiens à dæmone verè fuerit vexatus, statim dæmon Exorcistæ præcepto obediet, effectus causando, quos antea consueuerat operari. Et tunc Exorcista statim dæmoni præcipiat, vt à tali vexatione cesset, iuxta regulas supra positas num. 368. & sequentibus. Si verò dæmon nullum det euidens signum suæ præsentiaæ, tunc Vexatus ab Exorcista dimittatur, illum ad diuinum implorandum auxilium hortando, vt supra admonendo, vt falsam existimationem remoueat, & quod credat experto, & non sibi. Huiusmodi autem præcepta Exorcista siue latino, siue vulgari idiomate iuxta opportunitatem, & exigentiam, secundum monita supra tradita num. 368. & sequentibus, poterit efformare.

ARTICVLVS II.

621.

Modus instruēdi Vexatū pro sua liberatione preparandū.

De Instruktione pro Vexato ad liberationem præparando.

Postquam Vexatus verè esse energumemus, vel maleficio affectus, cognitus fuerit; antequam Exorcista ad præcepta expulsiva deueniat, vt fructuosa sit adiuratio, ac præcepta expulsiva dæmoni facienda suum possint obtinere

obtinere effectum, posito paciente coram Exorcista, presentibus parentibus, & alijs pijs personis, clare, distinctè, ac suauiter in doctrina infra ponenda illum instruat: sed diligenter Exorcista aduertat, vt patiens illam percipiat; ideoq; illum ad attentionem sèpiùs exciter; & aliquando iubeat, quæ audit, denuò replicare. Semper ad spem, ac confidentiam illum roboret. Proponat ei certam ex parte Dei, & Ecclesie liberationem, si ipse perfecta, & inhabitantem confidentiam habuerit, ac huiusmodi liberatio illi futura sit salutaris. Sèpiùs eum commoneat, ne demoni attendat, si illi aliquid intùs suggesterit, neque si aliquam ei intulerit vexationem.

Ad aliquod præceptum expulsuum, nisi completa instructione, ac probatio, scilicet nisi paciente benè instructo, ac in fide, ac fiducia probato, non veniatur.

Si tamen Obsesus à dæmone turbaretur, ne instructioni posset attendere, tunc Exorcista præceptis lenitiuis, de quibus infra num. 664. dæmonē cohíbeat, videlicet ei præcipiendo in nomine Iesu, ne patientem perrubet, aut molestat, nec impedit, quin attentè, ac deuotè instructiones audire, ac percipere queat; addendo etiam, (si opus fuerit) aliquam aduersus dæmonē obiurgationem: vt infra num. 660.

De quatuor ergo principaliter ab Exorcista, vel Parocho instruendus est Vexatus.

Primò in his, quæ in ordine ad Deum credere debet.

Secundò in his, quæ Exorcistam respiciunt.

Tertiò in his, quæ in ordine ad dæmones credere debet.

Quartò in his, quæ ad seipsum spectant.

Q V A E S T I O .

Quomodo, & de quibus Vexatus instruendus sit erga Deum.

REspondetur, Energumenum, aut maleficio affectum, vt maximam in Deum fiduciam, ac confidentiam pro sua liberatione elicere queat, quæ sequuntur firmiter credere debere.

Primò omnia, quæ in mundo sunt, siue bona, siue mala à Deo esse, vel volente, vel permittente iuxta illud Eccles. c. 11. *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas à Deo sunt:* Ideò omnia maleficia, dæmoniacas obsessiones, ac possessiones, vt simpliciter malum penæ dicunt, quæ est quid posituuni, esse à Deo volente, & approbante: vt verò. malum culpæ includunt, vel ad culpam inducunt, esse à Deo non volente, nec approbante; sed tantuimmodo permittente, seu non impediente.

Secundò, quodd mala, quæ Deus hominibus euenire permittit, diuinæ Prouidentia ad bonum dirigens cuncta disponit: vt loquitur Boethius lib. 4. Consol. phil. prosa 6. in fine, videlicet si Vexatus peccator est, vt resipiscat, & penitentiam agat: si verò iustus est, ad maiora christianæ perfectionis incrementa prouocetur. Quare Exorcista, vel Parochus Patienti ad Deo gratias agendas pro tali vexatione persuadeat; eique dictum D. Hieronymi reime-

Supra nu. 18.

622.

Quomodo, & de quibus vexatus instruendus sit erga Deum.

vers. 44.

Supra nu. 128. & sequent.

623.

Diuina Prouidentia bene cuncta disponit.

Supra nu. 388. & sequent.

rememoret, nempe quòd *Omnia Providentia Dei gubernantur*, & sèpè que putatur pena, medicina est. Consequenter hortetur, vt ex totis præcordijs peccata detestetur, ac confiteatur, & in virtutum exercitio magis, ac magis proficeret contendat. Moneatq; virtutis profectum in offerendo seipsum ex roto corde diuinæ voluntati consistere: ita vt una æquali facie, vt loquitur Thomas de Chempis lib. 3. cap. 25. nu. 3. in gratiarum actione permaneat inter prospera, & contraria, omnia aqua lance pensando: Sic semper voluntatem suam in omnibus diuinæ subijciat, ac conformet.

624.

Obsessus ad voluntatem signi confugere debet.

Sup. nu. 429.

Tertiò, cùm nullus Vexatus, nisi per diuinam reuelationem scire possit, an sit voluntas Dei, nec ne, vt diu talem sustineat vexationem, Exorcista eum instruat, vt ad signi voluntatem confugiat, quæ per diuinæ scripturas nobis manifestat Deum omnibus inuocantibus se suum præstare velle auxilium, & in se credentes, ac in Sanctissimo nomine suo confidentes velle à quacumq; dæmoniaca liberare vexatione, si talis liberatio eis salutaris sit futura. Propterea ad hoc vt Vexatus (quantum est ex se) suam liberationem faciat esse salutarem, ad laudem, & gloriam Dei, ac salutem animæ sua illam ordinet: & dum in oratione à Deo suam petit liberationem, simul talem ordinationem petat, nempe, vt Deus sibi sanitatem, ac simul auxiliū efficax tribuat, vt tali sanitate ad Deum laudandum, & glorificandum, ac magis magisq; in bono proficiendum benè vtatur.

§. I.

625.

Obsessus credere debet, quòd Deus est omnipotens.

Supra nu. 268.
& nu. 394.

626.

Deus est sapientissimus.
Supra nu. 268.

627.

Deus est summe bonus.

Supra nu. 394.
& sequent.

Quartò, Exorcista moneat illum, vt Deum esse omnipotentem, nec ullam esse creaturam, quæ eius potentia valeat resistere, firmiter credat; idcirco licet in corpore Energumeni essent mille dæmoniorum legiones, illicet Deum eos expellere posse: Ac respectu diuinæ Potentiae non esse differentiam, ab uno obfesso centum millia dæmoniorum expellere, ac si unum solum: quia cùm Dei potentia sit infinita, & dæmonum finita, inter eas nulla est proportio; ideoq; tota omnium dæmonum potentia simul unita respectu diuinæ nihil est.

Quintò, vt Deum sapientissimum esse credat; ideoq; perfectissimè omnium dæmonium machinamenta, dolos, ac fallacias noscere; & cùm vbique per essentiam, per potentiam, & per presentiam sit, omnia esse aperta, & nuda oculis eius; eaque sine ullo impedimentoo apertissimè videre, ac modū, quo ea destruere, ac dæmones à corporibus obsessis valeat propulsare, optimè agnosceret.

Sexto, quòd Deus est suum bonum, ideoq; se ad extra per communicationem diffundit, prout à creatura capi potest, & ei expedire iudicat. Quare ratione suæ bonitatis vult omnibus benefacere, & non malefacere, quantum est ex parte sua: Sic Drexelius de Conformatione voluntatis lib. 2. cap. 5. ait: *Deus non tantum vult fieri, quicquid in Orbe fit (dempto peccato) sed id omne re ipsa semper exequitur, quod melius est, imò quod optimum est, hoc est (vt sic loquamur) ingenium Dei, & innata eius propensio.* Hac de causa, vt nos suæ bonitatis faciat esse particeps, sèpius in diuina scripturahortatur,

tur, vt illum inuocemus, inuocatiibus se suum præstare auxilium pollicendo. Sic Christus, dum mortali carne induitus in hoc inferiori Orbe morabatur, pertransiens omnibus benefaciebat, & omnes à dæmone oppressos salvabat, vt habetur Act. 10. Deditq; potestatem suis Discipulis, & eorum successoribus omnia dæmonia ejiciendi: quam etiam omnibus in se credentibus Marci vlt. communicauit dicens: *Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient.* Ex quibus omnibus clare constat, Deum velle (quantum est ex parte sua) omnes Energumenos, & maleficio affectos à dæmone liberare, si ipsi ad liberationem perfectè se disposuerint, faciendo quantum in se est, ac Deum suppliciter rogando, vt talis liberatio sibi salutaris sit futura; nec eam nisi sub tali conditione ullo modo querant impetrare.

Septimò: quòd Deus verax est, nec mentiri potest, nec in suis promissis deficere: idcirco, cùm promiserit Marci vlt. supra citato, se ad fidem credentium dæmones expulsurum (si Vexus perfectam in eo fiduciam collocauerit) à dæmone proculdubio eum liberabit, si talis liberatio ei sit profutura.

628.

*Deus est vera-
cissimus.*
Supra nu.
& sequent.

§. II.

O Craud, quòd dæmon obsessos sæpiùs ad multa mala perpetranda inducit, puta ad blasphemias, ad peccata carnalia, ad rixas, ac iurgia excitanda, ad odia fouenda, ad parentes contemnendos, ad domesticos perturbandos, ad collisiones, submersiones, præcipitia, desperationem, ac mortem ipsam, vt in dies experientia docet: quæ omnia, et si à Deo permittantur; non tamen approbantur; sed potius odit illa; ergo etiam dæmonem in corporibus humanis habitantem, ac talia suscitantem odio habet.

Nonò, Exorcista ex præmissis deductam Vexato proponat conclusionem, nempè in Deo confidentiam: quia Deo æqualiter de omnibus cura est: quia omnipotens, ac sapientissimus est, ac vult omnibus in se confidentibus opitulari; ac fidelis est in omnibus suis promissis, ideoq; maximè confidendum est in eo, qui suos numquam deserit; Suis enim semper præsens est, & auxiliari semper est paratus, vt omnia suorum amicorum ad opportunum finem dirigantur; propterea Vexus eo semper animo illum exoret, nec dubitet; sed certò sciat suas preces (si tamen iusta petat) esse exaudiendas: nam instar oraculi habeat illud à Chrysostomo dictū homil. 14. in Matth. *Si cum hoc studio mentis accesseris, & dixeris: Nisi accepero, non recedam, prorsus accipies: si modò talia postulaueris, qua & illum, qui rogatur, dare debeat, & accipere tibi, qui precaris, expediat.*

Decimò, ob oculos ponat Vexato: quòd sicut omnia Sacraenta ex opere operato suum productum effectum, Deusq; infallibiliter ex parte sua concurrit, (si adsint requisita ex parte materia, formæ, ministri, ac recipientis) sic Ordo Exorcistatus, cùm sit Sacramentum, vti plures graues testantur Autores, ex merito passionis Christi, si omnia aderint requisita, suum producet effectum: qui effectus est dæmonis expulsio; ideo si obsesus

629.

*Demon ad mul-
ta mala ob-
ses inducit.*
Supra nu.
& nu. 541.

630.

*Ordo Exorci-
status producit
effectū ex opere
operato.*
Supra num. 9.
& nu. 17.

per

320 Par. III. Cap. III. De Remedijs particularibus.

per fidem , ac confidentiam in Deum benè fuerit dispositus , à dēmonis ty-
rannide proculdubio dissoluetur .

§. III.

632.
*Deus numquā
obſeffos dere-
linquit, ſi ipsū
deuōtē inuocēt.*

Supra nu. 468.
& 469

VNdecimò, Exorcista vexatum moneat, Deum, cùm pientissimus sit ; numquam ipsum derelictum ; sed ipſi, ſi eum inuocauerit, ſuum preſtitum auxilium : nec defectus illius diuinę protectioni obicem ponent, ſi illos ex totis prēcordijs detestetur; ideò numquam Energumenus de ſua ſalute tam corporali, quām ſpirituali desperet : quia Deus nō vult mortem peccatoris; ſed vt conuertatur, & viuat : neque gaudet, hominem talibus iniquiſimi hostiſ vexationibus ſubiaceret, ſi quod ex parte ſua requiri-
tur, perpetrabit . Quare illum , (vt fiducialiter petat à Deo liberationem ſuam ob magnitudinem misericordię eius) hortetur, quę major in benefaciendo homini peccatori, & indigno, quām iusto, ac digno ostenditur : nec non ob inuariabilem, & indeficientem ipsius fidelitatem , quę in ſeruandis ſuis promissionib⁹ numquam deeft . Insuper conſoleetur cor patientis, eius afflictum, ac iacentem erigat animum, & ad dēmoniacis insultibus reſiſten-
dum corroboret ; oſtentatq; non eſſe diſſicile , dēmones expellere : quia Deus ex parte ſua veluti ſol refulgens paratiſſimus eſt , ſuos quaquauerſum gratiarum diſſuendere radios , dummodo ignorantę nubes , ac diſſidentię tollantur ; idcirco ſi ipſe perfecte crediderit , ac confidentiam in eo inheſitantem collocauerit, vtq; victor erit . Propterea ſemper Exorcista vultum lētum, hilarem, ac iucundum oſtentat : nec Obſeflo vimquā minetur; ſed eum hortetur, vt gaudeat, & conſoleetur .

§. IV.

633.
*Quomodo Deus
p̄t̄es iuuet
Exorcista, &
Energumeni.*

Dodecimò, certiſſimum eſt, quòd ſi Exorcista, & Energumenus ſimul cum diabolo ad eiſciendum illum pugnauerint , Deus magis Exorciste, & Energumeni, qui ſe illi commendat, partes inuabit, quām diaboli ini-
mici ſui, qui illum blaſphemat, & odiat . Ergo certiſſima erit victoria . Quis poterit reſiſtere Deo ? Et ſi aliquando Deus dēmones non eiſciat, non eſt , quia non poſſit , vel neſciat , aut nolit , quantum ex ſe eſt ; ſed quia vexato expediens eſſe non iudicat, quia ſi à dēmoniaca vexatione citò liberaretur , fortaleſe ad priora, & etiam ad maiora peccata reuerteretur : vel quia Vexatus conſideret ad Deum non confugit ; ſed de eius voluntate optima , ac pientiſſima veretur .

Quare concludimus , maximam eſſe diaboli tentationem , credere quòd Deus velit , (licet permittat) dēmones in hoc ſpeciali corpore habitare (exceptis maximis peccatoribus) ita vt Vexatus non procuret, nec ſuam li-
berationē procurate debeat : ſicut tentatio eſtet ei, qui in ignem cecidit, & poſſet amici auxilio liberari, & nolleſt, dicens : *Deus voluit, me in ignem ca-
dere, ſic ergo volo manere.* Cui ego responderem : *Tua incuria, & impru-
dentia in ignem cecidiſti ; & dum voluntarie ſine aliquo recto fine potens , non
viſ liberari, morieris in corpore, & etiam eternam amittes beatitudinem .*

QVÆ-

Q V E S T I O N E.

Quomodo instruendus sit Vexatus de spectantibus ad Exorcistam.

R Espoedetur breuiter, Energumenum, ac maleficio affectum, vt ad suā liberationem rectē sit dispositus, debere in ordine ad Exorcistam quinque actus elicere, scilicet credere, obedire, attendere, se conformare, & manifestare.

Primò credere debet Vexatus, quod Exorcista sit Dei minister, & quod eius operationes principaliter ipsius Dei sunt, & instrumentaliter ipsius ministri; ac per consequens diabolus sine dubio illi obediens: quia non obediens Dei ministro, est Deo non obediens: sicut in artificialibus sera est instrumentum fabri lignarij, & qua ratione lignum serræ obedit, dum per eam scinditur, eadem ratione obedit fabro, qui serram mouet: sic in ministerijs ecclesiasticis Deus ministrum suum tanquam morale instrumentum mouet; & non obediens ministro eius, est ipsi non obediens; ergo Exorcistæ præcepta efficacia erunt, si Energumenus ex parte sua ritè fuerit dispositus.

Pari modo Vexatus credere debet, quod Deus absq; dubio cum suo ministro concurret, quando in nomine eius præcipiet. Sicut enim infallibiliter cum Sacerdote concurret ad consecrandum, cum Confessario ad absolucionem, & cum Patrocho ad baptizandum, dummodo sint omnia necessariæ requisita: ita cum Exorcista concurret, cùm debitè officium sui ordinis administrabit; omnia enim Sacra menta ex opere operato virtutem habent, vt communiter censem omnes Auctores.

Si autem dicatur, quod diabolus non semper præceptis Exorcistæ obtemperat; ideo Energumeni fides vacillat, immo etiam ipsius Exorcistæ.

Respondeatur, quod diabolus semper Exorcistæ obediens tenetur in his, quæ ad suam spectant electionem, si Energumenus sit perfectè dispositus, ac firmiter credit, nec intus vacillet; & Exorcista ritè suo munere fungatur: vt centies experientia comprobaui. Sed cùm Energumenus non est perfectè dispositus: vel Exorcista non ritè suo fungitur munere, tunc dæmon nō obedit; immo etiam si Exorcista omnes conditiones haberet requisitas, si patientis non sit benè dispositus, dæmon, saltem præceptis ad expulsionem pertinentibus non obtemperabit. Sic etiam in alijs Sacramentis, quæ pertinentibus obicem gratiam non conferunt, contingit.

§. I.

S Ecundò Vexatus Exorcistæ obediens debet; quod præstare tenetur nedū in exterioribus, sed in interioribus actibus, quibus ei tanquam Dei ministro honor, ac reuerentia exhibetur.

Tertiò ad dicta, ac præcepta Exorcistæ attendere; nec vlo modo ab eis diuertere: quia tunc diabolus multa, vt diuertat, proponit; propterea Energumenus fide, intentione, attentione, & toto conatu attendat: quia per

634.

Vexatus erga
Exorcistam de-
bet quinque
actus exequi,
scilicet,
1. Credere.

Supr. n. 10. 11.

635.

Instancia.
Solutio.
Supra nu. 367.

636.

2. Obedire.
3. Attendere.
Supra nu. 369.
& sequent.

322 Par. II. Cap. III. De Remedijs particularibus.

actus fidei vigorosæ dæmon quām maximè compellit, vt exactissimam Exorcistæ obedientiam præster.

4. Se conforma-
re.

Quarto in omnibus se Exorcistæ conformare debet, ita vt pugnet contra diabolum, ac suam voluntatem Exorcistæ voluntati conformet. Ideoq; cùm minister præcipit, & ipse præcepti huiusmodi executionem intendat, ad quodcumque præceptum ab Exorcista factum sive ad probationem, sive ad expulsionem diuina virtute dæmonem ligari firmiter credens, ita vt ab eius obedientia se subducere non possit.

Præterea aduertere debet Patiens, ne tempore exorcismi villo modo Exorcistæ repugnet: nec quamvis diabolus aliquid infus siadat, perturbetur; sed totam suam ad Christi ministrum dirigat intentionem: credens illum tunc dirigi à Deo, & facere illius opera, ideoq; ab eo adiuuari: Vnde contra dæmones Deus, minister, & patiens decertabunt.

§. II.

637.
3. Manifestare.

QVINTO Vexatus omnes diabolicas tentationes cuiuscumque generis sint, nedum ad peccata inducentes; sed etiam suggestiones à monitis Exorcistæ distrahentes illi manifestare debet. Semper enim aduersarius aliquid obijcit Obsesso, vel vt Exorcistæ non credat: vel vt rædio afficiatur: vel vt alicuius recordetur distrahentis: propterea Exorcista saepius mentem Energumeni subleuet, & quantum possibile fuerit, cor eius roboret; opportuna temptationibus expellendis remedia tradat; ipsum quietet, & diffidentem ad spem erigat, & ad fiduciam excite. Ipse quoque coram paciente taliter seipsum in verbis, & actibus exhibeat, vt ille dictos actus elicere possit; ac sepè conditiones, quaer verum ornare debent Exorcistam, ipse mente reuoluat, & opere exequatur.

QVÆ ST 10 III.

Quomodo Vexatus instruendus sit aduersus dæmones.

638.
*Instructio Ve-
xati contra dæ-
mones.*
Supra nū 63.

Respondetur, Energumenum, siue Maleficium indubitanter sibi persuadere, ac credere debere, quod licet dæmon maximam naturalem super res corporeas habeat potestatem; & tantam, vt non sit alia super terram, quæ ei comparetur; attamen hec potestas propter peccatum ab eo patratum in eo infirmata est, non quoad actum primum: quia etiam post peccatum naturalia in dæmonibus integra, remanserunt; sed quoad actum secundum, idest quoad operationem, vt non omnia mala, quæ lubet, possit perpetrare.

Pér Passionem veræ Christi, ac mortem eius huiusmodi potestas dæmoniaca fuit confracta, ac sublata non simpliciter, & absolutè; sed respectuè, ac dependenter à Deo, eo modo, quo supra explicuimus nn. 65. & 66.

QVÆ-

QVÆ ST 10. IV.

Quomodo Vexatus instruendus sit erga seipsum.

Respondetur, Energumenum, ut perfectè ad suam liberationem disponatur, diligentissimè erga seipsum quæ sequuntur debere obseruare:

Primi Energumenus, postquam Exorcista euidenter cognovit, quod ille verè à diabolo possidetur, aliud iudicium à iudicio Exorciste formare non debet, nempe quod iudicet infirmitatem suam naturalem esse, vel à causa naturali procedentem: vel aliquem defectum naturalem in ea concurrens: quia hoc multum curationi obesset; nam Patiens à démone deceptus esset; propterea non contra illum cum Exorcista; sed pro illo contra Exorcistam decertaret. Qui enim se à démone obfessum esse non credit, nec potest fidei actus elicere, quod per precepta Exorcistaræ à démone sit liberandus. Quod sépissimè experientia in multis obfessis, ac maleficiatis comprobauit.

Secundò Vexatus probabiliter vexationem, quam sustinet, ob aliquam suam culpam, saltem venialem sibi euenisse credere debet, memor illius dicti Domini N. egris iam sanatis insinuati, ne scilicet amplius peccarent, ne deterius aliquid eis contingeret. Idcirco statim omnia sua peccata grauiora, licet etiam alias confessio confiteatur, si Confessarius expediens iudicauerit. Sacram recipiat Eucharistiam, ac perfectè reconcilietur Deo in infinita eius pietate, ac misericordia confusus: Ex quo credit, radicem suæ vexationis primariam auferri. Nec in hoc suggestenti diabolo credat, quod sit aliquid peccatum sibi occultum, ob quod à démoniaca obfessione nequeat liberari.

§. I.

Tertiò quamvis Energumenus aliqua indicia habeat, ex quibus infirmitatem diabolicam ab aliqua determinata persona medijs maleficis sibi euenisse, indicate possit; numquam tamen tale iudicium formet: tum quia facile à démone tentaretur, ut pro vindicta malum aliquod illi intentaret; sic grauiora peccata inde sequentur: tum etiam quia tale iudicium eius curationi valde obesset: si dō omnino huiusmodi diabolicas tentationes à se abijciat, ac nihil penitus curet, vnde vexatio proueniat diabolica: hoc unum scire sufficiat, quod immediatè à démone excitatur.

Immo dico, quod Vexatus, et si certè personam maleficam nouerit, nihil adhuc de hoc curet: quia si perfectè contra démonem munitus fuerit, Malefica nihil amplius mali poterit ei inferre; & factum citò euanescet: quia Ecclesiæ auctoritas super omnes Maleficos, & super totum infernum habet potestatem.

Quartò pro certo tenere debet Patiens, quod in vexatos curando nulla differentia est: siue démon corpus per timorem: siue per maleficium: seu ob quamcumque aliam causam ingressus sit: neque si maleficium sit intin-

639.

Instructione Vexati erga seipsum.
Obfessus debet credere se à démone esse obfessum.

640.

Peccata confiteatur.
Iordan. 5. 14.
Supra n. 533.
& 574.

641.

Non iudicet;
aliquam determinatam personam sibi maleficium intulisse.

642.

Dignissimum scimus.

324 Par. III. Cap. III. De Remedijs particularibus.

secum, aut extrinsecum, vel cuiuscumq; generis: neque si dēmones sint plures, vel etiam legiones, vel vnius tantū: nec si vexatio sit recens, aut antiqua: vel maleficiorum fuerint renouationes, aut confirmations: neque si Energumeni fuerint aliās exorcizati, necne. Neq; refert, si dēmones muri, vel loquaces sint: terribiles, vel pacifici: maiores, vel minores: subditi, vel principes: legati, vel soluti. Et tandem vexationes qualitercumq; quo modocumque, & cuiuscumque generis sint, per Exorcistam, Deo dante, omnino auferentur: nam auctoritati Ecclesiæ, & Patientis fidei tartareæ potestates sunt subiectæ, & dēmones obſidentes sine illa difficultate omnino obedire compellentur.

§. II.

AT fortasse dicent aliqui, per experientiam agnitus esse, in curandis vexatis multas circa predicta differentias esse, vt in Scriptoribus huius artis videri potest: vt puta quod obſessus ex timore, quam ex maleficio vexatus facilius curatur; & cum maiori difficultate plures, quam pauciores ejiciuntur dēmones; quod etiam rationi consonum videretur.

643.
Instantia.

Solutio.

Respondetur, hanc falsam de huiusmodi differentijs opinionem à diabolo introductam esse, vt difficilior curatio redderetur; sed in veritate non sic est: quia existente vera, & perfecta in Vexato dispositione, & auctoritate in Exorcista, nulla prorsus curandi est difficultas. Sicut anima, quamvis peccatis innumerabilibus obnoxia fuerit, si verè fuerit disposita, per absolutionem unicam subito ab omnibus criminibus soluetur: sic dicendum est in casu nostro.

Vnde autem difficultas oriatur: an ex parte Dei: vel ex parte Energumeni, aut ministri, infra, vbi de dāmone obſidente explicabitur.

§. III.

644.
Vexatus refran-
nare debet pa-
ſionēs.

QVINTO VEXATUS suas passiones refranare debet, suumq; animum componere; ita vt in eo nulla concupiscentiæ, odij, iræ, inuidiæ, maledomiæ, tristitiae, diffidentiæ, desperationis, aliarumq; passionum, quæ animum molestant, & dēmoni dant pabulum ad vexandum, turbatio inueniatur. Auferat singulariter melancholiā, & toto corde lērus in omnibus diuinæ voluntati se conformet; & sic lectus, in quo cubat diabolus, erit ablatus.

645.
Vexatus quo-
modo possit per
ſeipſum repel-
lere vexationes
diabolicas.

Supra nu. 192.

SEXTO VEXATUS certò credere debet, (quod etiam experientia comprobabit) se diuino auxilio, quod nemini illud volenti deficit, ac fide, ac confidentia in Deum, quæ firma, & non hesitans, nec vacillans esse debet, & liberi arbitrij actu adiutum, seipso posse omnes diabolicas, etiam absentē, Exorcista, ejicere vexationes, in nomine Iesu dēmoni prēcipiendo, vt ab omni vexatione desistat, ac totaliter à se recedat: quia hæc dēmones ejiciendi potestas in nomine Iesu, à Christo omnibus in se creditibus communicata est, Marci vlt. Signa autem eos, qui crediderint, has sequentur: In nomine meo

meo demonia eiciunt. Diabolus enim nullam intrinsecam, aut extrinsecam in corpore saltem grauem inferre potest vexationem ijs, qui actu in Deo maximè confidunt, quòd eos ab huiusmodi vexatione sit protecturus, ac præseruatur; sed magis minus in Deo confidentes, ac de eius protectione diuinā magis diffidentes vexat: vt præter experientiam certam, colligitur etiam ex c. *Nec mirum.* §. *Magi sunt.* 26. q. 5. *Hi permisso Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo.* Cui adstipulantur *Isidorus lib. 8. Ethymolog. c. 9.* *Burcardus lib. 10. c. 42. Iuo p. 11. c. 67. Panorm. lib. 8. c. 65.*

Supra nu.66.

Supra nu.67.

Ex quo apparet, Vexatum səpiùs diuinum auxilium implorare debere, actus fidei firmæ, ac confidentiæ in Deum inhesitantis səpissimè elicere: hanc à Deo quotidie suppliciter petere; ac libero arbitrio vñà cum Dēi gratia omnes tentationes, & illusiones repellere diabolicas; quòd si quæ dico, Vexatus effecerit, super se Dei auxilium experietur.

ARTICVLVS III.

De Probatione Vexati ante liberationem requisita.

Postquam Vexatus, vt obsessus, aut maleficiatus sufficienter cognitus in his, quæ ad suam liberationem sunt necessaria benè instructus fuerit, non debet Exorcista ad liberationem subitò deuenire, nisi priùs, an verè ad liberationem sufficienter dispositus fuerit, comprobetur; idcirco alius additur actus, qui Vexati probatio nuncupatur. Tunc autem Obsessus perfectè erit probatus, quando Exorcista in quatuor prædictis benè expertum esse, videlicet in ordine ad Deum, ad Exorcistam, ad dæmonem, & ad seipsum, iudicabit.

646.

Probatio vexati quemam sit.

QUESTIONES I.

Quomodo Vexatus probandus sit erga Deum.

Respondetur, Energumenum tunc fore benè probatum erga Deum, cū effectus erga illum dispositus fuerit: quia cùm totus liberationis dispositio erga Deum, vt valeat liberari. Quæ dispositio ab Exorcista cognoscetur, si Vexatus Primò in puritate conscientiæ dispositus fuerit, quæ Deo gratum reddit. Secundò in actu humilitatis, quæ eundem facit capacem gratiarum. Tertiò in actu confidentiæ, quæ Deum ad nos inclinat.

Primò in conscientiæ puritate: si magis nempe quàm priùs Sacramenta frequentet, & aliqua delicta, de quibus ab Exorcista argutus fuit, emenderit; & vitam suam super viuendi modo ordinaverit; idèo ad probationem ista vexato suggerere deberet, ac suadere.

Secundò in humilitatis actu: si se liberatione indignum existimet: si se aliorum commendet orationibus, vt ad liberationem inuenetur: si gratias

647.

Ex quibus Exorcista cognoscet Vexatum benè esse dispositum erga Deum pro sua liberatione.

326 Par. III. Cap. III. De Remedijs particularibus.

D eo de dæmonis subiectione, & de promissa liberationis gratia persoluat .
Tertio in confidentiæ actu : Si , Exorcista de Dei bonitate , pietate , clementia , misericordia , ac fidelitate , ac de liberationis gratia loquente , ipse in vultu latitiae signa ostendat , nulla dubia ponat , nullam difficultatem agnoscat ; sed dæmonem illicet recessurum , cum vnicum ab Exorcista in nomine Iesu præceptum aduersus ipsum fuerit prolatum , firmiter arbitretur .

§. I.

648.
Interrogationes:
Vexato facienda ab Exorcista, ut cognoscatur, an bene sit dispositus..

Ad maiorem nihilominus Vexati in istis probationem , Exorcista praticè circa praedicta in ordine ad Deum inquirat : similiter de loco , & tempore , in quibus vult liberari , ut ex ipsius responsione agnoscat , an benè sit probatus . Poterit autem vulgari idiomate de sequentibus illuminare interrogare .

1. Credi , che Iddio t' habbi mandato questa diabolica vessatione , acciò facci emendatione de tuoi peccati , e per l' auuenire t'affatichi per fuggire tutti i peccati ; e' viui più puramente , & attendi con più feroce à dar gloria à Dio , & al profito dell'anima tua . (Si responderit , quod non : vel dubius fuerit in respondendo , non est benè probatus .) Si verò responderit affirmatiuè , est probatus . Sed addat Exorcista :

2. Come hai disposto , e determinato d'emendarci , e pfittar nel benc? Si se nondum de hac re aliquid determinasse , sed post liberationem , se determinaturum responderit , non est benè probatus . Si verò responderit : Firmiter decreui omnes peccandi occasiones fugere ; proximo meo bene facere ; mala omnia culpa deuincere ; Sacraenta Ecclesiæ frequentare ; opera misericordie corporalia , ac spiritualia , & alia opera bona exercere : tunc est bene probatus . Sed addat Exorcista :

3. Credi , che Iddio adesso subito ti possa liberare da qualsiuoglia obfessione , infestatione , maleficio , e vessatione diabolica , ancorche tu fossi posseduto da cento millia legioni de demonij ? Responsio affirmatiuè est de fide ; idcirco de hoc nulla debet esse dubitatio . Sed addat Exorcista :

4. Credi , che Iddio sappia il modo , col qual immediatamente può subito scacciar da te il demonio , distrugere tutti i maleficij , e liberarti da qualsiuoglia diabolica vessatione . Responsio affirmatiuè est de fide ; sicut prior : neq; de hoc nulla debet esse dubitatio . Sed Exorcista sequentem addat interrogacionem , quæ omnium est principalissima :

5. Credi , che Iddio vogli liberarti dalla potestà diabolica , e da qualsiuoglia vessatione , che dal demonio ti possa esser cagionata nel tuo corpo ? Si de hoc dubius fuerit , non est benè probatus . Si verò affirmatiuè

matiuè responderit, est probatus. Et tunc Exorcista potest addere:

6. *Sopra di che appoggi questa tua speranza, e confidenza d'esser liberato?* Si respondere nesciat; non est perfectè probatus. Si autem dixerit, *Confido diuina fretus misericordia, pietate, ac fidelitate;* tunc est benè probatus. Sed addat Exorcista:

7. *E quando credi, che Iddio ti vogli liberare dal demonio?* si responderit: *Me liberabit quando sibi placuerit:* tunc addat Exorcista:

8. *E quando pensi, che piacerà à Dio di liberarti? Hoggì, dimani, la settimana seguente, dopo un'anno?* Si se nescire responderit, non est benè probatus: *Si verò dixerit: Hodie, immediate quod tu R. Pater demoni præcipes, ut exeat, statim sine mora exibit, & ego sanus fiam, si sanitas fuerit mihi salutaris, ut spero:* tunc erit benè probatus. Adhuc Exorcista poterit addere:

9. *In che luogo credi, che Iddio ti vogli liberare?* Si dubitet, & cogitet nunc de hoc, nunc de illo, puta necessarium esse Romanum proficisci disiudicet; vel ad S. Mariam Lauteranam; vel ad aliud celeberrimum templum; non est benè probatus. Si verò responderit: *Deus me liberabit, ubicumque demoni præceperis, ut exeat; etiam hic: quia liberatio non dependet à loco:* erit benè probatus; sed addat Exorcista:

10. *Credi, che Iddio concorrerà con la sua virtù infinita à scacciar il demonio date, quando io come Ministro di Dio, e di S. Chiesa li comandarò nel nome di Giesù Christo, che subito da te si parta?* Si dubius fuerit, non est benè probatus. Si verò affirmatiuè responderit, dicens: *Ita credo, si hac liberatio fuerit mihi salutaris, sicuti confido:* tunc est benè probatus.

Q V A E S T I O 11.

Quomodo probandus sit Vexatus erga Exorcistam.

P Robatus erit Vexatus in ordine ad illa, quæ ad Exorcistam pertinent, quando de illo tantam fidem concipiet, quod certò à Deo illius ministerio securè se liberandum fore sperabit. Hoc autem ex tribus poterit cognoscere Exorcista.

Primò si partiens Exorcistæ reuerentiam exhibeat: vel in aliquo illum contemnat: vel ei gratias de laboribus pro ipso assumptis persoluat. Qui enim aliquod magnum beneficium sperat ab uno, tamquam magnum, ac honore dignum illum reueretur. Qui autem aliquem contemnit: vel non curat de eo, vel nihil sperat ab eo: & similiter qui de beneficijs acceptis gratias agit, alia beneficia sperat, ac meretur. Qui verò gratias non agit, aliud à Benefactore non pretendit.

Secundò obseruet Exorcista, an obsessus secum de liberatione hilari vultu

649

Ex quibus Vexatus cognoscatur benè probatus erga Exorcistam.

328 Par. III. Cap. III. De Remedijs particularibus.

tanquam de re certa , de loco, modo , & tempore eiusdem loquatur . De his enim liberenter loquimur, quæ amamus, ac desideramus .

Obseruet etiam, an liberari petat, & quo desiderio, & instantia . Item si, dum obuius est illi Exorcista, ad eius aduentum lœtitiae signa, quæ ex bono sperato ori si solent, ostendat .

Terrid obseruet, an dæmones taliter Exorcistæ sint subjecti, quod in omnibus sine villa contradictione , vel mora citò obedient : Ex quo Vexatus fidem concipit, eos etiam vltimo præcepto expulsiuo obedientiam præstitionis . Quare ad maiorem conceptæ fidei de sua liberatione confirmationem, Exorcista dæmoni præcipere poterit , ut aliquam leuem in patientia, causet vexationem : deinde ei præcipere, vt à tali vexatione desistat, ut sic Vexatus obedientiam, quam dæmon Exorcistæ præstat, clarè agnoscat . Quia præcepta semper in nomine Iesu , vel in nomine Sanctissima Trinitatis Patris, & Filij , & Spiritus Sancti fieri debent ; & regulariter idiomate, materno ipsius Patientis . Vnde si dæmon statim Exorcistæ obedit, signum est , quod Vexatus est benè probatus : Si verò non obedit , non est benè probatus .

Poterit autem ipsum Vexatum sic interrogare :

*Interrogationes
facienda ab
Exorcista.*

1. Credi, che io sia Ministro publico di S. Chiesa da essa depurato à scacciare i demonij da corpi humani , e da tutte le cose spettanti à gli huomini ?

2. Credi, che da Dio , e da Santa Madre Chiesa mi sia stata concessa questa autorità , di poter nel nome di Dio scacciar i demoni come sopra ?

3. Credi, che se io adesso comandaro al demonio , che ti possede , e tormenta , che si parti da te , e non ti dia per l'auuenire più molestia alcuna , egli farà da Dio costretto ad obedirmi ? Si in respondendo dubius fuerit, & aliquam difficultatem posuerit, non est benè probatus . Si autem hilari fronte dixerit : Sic utique ego credo , si talis expulsio fuerit mihi salutaris , ut firmiter spero : tunc ritè probatus erit .

Q V A E S T I O III.

Quomodo Vexatus probandus sit aduersus dæmonem.

651.
*Quanam obser-
uanda sim ab
Exorcista , ut
cognoscat Ve-
xatum esse be-
nè dispositum
contra dæmonē.*

R Espondetur, Vexatum tunc dic aduersus dæmonem, benè probatum , cùm diuina protectione fretus, illum amplius non timet : cùm illum contemnit : cùm sibi præcipienti ei, ne vexet, statim obedientiam præstat . Nam sicut dæmon, cù ob Vexati diffidentia de diuina protectione poteſtatem super illum acquisierat , per vexationem illum affigebat, ac contemnebat, ac tanquam tyrannus sibi ab eo obediri volebat : sic è contra , quando Vexatus diuino suffyltus auxilio amplius dæmonem non timet ; sed

sed totam in Deo suam collocat fiduciam ; tunc non ita arctè sub potestate dæmonis detinetur. Et cùm dæmonem cōtemnit, non vexatur; Et cùm præcipit, ne vexet, statim vexare cessat : & tunc non est difficile etiam illum à corpore expellere : Ideò ad eius probationem tria prædicta obseruabit :

Primo. Si Vexatus timens dæmonem animo deficiat, ac de diuina protectione diffidat : Si habens maleficiorum timorem, remedia spiritualia non querat : Si ad minimos timores contremiscat : Si solus ambulare in cubiculis timeat, alijsq; in locis domus solitarijs. Quibus existentibus, non est benè probatus ; cùm timor diabolicus non fuerit adhuc per maximam in Deum confidentiam perfectè evacuatus.

Secundo, Si Vexatus dæmonem contemnat, ac derideat : si, quasi eum nihil faciens, cùm de eius potestate est sermo, rideat : Si de tentatione, ac suggestione eius non curerit; imò nec illi attendat : tunc benè probatus erit.

Tertio, Si Vexatus imperium non habeat super dæmones : Si statim vexationem, cùm venerit, non reijciat : Si sibi ab Exorcista imperato, vt aliquid dæmoni præcipiat, ille vel præcipere timeat : vel præcipiens, à dæmone non obediatur, non est benè probatus. Oportet enim, vt non solùm dæmonem Exorcista per se præcipient; sed etiam ipsi Vexato præcipient per fidē in nomine Iesu obedire teneri firmiter credat : cùm hæc præcipiendi potestas in nomine Iesu à Christo cuiilibet in se credenti, ac confidenti, vt sèpius dictum est, sit concessa. Quare Exorcista, vt istorum habeat probationem, subtiliter, diligenter, & artificiosè super dictis punctis Vexatum interroget, & omnia, quæ dicit, modumq; ipsum loquendi, & explicandi benè attendat.

QVÆSTIONE IV.

Quomodo Vexatus probandus sit in ordine ad seipsum.

R Esondetur, Vexatum esse benè probatum in ordine ad seipsum, & ad liberationem benè dispositum, quando in eo, quæ sequuntur, reperiuntur.

Primò, cùm mens eius est tranquilla, conscientia quieta, intellectus non confusus, sed clarus, imaginatio non turbata, nec varijs agitata imaginibus; sed benè disposita, locutio libera, & omnes potētiae sensitivæ nō impeditæ. Hoc tamen est intelligendum, quando contrarij effectus à natura, seu à naturali infirmitate non prodirent. In quo nihilominus cautè est procedendum : cùm multoties, quæ causa apparet naturalis, in Vexato diaboli sit deceptio.

Secundò, cùm Vexatus sùa liberationis maximum habet desiderium; propterea sèpius humiliter, ac suppliciter ab Exorcista petit liberari. Sed non sufficit desiderium, sicut nec spes quæcumq; est sufficiens; sed firmissima fides requiritur, ac confidentia sine vlla hæsitatione, qua credat Deum pro sua infinita bonitate, & clementia, pro veritate verbi sui, idest pro sua fidelitate ad præceptum Exorcista sui ministri infallibiliter dæmonē expulsum,

652.

653.
Ex quibus cognoscatur Vexatus esse benè probatus in ordine ad seipsum.

330. Par. III; Cap. II. De Remedijs particularibus.

surum, si expulsio fuerit salutaris: sicut sperat, ac confidit. Sæpius ergo eum Exorcista, an hoc firmiter credat: vel an dubitet, interrogare non desistat.

Tertiò, cùm ad invocationem Sanctissimi Nominis Iesu, (ab ipso Vexato pollice crucis X signo formato super corporis partem à dæmonе vexatâ) statim dæmon vexare cessat, ac sine mora ab illa parte recedit, signum est. Vexatum esse benè probatum.

§. I.

654.
Ordo seruan-
dus ab Exorci-
sta post habitas
probationes.

Habitis ab Exorcista de Vexato præmissis probationibus, præcipiat illi, vt genuflexus ante imaginem Crucifixi, corde, & ore simul formet, & clarè, ac distinctè suorum peccatorum detestationis actum emittat; ex totis præcordijs doleat, humiliter veniam petat; Deo protestetur, se imposterum velle Deum toto corde, tota anima, tota mente, ac totis viribus amare; se indignum ad aliquid à Deo beneficium recipiendum fateatur; seipsumq; pro eius amore quicquid secundum beneplacitum voluntatis eius fuerit, ad patiendum offerat. Veruntamen quia ex signi voluntate nouit, Deum à suis fidelibus in cunctis tribulationibus, ac necessitatibus inuocari velle; ideo diuinam eius bonitate, ac clementia fretus, ac confisus confidenter à Deo suam expostulet liberationem, ac tandem dæmonem cōtemnat, illiq; ipsemet præcipiat, vt in nomine Iesu totaliter à sé recedat. Quæ omnia proferat in lingua sua materna. Interim obseruet Exorcista, an Vexus magno affectu, ac deuotione illa proferat: quia si tepidè ac remissè, adhuc nō esset benè probatus. Poterit autem obſellus, si legere sciuerit, infra scripta formula, vel alia simili vti. Si autem legere nescierit, ipse Exorcista ei dicet illam, vel aliam similēm de verbo ad verbum.

655.

Hic autem aduertat Lector, quod sequens, sicut omnes aliae subsequentes orationum formulæ idiomate vulgari ponuntur, vt linguae latine ignari, quæ dicunt intelligentes, deuotius proferant. Enunciantur vero secundum communem loquendi Lombardorum usum, qui personam honorabilem, ac venerabilem alloquentes in secunda persona, nō vtuntur numero singulari, puta dicendo: *Ti prego mio Dio, che tu vogli concedermi questa gratia:* Sed numero plurali dicendo: *Signor mio Dio, vi prego vogliate concedermi questa gratia.* Vel loquauntur in tertia persona dicentes: *Prego la Maestà vostra, che voglia concedermi questa gratia.* Vnusquisque ergo illas proferat secundum usum suæ maternæ linguae, & prout deuotio magis illū excitabit.

*Oratione à Giesù Christo per essere dalla tirannia del demonio,
e da suoi maleficij liberato.*

656.

Signor mio Giesù Christo, eccomi io N. vilissimo seruo vostro prostrato inanzi la Maestà vostra, conosco, e confessò, che son stato ingrato à voi mio Dio Creatore, e Redentore: poichè

poiche in vece di ringratiarui per tanti beneficij , e fuori da voi ricevuti, v'ho offeso grauemente con tanti miei peccati, per i quali non merito di riceuere dalla Maestà vostra gratia alcuna; & in particolare mi conosco indegno d'essere liberato dalla potestà del demonio, che suole in varij modi tormentarini. Mà è però vero ancora, che hora di tutti i peccati commessi tutto il tempo della vita mia me n'accuso, e me ne pento, e di tutto cuore li detesto per esser offesa fatta à voi mio Dio , che meritare d'essere amato soprà tutte le cose : È mi protesto, che per l'aumentare non vi voglio più offendere con l'aiuto vostro; mà vi voglio amare , e seruire con tutto il mio cuore , con tutta l'anima mia, e con tutte le mie forze; & affaticarmi , che da altri ancora siate amato , e seruito ; & in penitenza de miei peccati m'offero prontamente ad'adempire quelle mortificationi , che da Padri spirituali , e da miei maggiori mi verranno imposte . Anzi m'offero di patire questa vessatione diabolica , e qualsiuoglia tormento, e la morte istessa; quando così fusse il vostro diuin volere . Mà perche conosco , che voi sete Dio non solo onnipotente, giustissimo , e sapientissimo ; mà pietosissimo , benignissimo , clementissimo , e liberalissimo , prontissimo à perdonare à peccatori , mentre con cuor sincero , pentiti de loro peccati à voi ricorrono humilmente d'essi chiedendoui perdono ; e promettete di soccorrere tutti quelli , che'n voi confidano , anzi di liberarli dal demônio istesso : pertanto eccomi confidato nella vostra gran bontà, e misericordia, e nella fedeltà nel mantenere le promesse vostre, humilmente vi prego, e supplico per la grandezza della vostra pietà, e clemenza ; per la verità della parola vostra, che non può mancare ; per honor, e gloria del vostro Santissimo Nome ; per l'efficacia della vostra Sacratissima Passione ; per i meriti della Vergine Santissima vostra dilectissima Madre, del mio Angelo Custode, e de Santi N.N. miei devoti, vogliate hor' hora liberarmi dal demonio vostro nemico , siche non habbia più potestà per l'aumentare di molestarmi in modo alcuno, nè intrinsecamente, nè estrinsecamente , nè per se stesso, nè per mezzo de Malefici, ò altri suoi ministri : mà dalla vostra

332 Par. III. Cap. III. De Remedijs particularibus.

stra virtù infinita sia cōstretto à pigliar bando da me, e distruggere qualsiuoglia maleficio, ò fattura, che contro di me habbia operato: acciò riceuendo hor'io questa gratia, habbia maggior motiuo di ringratiare la Maestà vostra, d'ammirare, e lodare la grandezza infinita della bontà vostra, & infallibilità della parola vostra, e glorificare il vostro Santissimo Nome. Amen.

Deinde statim idem Vexatus subiungat sequentem detestationis actum.

Atto di detestatione da farsi dall'obſesso, per ſcacciar da ſe lontano il demonio.

657.

ETU diauolo maladetto nemico di Dio, ribelle del mio, e tuo Creatore, apostata del mio, e tuo Signore, con che autorità presumi di voler possedere più questo mio corpo, e molestarmi in modo alcuno adesso che in Giesù Christo ho posto la mia confidenza; però io non voglio, che tu stij più in questo mio corpo; mà nel nome di Giesù Christo ti comando, ch'al preccetto, che ti farà questo Reuer. Padre Eſorcista ministro di Giesù Christo, e di Santa Chiesa, subito ſenza alcuna dimora da me ti parti, e per l'auuenire non habbi più potestà di trauagliarmi in modo alcuno: perche intendo, e pretendo di voler viuere, e morire ſotto la protettione del Santissimo Nome di Giesù.

Si prædictos actus Vexatus maximo affectu, ac deuotione elicuerit, ac ſine illa hæſitatione reprehensibili ſe liberandum fore crediderit, Exorcista ad præceptum expulſuum, de quo infra num. 744. poterit deuenire.

Cap. IV.

De Remedijs particularibus pro Dæmone coercendo.

658.
Damon coereē-
dus est obiur-
gatione, & præ-
cepto.

Verè ex vtraque parte acutissimus est verbi Dei gladius pro obſesso ad ſuam liberationem præparando, dum per instructionem, ac probationem ex vna parte ab eo remediorum spiritualium ignorantia abſcinditur; ex altera diſſidentia de Dei bonitate, ac libe-ralitate reſecatur; ſed acutissimus eſt etiam ex vtraque parte, dum Exorciſta cum Obiurgatione, tum præcepto vtitur

	Obsidente, seu Ingrediente.
	Possidente, seu Existente.
	Obsistente, seu Renitente.
Pro dæmoni coercendo	Fugiente, seu Exēunte.
	Tentante suum regressum.
	Repetente, seu Reuertente.
	Infestante ea, quæ ad hominem spectant.

Quod sequentibus articulis palam fiet.

A.R.T.I.C.V.L.V.S. I.

De Obiurgatione, & Præcepto.

O Biurgatio est operationum dæmonis reprehensio, quæ eius superbiam coeret, & impedit, ne actu ita acriter vexatum tentet, & affigat: vt supra demonstrauimus num. 355. Quæ quidem maximam efficaciam habet, si aduersus dæmonem non legendo, sed sonora, ac increpatoria, & aspera voce ab Exorcista sedente, capite cooperato, minaci vultu, ac maiestate terribili ad dæmonem increpandum, ac contempnendum, verba, & intentionem, actualē dirigente exerceatur. Nam dæmon, qui est purus spiritus, non puris verbis; sed spiritus, ac verbi Dei gladio est coercendus, & exterminandus. De quo gladio loquitur Paulus Ephes. 6. dicens: *In omnibus sumentes scutum fideli: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus (quod est verbum Dei).*

Tunc autem Exorcista iubeat in nomine Iesu, vt dæmon ante pedes eius Obsessum demissō capite genuflectere faciat: & si expediens iudicauerit, pede obsessi caput, sed leuiter, ac breui tempore conculcare potest, dæmoni obijcendo quæ sequuntur ad ipsius superbiam deprimendam.

§. I.

DIc maledicte dæmon serpens tortuose, cognoscis Deum esse?

Cognoscis te esse creaturam Dei positam sub potenti manu Dei?

Cognoscis te esse creatum multis illustratum donis; sed ob superbiam tuā omnia gratuita amisisse, & in naturalibus quoad praxim vulneratum, & infirmatum esse?

Cognoscis te esse à sedibus Paradisi, vt Angelū apostatā, ac rebellem deiectum, ita vt non possis amplius acquirere gratiam Dei?

Cognoscis nos homines, et si peccatores simus, maximam tamen

659.

Obiurgatio ad
demonem quo-
modo sit facie-
da.

660.

Obiurgationes
aptissima ad
demonis super-
biam deprimē-
dam.

334 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

tamen diuino auxilio posse acquirere gratiam, ac cælesti fieri dignos beatitudine?

Cognoscis Christum esse verè filium Dei, & esse caput Catholicæ Ecclesiæ?

Cognoscis Christum per suam Sacratissimam Passionem, mortem, ac resurrectionem tibi omnem abstulisse potestatem hominibus nocendi in anima, & in corpore pro omnibus his, quos Deus vult protegere; & maximè pro ijs, qui in eo suam constituant fiduciam?

Cognoscis per Passionem Christi datam esse virtutem, & efficaciam Sanctissimo Nomini Iesu, ut quicumque fiducialiter illud inuocauerit, ab omnibus tuis maleficijs, fallacijs, & machinationis liberetur, ac præseruetur?

Cognoscis Christum dedisse potestatem Ecclesiæ dæmones ejiciendi in nomine eius?

Cognoscis me, etsi peccator sim, tamen verum esse ministrum Christi, & Ecclesiæ, & consequenter plenam habere potestatem dæmones ejiciendi à corporibus humanis; & ab his, quæ ad homines spectant?

Quomodo igitur poteris contra stimulum calcitrare?

§. II.

661.

Poterit autem Exorcista post vnamquamque interrogationem dæmoni præcipere, ut respondeat dicendo:

Sic præcipio tibi dæmon in nomine Iesu, ut respondeas, & dicas veritatem.

Nam esto, quod dæmon se non cognoscere, quid dicat, responderet; posset Exorcista ex illius responsione, illum magis, ac magis obiurgandi, & increpandi occasionem desumere, sic dicendo:

Si tu hæc non cognoscis, quia status tui oblitus stultus factus es: vel quia malignus es, eos nō vis cognoscere: ego, qui Christi minister sum, & Ecclesiæ, & sacrarum litterarum non ignorans, hæc omnia per fidem optimè noui, ac per studium diuinæ Scripturæ, per Canones, & Sanctiones Ecclesiasticas, & Sanctorum Patrum testimonia, saltem mediocriter intellexi.

Sic Exorcista suas interrogations prosecutatur. Nihilominus regulariter, si Exorcista recte suo munere fungatur, ad huiusmodi interrogations dæmon

dæmon à virtute diuina veritatem fateri, vt pluries ego experientia didici, compelletur. Ratio est: quia hæc omnia directè ad liberationem ordinantur, quibus dæmon conuincitur, & conuictus vires amittit, ne tentare obsessum, & ab his, quæ credenda docet Exorcista, illum auertere non ita efficaciter & assiduè valeat. Sed huiusmodi interrogations Exorcista vulgarium idiomate formare poterit, vt & obsesus, & astantes intelligentes, quæ dicit Exorcista, magis, ac magis ad deuotionem, ac fiduciam excitentur. Nec est necesse, dæmoni præcipere, vt respondeat, quando illum super obsessum lingue usum potestatem habere non constat: sed tunc illum increpare, & obiurgare modo prædicto sufficiet: nam semper dæmon (si præfens sit in corpore) obiurgationes, & interrogations perfectè intelligit; licet non semper potestatem habeat respondendi.

Conuictus ergo dæmonie circa predicta, Exorcista subiungere, ac concludere debet:

Cum igitur ego sum minister Christi, & Ecclesiæ, à Deo, & ab Ecclesia vt iudex delegatus contra te constitutus, vt ex corpore eorum, qui ad Christum, & ad Ecclesiam confugiunt, te expellam, intendo, & volo mea vti auctoritate, nunc à corpore istius creaturæ Dei te expellendo, ac propulsando, ita quod amplius ad eam accedere non præsumas: nec poteris subterfugere, quin statim, ac festinanter meis obtemperes mandatis.

Manifestatio
auctoritatis.

§. III.

De Præcepto.

Preceptum est ordinatio, seu mandatum, quo efficaciter astringitur dæmon virtute diuina ad Exorcista, vt ministro Christi, & Ecclesia præstandam obedientiam.

Omnia autem præcepta, quæ secundum hanc artem regulariter fieri possunt, ad quinque genera præceptorum reduci possunt.

Primi generis præcepta communia sunt, quibus Exorcista in quacumque necessitate vtitur, cum dæmonem vult compellere ad aliquid agendum; vel ab aliqua actione cessandum; vel ad aliquibus interrogationibus respondentum. Potest autem regulariter formari sequenti modo:

Ego N. vt minister Christi, & Ecclesiæ in nomine Iesu Christi præcipio tibi dæmon, vt facias hoc, vel illud, &c. nec impedias obsessum, quin liberè ad me accedat; & sine ullo impedimento loquatur; & hæc similia.

Secundi generis præcepta probatua dicuntur, quibus Exorcista ad probandum, an aliquis sit imaginariè; aut fictè; vel verè, ac realiter vexatus vtitur: quod sub conditione sequenti modo formati potest:

662.
Præceptū quid
sit.
Et quotplex.

Præceptum
commune.

663.

Ego

336. Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

Præceptum probatum.

Ego N. vt minister Christi, & Ecclesiæ in nomine Iesu Christi præcipio vobis spiritus immundi, (si aliqui estis in corpore istius creaturæ Dei) vt statis detis mihi aliquod signum euidēs, ac certum præsentia vestrae, causando in hac creatura coram me aliquem ex illis doloribus, quos prius me absente efficere in ea soliti eratis.

In hoc autem præceptorum genere ea, quæ habentur supra *num. 620.* nec non monita tradita *nu. 366. & sequent. & 375. & seqq.* obseruabit.

§. IV.

664.

Tertij generis præcepta in ordine ad liberationem, ad vexationem tollendam ordinantur, & Lenitiua dicuntur, quæ fieri debent, quando Energumenus actualiter vexatur, ad tollendas vexationes, dicendo :

Præceptum lenitium.

Ego N. minister Christi, & Ecclesiæ in nomine Sanctissimæ Trinitatis, & in virtute Domini nostri Iesu Christi præcipio vobis dæmones, qui vexatis hanc creaturam Dei, vt statim desinatis nocere ei : nec habeatis potestatem impediendi sensus eius, siue exteriores, siue interiores; ita vt attentè, & quietè sine villa perturbatione meas possit audire, ac percipere instructiones.

Quædo sint factendum.

Hæc, quotiescumque Energumenus perturbatur à dæmone, præcepta fieri debent: quia numquā dæmones Energumeno aliquod malū inferre, est permittendum, nisi hoc Exorcista ex industria præciperet; vt mox dicetur *nu. sequenti.* Semper tamen breuis præcedere debet instructio, nempe vt Vexatus fidei actus eliciat, credendo Exorcistam Christi, & Ecclesiæ verum esse ministrum: & quòd Deus per eius præcepta ad obedientiam sibi præstandam dæmonem compellat; ita vt dæmon non poterit, ei vt ministro Dei non obedire. Nam sine istis fidei actibus dæmon difficillime obediet Exorcistæ. Illis verò præcedentibus, vel concomitantibus semper obediet. Non dico tamen, quòd singulis præceptis instructio præponi debeat; sed singulis actibus, & Exorcismis, & illis præceptis, in quibus aliquādo dæmon aliquam ad obedientium difficultatem præbet; sicut & præceptis illius generis, cuius amplius non facta fuere: & quando etiam Vexatum ad credendum, quod est præcipiendum, perfectè esse dispositum, non clare constaret.

§. V.

665.
Præcepta instructiva quænam sint.

Quarti generis præcepta Instructiua dicuntur, quæ scilicet ad ostendendam dæmonis obedientiam ei imponuntur: quæ in omni cōjuratiōnis actu sunt præponenda, vt Vexatus dæmonum vilitatem, ac debilitatem videns, qui taliter subiiciuntur præcepto, vt non possint ullo modo

modo reniti, ad credendum, ac confidendum excitetur, & quod etiam ad ultimum præceptum obedient expulsiūm, quando Exorcista eis præcipiet, vt ab eo totaliter recedant. Quare Exorcista dēmonibus præcipiat, vt & ipsimē Vexato obedientiam prestare non recusent. Et tunc Vexatus dēmoni aliquid præcipiat, credens, quod sibi dēmon procertō obedient, vt dicendo.

Nel nome di Giesù Christo ti comando, o diauolo maladetto, che tu ti parti subito dal mio stomaco, dalla mia testa, dalle mie gambe, è da quella parte, nella quale hora mi tormenti.

Quomodo facienda.

Interim pollice crucis & signum super vexatam partem formando, Exorcista similiter in nomine Iesu huiusmodi præcepta siue latīno, siue vulgari idiōmate, prout expediens iudicauerit, formet, eo modo, quo dictum est supra num. 369. Formulae autem erunt huiusmodi :

Ego N. vt minister Christi, & Ecclesiae in nomine Iesu Christi præcipio tibi dēmon, qui existis in corpore istius creaturæ Dei, vt statim coram me in terram prosternas hanc creaturam, sine vlo tamen hōcumento ipsius. Iterum præcipio tibi dēmon in nomine Iesu, vt facias illam surgere.

Varia præcepta
instructiua.

Item in nomine Iesu præcipio tibi dēmon, vt facias lugere hanc creaturam me præsente, sicut faciebas me absente. Iterum præcipio tibi, vt cesses, nec facias eam lugere.

Item in nomine Iesu præcipio tibi, vt venias ad guttur, & leuiter more solito eam torqueas. Iterum præcipio tibi, vt redas à gutture.

Ad quid deserunt.

Hæc & alia huiusmodi præcepta poterit Exorcista formare prius dēmoni præcipiendo, vt aliquam, vel alias ex consuetis vexationibus causet; quibus causatis, statim præcipere deber, vt desistat. Hæc namq; præcepta ad concipiendam (vt annui) maiorem fidei efficaciam, & ad reuerendam auctoritatem Ecclesiae fiunt: & ad Vexati spiritum roborandum. Videns enim Vexatus tantam præceptis Dei obedientiam prestari, in fide ad ampliora credenda roboratur: magis Ecclesiam reueretur, per cuius ministru tot vidit mirabilia operari: lætatur etiam cor eius, quod iam suppressas diabolicas tentationes inspiciat, quibus taliter fuit vexatus, ac tentatus: & tandem in Dei laudes prorumpet, cùm viderit, quod dēmonibus, qui ei dominabantur, nunc tam liberè Exorcista dominatur. Per huiusmodi autem præcepta doceat Exorcista, & Vexatum instruat, quod dēmones etiam præceptis expulsiuis obedient: quia est eadem de omnibus ratio, si ipse Patiens perfectè fuerit dispositus: Et quod etiam tunc exitum præcipere posset; sed non expedit, donec ipse Vexatus perfectè fuerit probatus.

§. VI.

666.

Præceptum expulsiuum.

QVINTI generis præcepta expulsiua dicuntur ; & sunt ea , quæ ad expulsionem dæmonum sunt ordinata . Formulae autem erunt huiusmodi :

Ego N. vt minister Christi , & Ecclesiæ ea auctoritate , quam accepi à Christo Domino , & ab Ecclesia in ordine Exorcistatus , In nomine Sanctissimæ Trinitatis , & in virtute Sanctissimi Nominis Domini nostri Iesu Christi , præcipio vobis dæmones , si plures estis , vel tibi , si unus es , qui existis in corpore istius creaturæ Dei , & eam solitus es vexare , vt illicò exeras cum omnibus tuis socijs , ac recedas ab ea ; nec amplius habeas potestatem nocendi ei die , vel nocte , nec illam diuexandi intrinsecè , vel extrinsecè ; nec ei sub quacumque figura , vel forma apparendi ; nec perturbandi ullo modo . Exeras igitur illicò spiritus immunde : sic enim præcipio tibi , vt minister Christi , & Ecclesiæ . In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti . Amen .

Alia huiusmodi præcepta expulsiua in sequentibus articulis suo loco disponentur .

Præceptum expulsiuum quædo sis faciendum.

Hæc præcepta expulsiua numquam fieri debent , nisi cùm Obsessus ad suam liberationem perfectè dispositus fuerit , atq; probatus . Cùm enim secundum hanc artem omnibus præceptis punctualiter sit à dæmonibus obediendum , expulsiuum præceptum faciendum non est , nisi quando dæmones verè , ac realiter exire debent , quod erit , quando Patiens perfectè dispositus fuerit secundum instructionem suprapositam , ac probationem capite præcedenti assignatam . Nam ante instructionem , ac probationem ad quid dæmonibus , vt exeant , præcipere valebit , si (vt probabile est) obedientiam non præstabunt ? Immò Vexatus , cùm non sufficienter dispositus sit , debilitatur in fide : & fortasse non amplius , vel saltem difficillimè crederet , dæmones exituros : sic ei potius præceptum inféreret nocumentum . Si autem dæmones obediēt , hoc forsitan propter maximam fidem , ac sanctitatem Exorcistæ præstabunt ; quia cùm Vexatus non est adhuc perfectè super resistentij faciendis instructus , dæmones facile in domum , vnde exierunt , reuertentur . Quare præceptum expulsiuum duntaxat faciendum erit , quando Vexatus de omnibus perfectè instructus fuerit , ac dæmones ad plenam , & exactam obedientiam præstandam fuerint redacti .

ARTICVLVS II.

De dæmons Obsidente , aut Ingrediente .

667.
Obsessi communiter dicuntur posseſſi à dæmonie .

QUAMVIS secundum communem loquendi usum quicunque sunt à dæmons posseſſi , etiam obsessi dicantur : & obsessi omnes posseſſi vocen-

Art. II. Obsidente, aut Ingrediente. | 339

vocentur, & Energumeni; in rigore tamen, & secundum vocabuli proprietatem valde inter se differunt. Nam obsessi propriè sunt illi, in quibus dæmon non est; sed tamen ab eo extrà existente vexantur, & affliguntur: vt ostendit in quadam reuelatione, ac visione Beata Hildegardis lib. suarum, *Revelationum* relata à Deltio lib. 3. *Disquis. Magic. par. I. quæst. 4. sect. 7.*

Possessi verò è contra sunt illi, in quorum corpore dæmon non tanquam forma informans, neque tanquam pars eius existit; sed tantum ut assistens loco, vel eis ut instrumento organico vsurus. Constat à simili: Sicut Cittas, quæ ab hostibus obsidetur, et si ab eis valde molestetur; non tamen ab eis possideri dicitur, donec illam ingressi eidem dominantur, ac pro voto suo omnia, quæ in illa sunt, disponant, & administrent: Sic dæmones, dum in humanum nondum ingressi sunt corpus, nec in illo manere à Deo permittitur, non illud possidere dicuntur, sed obsidere. Dæmone verò corpus ingresso, ac possidente, possessi dicuntur, vel Energumeni, vt infra nu. 686.

Dæmoniaci verò vocantur, prout sub dæmonis potestate sunt constituti.

Arreptiti dicuntur, quatenus à dæmone rapiuntur, seu atripiuntur.

Pythonici, seu pythones, quando in corpore spiritum habent diuinant-

Lunatici quatenus duntaxat in punctis vel crescentis, vel decrescentis Lunæ diuexantur.

Vexati dicuntur communiter propter tormenta, quibus à dæmone afficiuntur.

Maleficiati, Facturati, Malitiati propriè dicuntur, quando dæmones per maleficia, nempe cooperantibus maleficiis, corpora sunt ingressi: secundum aliquos verò quando dæmon non presentialiter; sed tantum potestatiue in corpore existit.

Fascinati, quando vexati ad aliquid cogi videntur.

Habentes infirmitatis spiritum ob varias infirmitates à dæmonibus causatas; & alijs huiusmodi multis nominibus, licet essentialiter idem significent, appellantur.

Quas autem molestias dæmones homines obsidentes illis inferre consuerint, iam latissimè supra explicatum est à num. 72. inclusuè vsq; ad 82. exclusuè. Similiter quot modis humana corpora ingrediantur, iam clare demonstratum est à num. 82. inclusuè vsq; ad 90. exclusuè: nunc ergo remanet explicandum.

Q V Æ S T I O N E .

Quomodo impetus dæmonis obsidentis sint à Vexato repellendi.

Respondetur, Obsessum, vt dæmonibus obsidentibus pro virili resistere valeat, ne corpus cum extrinsecè diuexare valeant, & eò minus intrinsecè possidere, debere in sequentibus actibus quam maximè se exercere.

Primò suam quam maximè à peccatis conscientiam immunem reddere debet, ab eisque illam mundam præseruare, pro suo posse diuinum ad id implorando auxilium; quod faciet, frequenter sua peccata confitendo, ac

*ObseSSI proprie
quInam sInt.*

Possessi qui,

*Varia corrum-
nomina.*

668.

*Altus exerce-
di à Vexatis
ad demonem
repellendum.*

Sup. num. 575.
Sup. num. 581.

Sup. num. 66.
& 198.

Su.n. 131. 132.

Sup. nu. 398.
Sup. nu. 627.

sacram deuotissimè Eucharistiam frequentando. Nam si diabolus primò ac principaliter hominem ad peccatum, vt per ipsum super eum pleniorem habeat facultatem, inducere nititur: recedendo à peccato, fundamentum omnium diabolicarum prætensionum remouetur. Sacraenta quoq; maximum ad dæmoni resistendum animæ robur præstant; hominemq; ad firmæ fidei actus, ac fiducia in Deum eliciendos disponunt, quibus diuino suffragante auxilio omnes dæmoniaci impetus evanescunt.

Secundò veros fidei firmæ sæpiùs actus elicere debet, non solùm, quod Sancta Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia credendum docet, credendo; sed explicitè etiam, & in speciali firmiter, & inhesanter credendo, quod Deus, quantum est ex parte sua, eius vexationem non vult, si talis vexatio illi sit nocua, vel saltem maius bonum impedit: immò ex parte sua semper paratissimus est ad tollendam, ac repellendam talem vexationem ab eo, eumq; à quacumque diabolica infestatione præseruandum. Idcirco si perfectè in eius bonitate, ac tutissima ipsius protectione confiderit, dubio procul ab omni infestatione diabolica liberabitur, ac totaliter illæsus custodietur. Nam hæc est vna ratio, ob quam Deus à Maleficiis homines maleficijs vexari permittit: vt qui hæc audiunt, vel vident, probentur; & appareat, qua fide sint, vel deuotione erga Deum: vt habetur c. Nec mirum. §. Si autem aliquis. 26. q. 5.

§. I.

669.
Modus repel-
lendi visiones
imaginarias.
Sup. nu. 494.
& sequentib.

Atto di confe-
denza.

Precesto e spul-
sino.

Tertiò, quando illæ imaginatiæ, vel corporales apparitiones, aut molestiæ in sui corporis membris causantur, de quibus supra num. 72. & sequentibus, Vexatus statim sub Dei potestate, ac protectione sanctissimi Nominiis Iesu positorum esse consideret; dæmonemq; nullam habere nocendi facultatem ijs, qui in Deo omnem suam collocant fiduciam; idèoque ad Iesum mentem suam eleuet, ipsumq; toto corde, & affectu inuocet, sequentia, vel similia verba iuxta suam maternam linguam sæpiissimè repetendo:

Signor mio Giesù Christo, voi sete il mio protettore, e difensore, difendetemi voi da questi miei nemici per honor, e gloria del vostro santissimo Nome.

Postea virili animo contra dæmones dicat:

Fuggite spiriti ribelli del mio, e vostro Dio, che così vi comando nel nome di Giesù Christo: allontanatevi da me, e nō mi molestate: poiche io son posto sotto la protezione di Giesù Christo.

Si Vexatus hec præstiterit, dæmones in fugam vertentur, nec amplius ei apparebunt: vel molestia saltem minus graui eum afficient; & eò minus corpus eius ingredi valebunt.

Poterit etiam dicere sæpiùs magno affectu illa Psalmorū herba superius posita num. 604. vel illam breuem orationem, qua habetur num. 601. qua omnia sunt efficacia ad dæmoniacos impetus repellendos. Quar-

§. II.

Quartò considerare debet Vexatus, ac firmiter credere, diabolum esse vilissimè potestatis; ita ut eum possidere non possit, qui diuino frētus auxilio illum non timet, ac inuocatione Sanctissimi Nominis Iesu eum repellit. Et si suggerat, quod potest, potuit, & poterit, eum derideat, ipsi obiciendo, que dicta sunt supra num. 64. 65. & 66. Et si ea, quæ alias fecit, suggerat, non curet: tunc enim ei resistendi modum ignorabat; ideo corde, & animo roboretur contra ipsum: ac certissimè sciat; quod diabolus formica est facientibus se leonem, & leo facientibus se formicam: quod videtur gygas, si eius verba attendantur, sed vix pygmeus est, si veritas conspiciatur. Hoc docuit S. Hermam Angelus eius Custos mandato 7. vt habetur tom. 1. Biblioth. Veterum Patrum lib. 2. *Diabolum*, ait, ne timeas: timens enim Dominum dominaberis illius: quia virtus in eo nulla est. In quo autem non est virtus, is timendus non est: In quo vero est virtus gloria, is etiam timendus. Et mandato 12. *Diabolus timorem facit; sed timer illius vanus est*. Nolite ergo timere eum, & fugiet a vobis. Vbi autem fundari debeat hæc fortitudo, statim admonet dicens: *Diabolus non potest dominari in Dei seruos, qui ex totis præcordijs in Domino credunt*. Quod confirmat Laurentius Firmianus lib. 2. Diuin. Instit. Nocent, ait, *dæmones quidem, sed ipsi, à quibus timentur, quos manus Dei potens, & excelsa non protegit*.

§. III.

Quintò deuotissimè Beatissimam Virginem Genitricem Dei inuocet Mariam, ut latè docuimus num. 506. & sequentibus; Nec non Sanctos Angelos Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, præcipue Angelum suum Custodem, ut omnes ad inimicum communem contereridum proficiant, sicut admonuimus supra à num. 512. & sequent. Sic S. Hermam præfatus Angelus eius Custos monuit loco citato. *Nolite, inquit, timer diabolum: quia in vobis potestatem non habet: Ego enim vobis cum sum nuncius parientiae, qui dominor illius, iuxta illud Psalmi 90. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodian te in omnibus vijs tuis*. Pari modo ad Sanctos suos patronos, ac deuotos est consugiendum, ut & ipsi pro ipso Vexato Deum (sicut benè docuimus supra num. 519. & sequentibus) deprecentur.

Sextò fidei actus eliciat circa ea, quæ erga Deum, Exorcistam, dæmonem, & seipsum credere debet, ut supra latè explicatum est à num. 622. inclusuè usque ad num. 646. exclusuè; Ac præcipue confidenter suam liberationem sperare debet, ac pro certo tenere, quod Deus sine dubio cum Ecclesia concurret, quando per suum ministrum dæmoni ea, quæ ad Dei gloriam, animalium salutem, & corporum, ac dæmonum confusionem sunt spectantia, præceperit: Et quod Exorcistæ præcepta Dei præcepta sunt, quibus, si obsessus in fide, ac confidentia in Deum perfectè fuerit probatus, dæmon obedientiam à Deo præstare compelletur.

670.
Dæmon non timendus; sed
Deo est fidendum.

671.
Implorandum
est auxilium
Beatis. Virg.
Angelorum,
Sanctorum.

672.
Eliciendi sunt
actus fidei.

§. I V.

673.
Quid agendum
sit. ab Obsesso
perfecte. dispo-
sito..

Sumptim tandem Obsesus perfecte dispositus ante Exorcista pedes genuflexus, post orationem breuem ab Exorcista, Obsesso, & astantibus humiliter, ac deuotissime ad Deum, Beatissimam Virginem, Angelos, ac Sanctos profusam, iuxta ordinem infra positum num. 740. corde, & ore simul actus fidei, ac confidentia in Deum, & actus detestationis aduersus dæmonem iuxta formulas superius positas num. 656. & 657. exerceat, quas si Obsesus legere nesciat, illi de verbo ad verbum Exorcista suggestat, saepius instando, ut feruidè, humiliter, ac confidenter illas pronunciet.

His prolatis admoneat, ne aures diabolicis suggestionibus præbeat; sed mentem suam ad Deum ibi præsentem, ac cor eius intuentem eleuet, ab eoq; suam liberationem depositat.

674.

Pro infantibus autem, & alijs rationis ysu: parentibus. utilissimum erit, prædicta à parentibus, vel eorum curam habentibus adimpleri.

Actu fidei, ac confidentia, nec non detestationis in dæmonem elicto, & explicato, tunc sedeat Exorcista, ac capite cooperto, ante pedes eius Obsesso genuflexo, iunctis manibus, demisso capite, vultu cernuo, ceteris astantibus genuflexis, cum maiestate terribili contra dæmonem sequente exorcismum, seu præceptum formeret, ac pronunciet.

*Exorcismus, seu præceptum aduersus dæmonem obſidentem,
seu ingredientem.*

675.
Præceptum ex:
emplum.

EGO N. vt minister Christi, & Ecclesiæ auctoritate mihi tradita ab omnipotenti Deo, & à S. Matre Ecclesia eius sponsa in ordine Exorcistatus, In nomine Sanctissimæ Trinitatis, & in virtute Sanctissimi Nominis Domini nostri Iesu Christi præcipio vobis dæmones nequissimi, quicumque, & quotcumque estis, qui perturbatis hanc creaturam Dei, vt illicet, ac sine villa mora totaliter ab ea recedatis, nec amplius potestatem habeatis eam molestandi, perturbandi, vel inquietandi extrinsecè, vel intrinsecè: neque intrandi corpus eius: nec apparendi ei sub quacumque forma, vel figura, seu imaginariè, seu corporaliter: nec perturbandi sensus eius interiores, siue exteriores: nec quocunque alio modo vexandi die, vel nocte. Fugite ergo spiritus rebelles: quia sic præcipio vobis, vt minister Christi, & Ecclesiæ, In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

676.

Hoc præcepto, sicut & præmissa instructione vti poterit Exorcista etiam ad expellendos dæmones familiares, dictos, Foletti, præceptum in singulari, si vniuersaliter faciat dæmon, efformando.

Q.V.E.

2 V A E S T I O N I I.

*Quomodo sint coercendi dæmones striges obsidentes, & impedientes,
ne Inquisitoribus, ac Iudicibus veritatem fateantur.*

REspondetur, cùm Magi, Malefici, ac Striges constituuntur, ac de fasta suorum delictorum veritate iuridice interrogantur à Iudicibus sequentia seruanda esse, ne à dæmoni impediri queant per maleficium taciturnitatis.

Primo, dum ministri se ad reum torquendum parant, videtur optimum esse præcipere, vt interim alij ipsum expolient (si sit mulier, expoliatur ab alijs mulieribus, si vir à viris) antequam ad torturam ducatur, ne quid in vestimentis maleficij lateat, & subucula benedicta iam ex intentione prius ad hoc parata induatur: Ita docent Iacobus Sprenger, Henricus Institor, & alij in *Malleo Malef. par. 3. quest. 14.* Binsfeldius *Comment. in Titul. C. de Malef. & Mathem. in L.* Et si excepta. *quest. 1. concl. 15.* & Delrius lib. 5. *Disquis. Mag. sect. 9. vers. Secundi. fol. mibi 705.*

Secundo, capillos capitis, ac barbae abradi; imò & per totū corpus, etiam in partibus secretioribus iubere possunt depilari (si feminæ sint, à feminis, si viri, à viris) & sic inhonestas, ac verecundia cauetur, propter quam Inquisitores Germani, Sprengerus, & alij hoc vti remedio non sunt ausi, vt ipsimet, addentes alibi hoc esse in vsu, profitentur. Tamen, inquiunt, in alijs regnis Inquisitores talem per totum corpus abrasuram fieri mandant: Ita Delrius lib. 5. *Disq. Magic. & Autores Mallei.* Vnde & Cumanus Inquisitor insinuit hoc ipsis: quod anno elapso (qui fuit 1485.) maleficas quadriginta unam incinerari mandasset, omnibus per totum corpus abrasis. Et hoc in districtu & Butbiæ Comitatu in confinibus Archiducis Austriae versus Mediolanum.

In qua tonsura diligentissimè obseruandum hoc est, si fiat duntaxat, ne maleficij signa corporis foraminibus inserta lateant, vel crinibus inspersa, ritè id fieri. Eademq; de causa, ne qua vncio subesset, Delrius loc. cit. totum corpus aqua calida suadet prius diligenter abluendum. At si tonsura ea opinione fieret, quòd per eam robur corporis, & animi fortitudo deficeret, exemplo Samsonis, in quo totum id diuina virtute contingebat; & etiā documento Apollonij Thyanæ, vt tradit Nicolaus Remigius lib. 3. cap. 9. *demonol.* hoc magicum, & superstitionis esse, vt potè dæmonis operum Dei vbique improbi æmulatoris commentum, vt sub specioso velamine homines illaqueat, ne mini mediocriter scienti est ambigendum.

§. I.

Tertiò omnium remediorum potissimum erit, si Iudex, qui Exorcista-
tus ordine sit insignitus, omnes astantes genuflectere, diuinumque auxilium ad dæmones reprimendos implorare iubeat, ipseque post breuem

677.

*Modus tollen-
di maleficium
taciturnitatis
in strigibus co-
stituendis.*

678.

Sunt depilanda.

679.

*Cauenda sive
persticio.*

680.

*Remedium po-
tissimum affi-
gnatur ab au-
tore.*

orationem ad Deum ex toto corde profusam , fidei firmæ , ac confidentiæ perfectæ in Deum aetius eliciat , inhesitanter credendo , quod Deus pro fidei Catholicæ defensione , & hæsum extirpatione dubio procul ad preceptum contra dæmones ab ipso faciendum concurret , ne delictorum impedianc confessionem , que maximè contra Diuinam Maiestatem , hominum salutem , ac publicam Christianæ Reipub. utilitatem Magi , Malefici , ac Sagæ perpetrare non verentur .

Diuino ergo inuocato auxilio , nec non Beatissimæ Virginis , Angelorū , ac Sanctorum imploratis suffragijs , Iudex cooperato capite sedeat , voceque terribili , ac sonora (ante eum genuflexo reo subicula benedicta iam induito ; & aqua benedicta asperso) contra dæmones sequentem , vel similem pronunciet exorcismum .

*Exorcismus, seu præceptum ad dæmonem expellendum obſidentem,
ac impedientem Maleficos, ac Sagas, ne Iudicibus delictorum
ſuorum veritatem fateantur.*

681.

*Exorcismus fa-
ciendus ab In-
quisitoribus ,
quando Striges ,
ac Malefici sūt
torquendi .*

EGO F. N. qui à summo Pontifice Christi Vicario in terris Iudex constitutus sum ad hæreticam prauitatem extirpandam , Christianæ Reipub. fidem illæsam , & incontaminatam , conseruandā , oues oberrantes per deuia ad caulas Christi reducendas , & excludendas à Dominico grege morbi-das ; ne alias corrumpant . Quique à Deo , & ab Ecclesia eius Spōla in ordine Exorcistatus auctoritatē accepi ad dæmones effugandos , hac auctoritate suffultus , & innixus , In nomine Sæ-
ctissimæ Trinitatis , & in virtute Sanctissimi Nominis Domini nostri Iesu Christi præcipio tibi , dæmon , si ibi existis : vel vobis , spiritus apostatici , quicumque , & quotcumque estis , vt statim sine vlla mōra recedatis ab hac creatura Dei , quæ nunc consti-tuta est sub mea potestate : nec habeatis potestatem ad eam am-plius accedendi : nec intrinsecè , aut extrinsecè illi vestrum im-pendendi auxilium : nec illam vlo modo subleuandi : nec im-pediendi , quin tortura , ac cætera tormenta illi inficta , vel in-flingenda suum producant effectum , nempe in ea solitos efficiē-do dolores , ac torsiones : nec guttur eius , aut fauces constrin-gendi , nec vocem impediendi , quin liberè sine vlo timore , pa-uore , vel impedimento omnia sua crimina clarè fateatur , non. folūm dum sub tormentis manet ; sed etiam post tormenta : neq; illam inducendi ad desperationem : neq; illi apparendi sub qua-cumque

cumque forma, vel figura: nec perturbandi sensus eius exter-
nos, vel internos; sed nunc sine vlla mora ab ea, & ab hac domo
procul fugiatis, & longè recedatis: sic volo, sic iubeo, vt Iudex,
& vt minister Christi, & Ecclesie, In nomine Patris, & Filii, &
Spiritus Sancti. Amen.

Deinde reum torquendum, astantes, ac domum, vbi reus torquendus est,
aqua benedicta aspergat.

Poterit etiam ad Rei collum Agnus Dei, vel Sanctorum reliquias, aut
aliam rem sacram, vel benedictam appendere, vt docent Syluester *de Stri-
gim. admirand.* Delrius lib. 5. *Disquis. Magic. Append. 2. quæst. 25.* An-
tonius Queuedo in lib. de indic. & tortura par. 2. cap. 6. per totum. & Anto-
ninus Diana *Resolut. Moral. par. 4. tract. 6. de tortura in S. Officio,* & ceter.
Resolut. 37.

Q V Æ S T I O 111.

*Quomodo Exorcista, vel Parochus cum Magis, Sagis, ac Maleficiis
habentibus pactum cum demone, sed penitentibus
se habere debeat.*

REspondetur, ne Malefici pactum habentes cum dæmonibus, sed peni-
tentes, iterum à dæmonib[us] persuasi ad vomitum redeant, vel ab eis
suffocentur, utrilibet fore, si Exorcista Confessarius (sive Parochus, sive
non Parochus sit) in Sacramenti Penitentiae foro sequentia seruauerit do-
cumenta.

Primo: quando, quomodo, qua occasione, ac cæteris circumstantijs Ma-
leficus tale pactum inierit: & quanto tempore in eo permanserit, & quid
per illud habuerit, & habeat, & toto illo tempore operatus fuerit, diligen-
tissime debet inuestigare.

Secundo cathechizet cum super delicti enormitate, super diaboli tyran-
nide, misericordia Dei, ac promptitudine ad peccata delenda, libertate arbitrij,
de pacti inualiditate, & quod syngrapha, peccatorum confessione fa-
cta, nihil valebit; ideoq[ue] suorum peccatorum confessionem prosequatur.

Tertio cum maxima fide, ac deuotione, ac præcipue profunda humilita-
te coram Crucifixi imagine omnibus protinissimis, pactis, ac diabolicis con-
ventionibus iubeat abrenuntiare.

Quarto protestari iubeat se deinceps nullam cum dæmone partem, ac
conventionem habere velle: sed totum se Iesu Christi, & Beatiissimæ Vir-
ginis, siveq[ue] Angeli Custodis protectioni tradere, ac sub eorum tutela se se-
curum velle permanere.

Quintò, si Maleficus, aut Saga apud se reseruatum syngraphæ, seu chiro-
graphi exemplar, vel aliquod aliud magicum instrumentum, vel maleficū
pro pacti, ac consensus voluntatis signo habeat; vel vt eo ad malè operan-
dum

682.

*Documēta ser-
uanda p Male-
ficiis è potestate
demonis eripiē-
dis.*

Sup. nū. 126.
& 127.

346. Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

dum utatur illud tradere , & exponere iubeat , si in foro interno , ipsi Confessario : si in foro externo Reuerendissimo P. Inquisitori ; & ipse Confessorius pactum dissoluat, irritum declarat , & hominem ab omni obedientia dæmoni præstita , & ab omnibus clausulis in scriptis, aut voce tantum expressis absoluat .

Sextò præceptum dæmonibus facere potest , vt syngrapham , quam apud seipso retinent, restituant: hoc tamen necessarium non esse docet Sanchez in *Summa lib. 2. cap. 4.* & alij supra relati num. 126. Propterea nihil ei officere ostendat, etiam si syngrapha à dæmonibus non reportetur , dummodo coram Deo perfecta de commissis delictis contritio eliciatur, ac de eisdem coram Ecclesia integra confessio habeatur .

683.

Septimò tandem aduersus dæmonem sequens præceptum efformetur .

*Exorcismus ad expellendum dæmonem à Strigibus , ac maleficiis
ad pœnitentiam reuertentibus .*

*Forma præcepti
formandi cōtra
dæmones Sagas
pœnitentes per-
turbantes .*

E GO N. vt minister Christi , & Ecclesiæ auctoritate mihi tradita a Deo, & ab Ecclesia in ordine Exorcistatus præcipio tibi, dæmon, in nomine Domini nostri Iesu Christi , vt nunc immediatè sine vlla mora recedas totaliter ab hac creatura Dei , quæ suorum peccatorum contrita , tibi abrenuncians ad Deum confugit, & ad asylum Sanctissimi Nominis Iesu se recepit : nec amplius potestatem habeas corpus eius intrandi , vel eam perturbandi, aut inquietandi, siue intrinsecè, vel extrinsecè molestandi : nec sub quacumque forma , aut figura apparendi : vel ad desperationem eam inducendi, aut alio quouis modo infestandi . Recede ergo spiritus maledicte : quia sic tibi præcipio, vt minister Christi , & Ecclesiæ , In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti . Amen .

§. I.

Postea Exorcista stans Maleficum pœnitentem sequenti benedictione , seu oratione deprecatiua muniat .

684.
*Oratio depre-
cativa .*

¶. Propitius esto Domine peccatis nostris .

¶. Ne quando dicant gentes , vbi est Deus eorum .

¶. Aduua nos Deus salutaris noster .

¶. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos .

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini .

¶. Qui

R. Qui fecit Cœlum , & terram .

V. Domine exaudi orationem meam .

R. Et clamor meus ad te veniat .

V. Dominus vobiscum . **R.** Et cum spiritu tuo .

Oremus .

O Mnipotens , & misericors Deus , qui omnem animam pœnitentem , & confidentem tibi magis vis emendari , quam perdere : nec ullum respuis , sed quantumuis peccantibus per pœnitentiam pia miseratione placatis ; respice super hunc famulum tuum , & auerte ab eo iram indignationis tuae , & omnia eius peccata dimitte . *(Si fuerit famina , dicat :* super hanc famulam tuam , &c. & auerte ab ea , &c.

DEVS , qui iustificas impium , & non vis mortem peccatoris ; Maiestatem tuam suppliciter deprecamur , vt hunc famulum tuum (*Si fuerit famina , dicat :* hanc famulam tuam) de tua misericordia confidente coelesti protegas benignus auxilio , & assidua protectione conserues , vt tibi iugiter famuletur , nullis temptationibus à te separetur , ac diabolicis infestationibus perturbetur .

O Mnipotens , & misericors Deus respice propitius ad preces nostras , & libera mentem istius creaturæ ad asyllum tuæ misericordiæ confugientis de malarum temptationibus cogitationum : ac corpus de dæmoniacarum insultibus infestationū : & illumina cor eius , vt tua valeat implere præcepta , ac Spiritus Sancti dignum fieri habitaculum mereatur . Per Dominum , &c. in unitate eiusdem :

§. II.

VT autem Maleficus pœnitens magis , ac magis preferuetur , ne impo-

sterum à dæmone diuexet , illum Confessarius moneat

Primò , vt semper de enormi peccato doleat , ac quotidiè veniam petat : Sacra menta frequentet , ac spiritualia exercitia ; ac singulariter sèpissimè Sanctissimum nomen Iesu inuocet : Dei infinitam pietatem , ac misericordiam meditetur : sèpius Beatissimæ Virginis , Angeli Custodis , ac Sanctorū suffragia imploret .

Secundò , quotidiè Deo referat gratias , quod illum de infernalis leonis crucibus eripere fuerit dignatus : magis , magisque in Deo suam collocet fiduciam .

685.

Modus à dæmoniacis insultibus maleficos pœnitentes præseruandi .

nu. 687. &c seq.
nn. 755. & seq. fiduciam, quod etiam imposterum illum sit praeservatus. Ad quod etiam quae infra ponuntur, vbi de resistentij, ac præservatione: plurimum valebunt.

Tertiò, si aliquid diaboli ope aquisitum haberet, & cuiusdam tertiae personæ esse cognosceret, ver. gr. quia ei à diabolo sublatum fuit (quod sèpè contingit, vt aduerit Petrus Binsf. de Confess. Maleficarum pralud. 13. plures cumulans Doctores) eidem domino congruenti modo, vt in rebus furto ablatis fieri conuenit, esset restituendum. Si verò aliunde ver. gr. ex antiquis thesauris: vel ex rebus in mare totaliter deperditis: vel diabolus eam rem habuerit, & Mago tradiderit, ex ea ijs personis, quibus fortasse nocuimenta in rebus familiaribus, aut animalibus intulit, aut aliquo modo eisdē extiterit causa damni, satisfacere valeret.

A R T I C V L V S 111.

De dæmone possidente, & in corpore existente.

686.
Quid sit possideri à dæmone.
Energumenus unde dicatur.

Dæmones corpus possidere, vel in eo existere dicuntur, cùm illud ingressi varias in eo operationes exercent, ac eis à Deo illud permittitur torquere: vnde qui sic à dæmone possidentur, verè Energumeni, idest intus laborantes dicuntur, sic dicti ab En, quod est, In: & ergo, quod est labor: & mene, quod est defectus: quod est, quasi in opere deficiens: ita Archidiaconus in *Glossa in can. Exorcista. dist. 23.* Quomodo autem dæmones existant, & quid in corpore, quod possident, operentur, latissimè demonstratum est supra a num. 90. inclusiū usq; ad 101. exclusiū. Hic ergo duntaxat de remedijs particularibus, quibus dæmones homines possidētes sunt coercendi, pertractandum est, quod sequentibus questionibus perficietur.

Q V Ä S T 1 0 1.

Quomodo vexationes à dæmone possidente effectæ per ipsos Vexatos sint comprimenda, & auferenda.

687.
De quibus vexatus sit instruendus.

Respondetur, vt huiusmodi afflictiones reprimantur, & auferantur, Vexatum ab Exorcista instruendum esse:

Primò, vt ea, quæ erga Deum, Exorcistam, Dæmonem, & seipsum credenda proponuntur supra a num. 722. inclusiū usq; ad 646. exclusiū, diligenterissimè exequatur.

Secundò, ne vlo modo ad malum, quod patitur, vel passus est, se applicet, nec de illo quidquam excogitet; sed ab his, quæ proponit diabolus, diuertat, nullo modo eius suggestionibus, ac temptationibus attendendo. Ad quod maximoperè proderit applicatio ad vtilia, necessaria, ac delectabilia, cum alijs allocutio, deambulatio, operatio, & cætera, quæ à propositis obiectis per dæmones diuertere possunt: adeò vt totaliter tristitia fugiat, nec unquam solitarius commoretur.

Tertiò

§. I.

Tertiò, quando in se aliquam diabolicam sentit vexationem, si præsēs aderit Exorcista, humiliiter ab eō petat, ut suo præcepto dæmonem coerceat: qui lenitius præcepto vtetur, dicendo:

688.

Ego N. ut minister Christi, & Ecclesie, in nomine Iesu præcipio tibi, dæmon (si unus es) vel vobis (se plures estis) qui vexatis hanc creaturam Dei, ut statim nocere ei desinatis: nec ullo modo eam persurbare possitis.

Preceptum lenitium contra dæmonem possidentem.

Si verò absens Exorcista fuerit, ipsemet Energumenus à vexatione mentem suam amoueat, eamque ad Iesum Christum protectorem suum eleuet, qui facillimè cum à tali vexatione liberabit, dicatque firma fide, ac fiducia secundūm communem suæ maternæ linguae usum sequentem breuem orationculam.

Signor mio Giesù Christo, che sete il mio Saluatore, Protettore, e Conservatore, difendetemi da questi spiriti maligni vostri nemici; reprimete con la virtù vostra diuina la loro potestà, e tirannia, acciò in me non possano cagionare molestia alcuna: perche in voi ho posto tutta la mia confidenza.

689.
Atto di confidenza in Dio.

Deinde idem Energumenus hac fiducia fretus se contra dæmonem vertat, & virili animo, constanti corde, ac verbis asperis dicat ei:

E tu maladetto dianolo, ribelle del mio, e tuo Creatore, apostata del mio, e tuo Dio, con che ardire presumi di trauagliarmi, e cagionare in me questi dolori, essendo che io vivo sotto la protezione del Santissimo nome di Giesù? Per l'autorità dunque, che mi concede Iddio, mediante la fede, e confidenza posta nel detto Santissimo Nome, ti comando nel nome di Giesù Christo, che subito cessi di molestarmi in modo alcuno: perche intendo, e pretendo di voler vivere, e morire sotto la protezione del Santissimo Nome di Giesù.

Atto di detestazione contro il dianolo.

Si dicta verba fide protulerit, & sineulla hæsitatione à Deo ad invocationem Sanctissimi Nominis Iesu, dæmonem fore coercendum creditur, statim dæmon illum vexare cessabit: quia hæc est Dei promissio omnibus in se creditibus facta Marci 16. quæ deficere non potest, quando id, quod petitur, animæ est salutare.

§. II.

Quartò, Energumenus, ut è vexatione subleuetur, se habere debet, sicut ille, qui in alicuius rapiditatē fluminis cecidit, & illud ob vitæ in-

690.
Simile perpolitum, ut Vexus se eripiat à vexatione.

colu-

350 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

columitatem velit transnatare. Iste enim, si ab aquis rapidis submergi nolit, ad profundum fluminis, ad aquarum voraginem, præsensque periculum suam conuertere mentem non debet: sed eam simul & oculos ad ripam, ad quam peruenire desiderat, & ad remedium, quo, ut saluus fiat, sibi est vtendum, infigere; & pericula conteinnendo, & ad desideratum salutis portum viriliter tendendo toto corde animari; quo sanè modo tandem optatam salutem consequetur.

Pari modo Energumenus nec cot ad afflictiones, quas patitur, vel passus est, applicare, nec animum illis intendere debet: quia facile succumbet, & animo deficiet; sed ad fluminis ripam, ad Christum scilicet, qui vita, via, salus nostra, refugium nostrum, virtus, & adiutor in tribulationibus est, toto affectu pretendere, firmiter, ac sine hæsitatione credere, ipsum scire, posse, & velle, quantum est ex parte sua, omnibus in se creditibus, & ad se confugientibus suum auxilium elargiri. Est enim Christus Iesus lignum illud vitae, de quo ait Ioannes Apocal. c. 22. *Ex vira que parte fluminis lignum vita afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum: & folia ligni ad sanitatem gentium.* Si ergo Energumenus vexatus ad hoc lignum aspexerit, vitam animæ, & sanitatem corporis facillimè consequetur.

Hic tamen diligenter ab Exorcista est obseruandum, quod multi sunt, qui liberari petunt, sed dolentes, & lacrymantes: quia non firmiter, sed hæsitanter id, quod petunt, se consequenturos credunt. Si enim firma fide peteret, & sine hæsitatione se petita obtenturos crederent, non dolentes, sed gaudentes peterent: & si aliquando lacrymas effunderent, non ex timore; sed ex interna lætitia, & firma obtainendi spe, quod petunt, eas profunderent; non ad malum, quod patiuntur; sed ad bonum, quod firmiter credunt, & inhæsitanter obtainere sperant, attendentes. Et isti dubio procul quod peterent obtainerent, si quod petunt, esset eis ad æternam salutem profuturum.

§. III.

691.
692.
*Orationes reci-
tanda à Vexato,
ut vexatio-
nem reprimat.*

Quinto, utilissimum erit, si Energumenus sèpiùs deuotè versiculos illos Psalmorum Dauidis recitauerit: *Eripe me Domine, & cat. Domini nus illuminatio mea, & cat. supra positos num. 604.* Nec non illâ breuem orationem num. 601. pollice crucis **†** signum super partem corporis à dæmonie vexatam efformando.

Sextò Energumenus se Exorcistæ intentioni, & fidei conformare debet, cogitando, illum tanquam Dei, & Ecclesiæ ministrum se Deo, & Ecclesiæ conformare; ideoq; contra dæmonem pugnant, imò ipsum Deus, Ecclesia, Exorcista, & Energumenus cōterunt, ac deprimunt. Quid ergo poterit diabolus? Non ergo Vexatus ad nugas, & diaboli minas mentem suam diuerterat, sed in illum corde, ore, & opere viriliter insurgat.

Septimò, omnibus prædictis ab Energumeno seruatis, Exorcista illum, an in fide, ac confidentia pro sua liberatione erga Deum, Exorcistam, dæmonem, ac seipsum sit benè dispositus probet iuxta probationes positas à num. 646. vsq; ad num. 654. Et si illum ad suam liberationem perfectè dispositum

positum adinueniat, ei præcipiat, vt ante eius pedes prostratus fidei, ac confidentiæ actus in Deum, nec non detestationis in dæmonem deuoto corde eliciat, & ore explicet, & clarè iuxta formulas supra positas num. 656. & 657. fateatur.

Ostauò tandem Exorcistæ ad dæmonis expulsionem deueniendum est, qui ea, quæ infra art. 5. de damone Fugiente, seu Exeunte nu. 733. habentur, obseruabit.

Q V A E S T I O N E .

*Quomodo maleficium in matrimonio factum sit auferendum,
ac destruendum.*

Quænam detrimenta, ac nocumenta vel per seipso, vel suis cooperantibus symmictis, dæmones viris ac mulieribus coniugatis inferre consueuerint, iam supra breuiter attigimus nu. 106. vers. secundo, & num. 160. verbo, Ex Generatiua: nunc satis sit de remedijis, quibus huiusmodi maleficium est destruendum, pertractate.

Respondet ergo, Exorcistam, præter instrunctiones illas generales supra relatas à num. 622. vsq; ad num. 646. mentalibus personæ maleficiatae oculis obijcere debere illa verba Angeli Raphaelis Tobiam iuniorem alloquétis: *Audi me, inquit, & ostendam tibi, qui sunt, quibus praualere potest demonium. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente excludant, & sua libidini ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem damonium super eos. Moneatq; coiuges, si adeò praua intentione, vt scilicet ad carnalia duntaxat explenda desideria matrimonio fuerint coniuncti, vt serio peniteant, & ex præcordijs ante omnia, & super omnia se velle Deum amare, omniaq; sua ad Dei gloriam ordinare; ideòq; imposterum & matrimonio non solum contra concupiscentiam, & ad carnalia vitanda peccata; sed ad propagandam etiam prolem, eamq; ad Deo seruiendum, ipsumque laudandum, & glorificandum ordinandam, vsuros, proponant.*

Secundò, Exorcista moneat illos, vt orationi vacent, ac ieiunio incumbant; sicut Angelus Raphael Tobiam, ac Saram docuit: quia dæmones facillimè in oratione, & ieiunio ejiciuntur: cùm hæc maximè ad fidei firmæ actus, ac perfectæ in Deum confidentiæ eliciendos, quibus dæmones in suam, diuinam eos impellente virtute, se vertere coguntur, disponant. At præcipue iubeat, vt sua fideliter, humiliter, ac deuotè peccata confiteantur, & Eucharistia Sacratissima reficiantur.

§. I.

HIS omnibus peractis, & ab Exorcista circa ea, quæ credenda sunt vexatis iuxta regulas, ac probationes supra assignatas num. 646. & sequent. iam benè probatis, genuflexi ante Crucifixi imaginem corde, & ore humili-

693.
Quibus monitiis instruendè sint maleficiati in matrimonio.

Tob. c. 6.

694.

humiliter, ac deuotè fidei, ac confidentiæ actus in Deum, nec non detestationis in dæmonem eligitos iuxta sequentes, vel alias similes formulas pronuncient, quas si legere nesciant, Exorcista de verbo ad verbum illis dictare valebit.

Oratione à Giesù Christo per ottenere la liberazione dal maleficio fatto nell'uso del Matrimonio.

SIgnor mio Giesù Christo, eccomi io vilissimo seruo vostro indegno di stare auanti la Maestà vostra, e tanto meno di riceuere gratia alcuna; poiche non hò mai fatto altro, che offendereui; & in particolare nel contrahere questo Matrimonio non hò hauuto quella retta intentione, che doueuo hauere; mà à guisa di sfrenata bestia hò posto il mio fine solo nel sodisfare alli disordinati appetiti della mia carne: m'accuso di questi, e di tutti li altri miei peccati; conosco, che meritamente la Maestà vostra hà permesso, che'l demonio nel mio corpo habbia preso possezzo. Conosco però ancora, che sete Dio benignissimo, e clementissimo pronto à perdonare à chi con cuor contrito à voi ricorre, e de' suoi errori vi chiede perdono. Però eccomi prostrato inanzi la Maestà vostra, di tutto cuore mi dispiace, d'hauerui offeso, e mi propongo fermamente, che per l'auuenire con l'aiuto vostro non voglio più offendereui: mà amarui sopra tutte le cose con tutto il mio cuore, con tutta l'anima mia, e con tutte le mie forze. Così vi prego per la grandezza della vostra bontà, e misericordia vogliate perdonarmi i miei peccati, e darmi gratia di mai più offendereui: mà di amarui sopra ogni cosa. Parimente vi prego, e supplico, che, come tutto benigno, e liberale vogliate liberarmi da questi maleficij, da' quali mi ritrouo legato, & oppresso, e dal demonio tutto perturbato, protestandomi di volere per l'auuenire amare la mia moglie, come me stesso, (*se la persona maleficiata sarà la moglie, dirà, il mio marito, come me stessa*) e di vsare il matrimonio sì per fuggire i peccati della concupiscenza, come per generar prole, alleuarla nel santo timor vostro, & indrizzarla à seruire la Maestà vostra altissima, e lodare, e glorificare il vostro santissimo Nome.

Art. III. Possidente, seu in corpore existente. 353

Postea cōtra dæmonem iracundo vultu, ac contumeliosis verbis sequentia verba recitans insurgat.

Atto di detestatione da farsi dal Vessato contro il demonio.

Et tu diauolo maladetto neimico di Dio, ribelle del mio, e tuo Signore, apostata del mio, e tuo Creatore, partiti dame senza dimora alcuna: posciache per l'autorità, che m'ha concesso Iddio, per la fede, e confidenza posta nel suo Santissimo Nome, per la virtù, e gratia riceuuta nel Santo Sacramento del Matrimonio, ti comando nel Nōme di Giesù Christo, che distrugi qualsiuoglia maleficio, che tu habbi fatto nella persona mia, e della mia moglie (*se la persona maleficiata è la moglie, dica, e del mio marito*) e per l'auuenire non habbi più potestà di molestarmi nella fantasia, ò imaginatiua, ò nel corpo, e maf-sime ne'membri genitali, ne in qualsiuoglia pótènza dell'anima; ò del corpò: perche intendo, e pretendo di voler viuere, e morire sotto la protettione del Santissimo Nōme di Giesù Christo.

695.

Actus detestationis contra-demonem.

Factis à Vexato prædictis confidentie in Deum, ac derestationis in dæmonem actibus, Exorcista moneat illum, ut inconclusus in fide persistat, ac in confidentia perseveret, sine vlla hæsitatione credens, dubio procul, cùm ipse præceptum expulsuum contra dæmonem enunciauerit, illico omnia maleficia dissoluturum, dæmonemq; recessurum; omnia quippè opera eius malefica in ipso destruentur; & ipse pristinam sanitatem consequetur.

696.

Vexato ergo, omnibusq; astantibus coram Exorcista genuflexis, implorato priùs ab eisdem diuino suffragio, surgat Exorcista, ac sedeat, ac capite cooperito, voce graui, ac terribili contra dæmonem pronunciet sequentem exorcismum.

Exorcismus ad dissoluendum maleficium in Matrimonio operatum.

EGO N. vt minister Christi, & Ecclesiæ auctoritate mihi tradita à Deo, & ab Ecclesia in ordine Exorcistatus venio contra te, maledicete dæmon, spiritus immundus, qui dereliquisti Deum Factorem tuum, & oblitus es Domini Creatoris tui, qui usum Sacramenti Matrimonij à Christo instituti ad peccata carnalia uitanda, ad conseruationem Reipublicæ Christianæ, ad multiplicationem humanæ naturæ, & ad nouos milites in Ecclesia Dei procreandos impedire præsumis: & in nomine Domini nostri Iesu Christi præcipio tibi, vt statim sine vlla mora destruas

697.

Præceptum expulsuum.

334. Par. III. Cap. IV. De Remedijis particularibus.

destruas omne; quod perfecisti maleficium in hac creatura Dei; recedas totaliter ab ea; nec amplius potestatem habeas illudē-
die ei; aut perturbandi sensus eius siue internos; siue externos;
vel in ea: causandi odium, abominationem, vel detestationem
aduersus alterum coniugem; aut ipsam impediendi, quin possit
uti matrimonio suo ad generandam, & enutriendam prolem
gratam Deo, & hominibus: (*si persona maleficiata sit uxori dicatur ad generandum, concipiendum, portandum, pariendum, enutriendum prolem gratam Deo, & hominibus: sed longe ab ea fugias, & tecum trahas omnes faeces, immundities, & omnes diabolicas infectiones, quas in corpore isto usque modo intulisti, ac tollas omnes diabolicas colligationes, ac quascumque remoueas noxas, ita ut creatura ista remaneat libera, & sana; ac si nullam molestiam diabolicam umquam in seipsa sensisset: sic igitur ut minister Christi, & Ecclesiae tibi praeципio, spiritus immundus, ut ex eas, acrecedas: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*)

Post liberationem, seu post predictum Exorcismū probare poterit Exorcista, an verè sit libera, modo infra posito num. 746. Et si verè libera inueniatur, gratias Deo referat, ut infra num. 747, habetur ..

QVÆSTITIO III.

Quomodo sint destruenda maleficia infantum, ac puerorum?

698. **R**espondetur; quia pueruli, & infantes rationis usus compotes minimè sunt, & consequenter instructionis impotes, eorum parentes, vel defectu eorum nutrices, vel illorum curam habentes esse vocandos; & praeterea, quæ in communi instructione num. 622. & sequentibus, habentur, etiam esse instruendos, scilicet dæmoni sæpe ob eorum modicam in Deo confidentiam, ac maximam in eis diuinæ protectioni commendandis negligientiam, à Deo infantes huiusmodi, ac paruulos maleficijs afficere permetti: id est, etiam plurimum ad eorum liberationem fidei, ac confidentiæ actus in Deum ab eis elicitos valere ..

Supr. n. 13. 14.

Quos actus cordē, & ore ante Crucifixi imaginem genuflexi præsente, paruulo maleficiato iuxta sequentem formulam possunt enunciare ..

Oratione à Giesù Christo per ottenere la liberatione da maleficij fatti à fanciulli.

699. **O**ratio deprecativa p. parvularis liberadiss.

Signore mio Giesù Christo, che col Padre, e lo Spirito Santo, siete onnipotente, sapientissimo, e clementissimo: come onni-

Onnipotente potete liberare questo figliuolino da maleficij, & ogn' altro male: come sapientissimo sapete il modo per liberarlo: e come clementissimo, e pietosissimo volete liberarlo, essendo per la vostra clemenza, e pietà inchinato à far bene à tutti, & in particolare à quelli, ch'à voi ricorrono, e ne' loro bisogni vi chiedono aiuto. Questo figliuolo à voi non può ricorrere, perchè non è capace dell'uso di ragione: però io, che di lui tengo cura, per lui à voi ricorro: e se per la mia poca confidenza nella Maestà vostra, ò per la mia negligenza nel raccommandarlo alla diuina vostra protettione, & alla tutela del suo Angelo Custode, si come per altri miei peccati, li fuisse accadute queste molestie corporali, qui prostrato auanti voi, mio Dio Creatore, e Redentore, pentito, e contrito vi chiedo perdono di tutti i miei peccati, prosternandomi, che per l'auuenire non voglio più offendervi coll'aiuto vostro: mà vi voglio amare, e scrivere con tutto il mio cuore, con tutta l'anima mia, e con tutte le mie forze: e mi voglio affaticare ancora, acciò questo figliuolo, quando hauerà l'uso della ragione vi ami, vi serui di tutto cuore, e vi ringratij del beneficio della sanità riceuuta. Vi prego donc que per l'infinita vostra bontà, e misericordia, per la fedeltà da voi seruata nelle promesse vostre, per honor, e gloria del vostro Santissimo Nome, per l'efficacia della vostra Sacratissima Passione, per i meriti della Vergine Santissima vostra dilettissima Madre, e de Santi N.N. miei deuoti, & in particolare per la carità dell'Angelo Custode di questo figliuolino, vogliate liberarlo da qualsiuoglia maleficio, ligatura, fattura, fascinatione, apparitione, spuento, e molestia de' demonij, e de' suoi ministri, e tenerlo sotto la protettione del vostro Santissimo Nome.

Postea contra dæmonē detestationis actū subsequenti formula enunciat.

Atto di detestatione contro il demonio.

ET à te diauolo maladetto, nemico di Dio, apostata del mio, e tuo Creatore, ribelle del mio, e tuo Signore, per l'autorità riceuuta da Dio nella fede, per la cura, che tengo, e deuo tenere di questo figliuolino, comando nel nome di Giesù Christo

700.

*Altus detesta-
tionis.*

356 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

Christo, che distruggi qualsiuoglia maleficio, ligatura, fattura, ò fascinazione, che tu habbi fatto per te stesso, ò per mezo di Streghe, ò Malefici tuoi seguaci, e ti parti subito da lui; e per l'auuenire non habbi più potestà di molestarlo in modo alcuno; perchè l'hò posto, è collocato sotto la protezione del Santissimo Nome di Giesù.

§. I.

701.

Exorcista post prædictam parentum, vel paruolorum curam habentium protestationem in Deum, & detestationis actum in dæmonem (ante pedes ipsius Exorcistæ ijsdem parentibus, vel paruolorum curam habentibus genitiflexis paruulum maleficiatum tenentibus) consueto more insidet, & cooperio capite iuxta sequētem formulam, præceptum expulsuum contra dæmonem prontincriet.

Exorcismus ad maleficium paruulis illatum destruendum.

Præceptum ex-
pulsuum.

Ego N. vt minister Christi, & Ecclesiæ in nomine Iesu Christi præcipio tibi, dæmon, qui maleficium perfecisti in corpore istius paruuli, vt statim sine vlla mora destruas omne maleficium, ab eo auferas omnem ligaturam, facturam, fascinacionem, ac quamcumque molestiam, ac vexationem, ac recedas totaliter ab eo, tecum trahendo omnes fæces, ac immundities, si quas in corpore illius immisisti: ne c amplius habeas potestatem ei apprendi sub quacumque forma, vel figura; aut vexandi illum intrinsecè, vel extrinsecè, die, vel nocte: aut perturbandi sensus eius interiores, vel exteriores: vel quocumque alio modo molestandi: Sic volo, sic iubeo, vt minister Christi, & Ecclesiæ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Deinde Exorcista surgat, & stans sequentem orationem deprecatuam subiungat.

Oratio depre-
catoria.

Dominus Iesus Christus apud te ✠ sit, vt te defendat: intra te ✠ sit, vt te conseruet: ante te ✠ sit, vt te ducat: post te ✠ sit, vt te custodiat: super te ✠ sit, vt te benedicat, qui cum Patre, & Spiritu Sancto in unitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis ✠ Patris, & Filii, & Spiritus ✠ Sancti descendat super te, & maneat semper. Amen.

QVÆ-

Q V A E S T I O IV.

Quomodo paruuli præseruandi sint à maleficijs.

Dico primò , vt pueruli à maleficijs præseruentur, eorum parentes , vel illorum curam habentes, quantum in se est, facere debere, vt se in gratia constituent, ac pro infantibus, ac puerulis omnia illa adimpleant, quæ in seipsis, si seipso à maleficijs præseruare vellent, adimplerent . Nam sicut, ait Augustinus, parentum negligentia scripius causa esse potest, quod eorum filij maleficijs afficiantur ; ita eorum oratio pro pueris ad Deum effusa est illis maximæ utilis ad eos à quibuscumque maleficijs præseruandos . Quare eorum parentes, vel illorum curam habentes eos quotidiè Deo commendate , & sub protectione Sanctissimi Nominis Iesu constituere debent , ac super eos recitare possunt illam breuem orationem supra positam n. 601. incipientem, *Ecce crucem Domini, &c.* & scriptam , vel typis impressam ad pueri collum appendere : Deinde illum Beatissimæ Virgini , nec non Angelicæ custodiæ , aliorumq; Sanctorum suffragio , & intercessioni commendare .

Dico secundò, eis dæmones cōtemnere, ac paruipēdere, diuina fretis protectione profuturum . Et si forrasse vererentur , quod aliqua Strix accederet , ac puerulum in brachijs accipiendo sic constringeret, vt ipsius osla rumperentur , vel nerui retraherentur : vel dæmonis ope sanguinem illius fugeret , vti eas præstare refert Bartholomæus Spineus Sacri Palatij Magister quæst. 8. de *Strigibus*, & Delrius lib. 3. *Disquis. Magic.* q. 4. scđt. 1. pag. mihi 348. dicens : *Huc referenda Strigatio , quando puerorum exsugunt sanguinem, venis vngue, acu, aut aliter ope dæmonis apertis, tunc nutrices moneant, ne huiusmodi mulieres suspectas ad puerulos accedere ; nec vlnis, aut brachijs eos tenere permittant ; sed eas vitili animo è domus ingressu arceant, ac repellant . Nocturno verò tempore ianuis clausis cùm Striges domos sine dæmonis ope ingredi nequeant , paruulos contra dæmonem, ne dū oratione, sed & breuibus sacris , Agno Dei bullæ impresso, vel oleo benedicto, reliquijs Sanctorum, vel S. Ioannis Euangeliō, & aquæ benedictæ aspersione lectulum, vel cunabulum, puerulos, & cubiculum muniant, & nihil dæmon contra eos male poterit operari .*

A R T I C U L V S IV.

De Dæmone Obsidente, seu Renitente.

Q Voniam in dies experientia docet , multos Obsessos , Energumenos , ac Maleficiatos ad Exorcistas accederé, ab eis instrui, & se perfectam fidem habere affirmare, adeò vt Exorcistæ contra dæmonem eos possidentem exorcismos , & coniurationes proferant , nec tamen liberari videntur : arguant, increpant, vocem extollunt, insultant, desudant, velis,

702.
Instruendis sunt parentes , vel paruolorum curā habentes .
Sup. nu. 89.

703.
Cautela cōtra Striges seruan- da .
Supra 670.

704.
Exorcista quā- dog; incassum dæmones adin- vent .

358^e Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

remisq; vt illum è corpore possesto explodant, contendunt; & tamen aerem verberant, surdo canunt, oleum, & operam perdunt; ideo vnde proueniat: dæmonum resistentia, est querendum.

Q V A E S T I O . I.

An dæmonum resistentia præceptis Ecclesiasticis factis proueniat ex vi, & potentia dæmonum, vel ex parte Dei, vel Exorcistæ, vel Energumeni.

705.
Ratio difficultatis secundum aliquos, est dæmonis obstinatio.

Hec opinio refellitur.

Dæmones Energumenum non vexant iuxta suas vires, sed iuxta Dei permissionem, vel iussionem.

SI nos aliquorum Doctorum tam priscorum, quam modernorum mentem sequi vellemus, hanc resistentiam à dæmonibus prouenire dicere mus: eò quia eorum alij alijs in malo sunt obstinationes, ideoq; peruersiores, & in Exorcista præceptis resistendo validiores.

At quia nos Exorcistam contra dæmonem, non viribus humanis, ac creatis; sed virtute diuina, qua est infinita, pugnare fatemur; & finiti ad infinitum nulla est proportio: ideo resistentia ex virtute, ac potentia dæmonis prouenire non potest: quia totus infernus cum omnibus dæmonibus respectu diuinæ virtutis, qua expelluntur, nihil est, ideo illicò, cum Deus virtute sua concurrit, omnes recedere compelluntur. Sicut etiam in vexando, quod aliquis Energumenus magis, quam alius vexetur, ex eo non prouenit, quod ipse à potentiori dæmon, & ille à debiliiori possideatur: quia dæmones in vexando secundum totam efficaciam suarum virium naturalium, non operantur. Nam si sic operarentur, illicò omnes homines, nisi à superiori virtute impedirentur, occiderent; sicut benè docet S. Bernardinus *serm. 6. de misericordia perfectione art. 2. cap. 3.* sed operantur secundum quod eis à Deo permittitur, vel iubetur: vt docet Beda *in lib. Variar. qq. quæst. 9.* & alij apud Suarez *tom. 1. de Angelis lib. 8. cap. 20. nu. 10.* Vnde aliquando unicus dæmon ex ultimis, & infimis maiora damnata, ac acriores tortiones in uno Energumeno, quam plures dæmones ordinis superioris in alio producet; & hoc non alia de causa, nisi quia dæmon maiorem à Deo illum torquendi obtinet facultatem, quam illi plures superioris ordinis, qui in Energumeno a se ad torquendū possesto magis à Deo vbiq; præsente cocentur. Si ergo à dæmonis possidentis virtute, & potestate illa resistentia non prouenit, eam prouenire est dicendum: quia Deus virtute sua ad dæmonem coercendum, & ad præceptum Exorcistæ dæmoni impositum tunc temporis eum expellendum concurrere non dignatur. Si nō concurreret Deus, infallibiliter dæmon ejiceretur.

§. I.

706.
Cur Deus ad dæmonem expellendum non semper concurrat, inuocato nomine suo.

Verum cùm sæpe, ac sepius Deum, quantum est ex parte sua, semper ad dæmonem expellendum paratissimum esse dixerimus; & positis ceteris requisitis ex parte ministri, & Energumeni, Ecclesiæ, & in se credentibus promisso, quod in nomine suo dæmones expellerent, & alia mirabilia operantur, quod idem fuit ac dicere se ad inuocationem Sanctiss. Nominis

Nominis sui fide perfecta, ac sine hesitatione à nobis factam dæmones expulsum, aliaq; miracula operaturum, cur semper ad dæmones expellendos inuocato suo nomine, si à pietate, ac bonitate sua, & à promissionis suæ fidelitate ad hoc maximè ducitur, non concurrit?

Huic difficultati, scio, quòd Antiqui Auctores, & ex modernis aliqui, qui de hac re tractant, responderent dicentes: *Non esse credendum ob ipsius Exorcista, aut ob sessi culpam dæmones non expelli; quia etiam ex occulto Dei iudicio: aut ob ipsius ob sessi maiorem utilitatem: vel aliorum exemplum: aut ob aliud Ecclesia commodum contingere potest: quia, aiunt, nimis graue esse, ut in re dubia certa detur sententia.* 11. quæst. 3. c. quamuis, &c. non solum eadem cau-

707.
Responsio plu-
rium Auctoriæ
refellitur.

Sed hanc opinionem quoad primum, & secundum membrū falsam esse, supra demonstrauimus à num. 20. inclusiue usque ad 25. exclusiue, vbi scipiùs Deum non concurrere ad dæmonem expellendum tum ob Energumeni, tum ipsius Exorcista defensus exactè probauimus; quod etiam ostendimus à num. 261. usque ad numerum 347. vbi egimus de prudentia Exorcista in erroribus vitandis circa adiurationem. Similiter non est usquequaque verum, quòd dæmones ex occulto Dei iudicio non ejciantur; sed hoc verum est duntaxat respectu ignorantium rationes diuinæ permissionis maleficiorum, & diabolicarum vexationum, de quibus supra num. 133. & sequent.

Supra a n. 133.
vsq; ad n. 146.

§. II.

Dicitur ergo, Deum voluntate signi omnes Obsessos, & Energumenos, ac maleficio affectos à dæmonie, quantum est ex se, liberare velle: quia ad hoc à sua infinita bonitate mouetur, ut promisit Marci 16. nempe quòd omnes in se credentes dæmones ejcierent. *Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo dæmonia ejcident.* Sed haec voluntas signi conditionata est, & non absoluta: includit enim duas conditiones, quibus positis, promissio infallibiliter adimpleretur.

708.
Deus voluntati
te signi vult
omnes obsessos
à dæmonie libe-
rare.

Prima conditio est, ut Energumeni, & maleficiati, sicut & Exorcistæ à Deo dæmonem expellere in nomine Iesu depositant. Quid autem est petere in nomine Iesu? nil aliud sanè est, quām in nomine Saluatoris postulare. Iesus enim ait Gregor. homilia 28. in Euang. *Saluator est; vel etiam salutaris dicitur: & qui petit in nomine Iesu, salutaria petit, & illa obtinet, quæ petit.* Si ergo liberatio à dæmoniaca vexatione ipsi vexato futura sit salutaris, illā vtique obtinebit. Si verò liberatio animæ obsessi futura non sit salutaris: vel maius bonum sit impeditura, tunc promissio non seruatur; quia conditio præsupposita non subsistit.

Supra nu. 410.
Voluntas signi
est cōditionata.
1. Ut liberatio
sit salutaris.

Secunda conditio est, qui talem salutarem liberationem petunt, fide firma, & inhésitante petant: Si enim aliquo modo hésitent, ac dubitent, Deū eos à dæmonie, etiamsi liberatio sit salutaris, liberare non velle, à Deo liberationem non obtinebunt. Quod eruditè docet Alphonsus à Castro lib. 6. aduersus Hæreses, verb. Exorcismus. *Quid autem, inquit, non semper fiat,* ut inuocato nomine Iesu, dæmon egrediatur, minima fides ipsius inuocantis est in causa. Nam si perfectè credidisset, haec & maiora fecisset. Et ad hos solos,

Supra nu. 445.
& sequent.

709.

2. Ut Veritatis
petat ex fide.

360 Par.III.Cap.IV. De Remedijs particularibus.

Sup. nu. 455.
& seq.

videlicet in fide perfectos Dei promissio Marci vltimo : In nomine meo dēmonia ejicient : pertinere videtur : quia prius dixerat : Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, &c. Obsessi ergo, & Energumeni, quibus aliqua istarum deficit conditionum, et si exorcizentur, non liberantur : quia Deus ad Exorcistæ præceptum non concurrit ; Deo autem non concurrende, Dæmon Exorcistæ præceptis resistit, & exorcismos contemnit : quia Deus illum virtute sua diuina ad eis obedientiam præstandam non compellit.

Q V A E S T I O N E S .

*Quanam sint genera Energumenorum, ad quorum liberationem
Deus difficillimè concurrit.*

710.

Quinque Energumenorum genera à dæmone liberari difficillimè posse experientia rerum magistra me docuit.

Peccatores in malo iuuerterati obfessi difficultate liberari. Primi generis Energumeni sunt peccatores obstinati, qui alicuius grauis peccati causa, immo ob eorū plurima scelerā, in quibus iuuerterati sūt, non solum Deo permittente, sed sæpè ipso iubente, à dæmone possidentur, quorum exempla plura affert Delrius lib. 3. *Disquis. Magic. par. 1. quest. 7. sect. 2.* & nos docuimus supra num. 82. Huiusmodi enim arreptiti, ut dæmoniacas euadant vexationes, sanitatis consequendæ desiderio ducti ad Ecclesiasticos configiunt ministros petentes, rogantes, & suppliciter implorantes, ut per exorcismos, ac præcepta à dæmoniaca tyrannide eripiantur : & tamen non nisi post longum tempus liberantur.

§. I.

711.
Quare.

SED vnde hoc ? Si enim Deus per signi voluntatem ostendit, se vellet, omnes Energumenos à dæmone liberare, dum in eo fiduciā suam collocauerint ; & ad hoc Ecclesiaz potestatem dedit ad dæmones eiſciendos, eur ad istorum peccatorum iam sua detestantium peccata, humiliiterque à Deo, & ab Ecclesia auxilium implorantium liberationem statim non concurredit ?

Quia liberatio citò practita nō effet eis salutaris.

Respondetur, Deum nō nisi post diuturnam ab eis peractam pœnitentiā concurrere : quia si citò in principio concurreret, illa liberatio eis salutaris non esset, sed noxia, ac detrimentosa : quia si sanitatem pristinam aſſequerentur, ex iuuerterato peccandi habitu ad pristinum peccati statum reuertentur ; sic fierent nouissima peiora prioribus. Licet ergo Deus signi voluntate omnes Energumenos à dæmone libertare velit ; hoc tamen conditionatē vult, suppositis nempe duabus conditionibus, quarū altera est, quod liberatio salutaris sit, vel saltē non noxia, vel maius bonum non impedirura : altera, quod ex vera fide postuletur. Voluntas igitur beneplaciti Dei est, ut hi Energumeni à dæmone possideantur, ac torqueantur, donec peccandi habitus sit destructus, ne post liberationem illico ad vomitum reuertantur : *Hac enim est voluntas Dei*, ait Paulus 1. Thessal. 4. *sancificatio vera;*

stra; scilicet ut liberatio à dæmoniaca vexatione eis non sit obscura, sed profutura.

§. II.

Secundi generis Energumeni sunt mulieres, vel masculi adolescentes à dæmonibus incubis possessi. Spiritus incubus est ille, qui formam viri visibiliter, vel inuisibiliter accipiens cum mulieribus per naturam: aut cum eisdem, vel cum masculis contra naturam se permiscet. Succubus verò, qui mulieris forma assumpta viris se supponit: ut memorat Innocentius VIII. in Bulla contra Maleficos, quæ incipit: *Summis desiderantes supra relata num. 109. & affirmant Arnobius lib. 5. contra Gentes, D. Augustinus lib. 15. de Civit. Dei cap. 23. Alexander Avenensis par. 1. quæst. 78. D. Bonaventura, D. Thom. Scotus, Durandus, Gabriel, & Paludanus in 2. dist. 8. Martinus de Arles, Franciscus Valesius Medicus, & Deltrius lib. 2. Disquisit. Magic. quæst. 15.*

712.

Mulieres, vel adolescentes ab incubis vexati difficillimè liberantur.

Spiritus incubus quis sit.

Spiritus succubus quis sit.

Iti Vexati sūt in triplici genere.

Sunt autem in triplici genere, qui talia patiuntur.

Alij sunt arreptiti: Hi ut plurimum non realiter; sed imaginariè tantum afflictiones, & motus patiuntur inhonestos.

Alij sunt à dæmone possessi; non tamen eorum potentias possidet; sed tantum corpore abutitur: & ferè semper in corde, & in venereis partibus habitat, quas ad carnalia delectamenta excitat, cum hoc tamen discrimine, quod cum aliquibus die, vel noctu viri forma assumpta concubit: ut anno Domini 1649. quædam mulier de seipsa mihi enarravit, singulis noctibus se cum dæmone incubo sub viri forma commiscere, variasq; cum eo carnales spurcitas exercete; ad Deum blasphemandum induci; cum eo, veluti proprio marito conuersari, loqui, & sæpius extra domum defterri ad concubendum etiam cù viris Magis, ac maleficis. Ex cuius verbis eam consensum dæmoni, nedium implicitum, sed & explicitum præstasse, valde suspicandi sumpli occasionem. Cum quibusdam verò non assumpta viri forma; sed phantasie duntaxat alicuius viri forma, seu specie, vel imagine presentata; realiter verò ex aere denso formatis virga, & coleis concubit: ut cum illa, de qua supra num. 564. faciebat.

Hi vtique difficillimè liberantur à dæmone: quia difficillimè fidei, ac perfectæ confidentia in Deum actus, se liberandos fore elicere valent: quia cù spiritui incubo subiacendi habitum fecerint, si non explicitum (ut sèpè euenit) saltem implicitum assueti sunt præstare consensum; & adeò infirmati mente, & corpore sunt, ut vix vñquam confidentiæ actus, quæ ad liberationem necessaria est, elicere possint; imò in corde suo oppositum sentiunt: ut latè supra num. 563. & 564.

*Cur difficilli-
mè liberantur.*

§. III.

Tertiij generis Energumeni sunt viri, ac mulieres à dæmone ab infantia possessi, qui ob temporis longitudinem, quo dæmon eorum phantasie varios

713.

*Adulti Energumeni ab infan-
tia difficillimè liberantur.*

varios instillauit errores, vt à diuino implorando auocaret auxilio, iam assueti sunt ad diabolicis credendum suggestionibus; ita vt statim ac sibi à dæmone aliquid suggestur, illicò ad pulsū eius operantur: quia ex multis actibus, & longo tempore iam firmā ad dæmoniacis tentationibus assentiendum habent inclinationem, & habitum retinent inueteratum. Cùm enim dæmon multa eis futura enunciauerit, quæ postea vera esse cognouerunt, facile etiam in cæteris ei credunt: præta, admonet dæmon obfessum dicens: *Tali die, si inieris ad Ecclesiam, in terram cades, & gentes te irridebunt: (cuius casus ipse diabolus postea est causa) Veniet Exorcista crastringa, ut me expellat, sed in vanum laborabit: quia ligatus sum in hoc corpore per maleficia, quæ ipse ignorat. Hodie pater tuus ad Numinas nihil lucras est. Dens vult me manere in hoc corpore usque ad annum sequentem. Non possum exire ex hoc corpore, donec moriatur maleficus, qui hic me misit. Hic coactus sum manere, donec moriatur mater tua, vel pater tuus, vel frater tuus: vel donec purgaueris tale peccatum, quod patraisti.* Hæc, & alia incessanter imaginatiæ, ac phantasie talium Energumenorum dæmon representat, quibus ex continuo habitu assentientes, ac fidem præstantes, conseqüenter minimam, aut nullam potestati diuinæ, & auctoritati Ecclesiasticae fidem præbent; ideòq; non nisi difficillimè ad fidei firmæ, ac confidentiæ perfectæ attus, quæ ad liberationem necessaria est, se vñquam disponere valent.

*Quia debita
carent fiducia.*

714.

Hac de causa, quando *Marcii* 9. unus ex Iudeis ad Christum adduxit filium suum habentem spiritum mutum, spumantem, allidentem, & stridentem, quem discipuli eius ejercere non potuerant, Iesum eius Patrem his verbis interrogasse arbitror. *Quantum temporis est, ex quo hoc ei accidit? Cui ille dixit: Ab infanthia: vt ex huiusmodi responsione difficultas innotesceret liberationis: quia ob habitum, quem tam pater, quam filius in nimium pertimescendis diabolicis minis, ac dæmonis suggestionibus faciliter assentiendo, fecerant, à fide, ac fiducia, quæ ad liberationem necessaria erat, nimis erant alieni: idcircò eos reprehendit dicens: O Generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.*

§. IV.

715.
*Personæ spiri-
tuales obfessa-
difficillimè li-
berantur.*

Quarti generis Energumi sunt personæ (maximè mulieres) spirituales Christianæ vacantes perfectioni. Istæ enim pro Christo mala pati desiderio flagrantes videntes Energumenos multas à dæmons sustinere tortiones, & afflictiones, optant, & ipsæ, immò aliquæ à Deo petunt, vt in ipsis dæmones immittat, à quibus pro Dei amore multa valeant tormenta sustinere. Sed ecce dæmon noctu, dum noctes insomnes ducunt, eorum phantasie representat, iam esse voluntatem Dei determinatam, vt à dæmone possideantur, vt ipso eas affligente, in Christianæ perfectionis palestra, & in virtutum exercitio magis magisque sint profecturæ. Que omnia Angelorum visiones esse credentes suggestioni assentiunt, ac per liberū arbitrium diabolo facultatem cōcedunt, vt liberè corpus suum ingrediatur.

Qui

Qui aliquando (Deo sic permittente) illarum corpus ingreditur, à quo difficultimè (ne dicam, vix vixquam) queunt liberari.

Ratio est : quia huiusmodi personæ, et si ab Exorcistis remedia ad liberationem ordinata perquirunt : quia se à démonie ad multa mala induci, & à bonis pluribus peragendis impediri vident ; nihilominus non nisi raro à demoniaca eripiunt tyrannide ; quia in fiducia erga Deum ad suam liberationem necessaria deficiunt ; Difficillimè enim sibi suadere volunt, Dei voluntatem esse omnes à démonie obsecros nunc liberandi, si liberatio huiusmodi salutaris fuerit, & ipsi obsecros perfectam fidem habuerint, quasi Christus centies hanc suam voluntatem aperte in diuina scriptura non declarauerit, sed potius Deum ipsas sic diu torqueri velte opinantur.

Quæ personæ implicitè saltem temeritatis labo nō videntur carere, dum posthabito maiorum suorum consilio, ipsæmet sibi à Deo in perfectionis schola progrediendi iuxta suam propriam voluntatem methodum assignari volunt, nempe per demoniacas vexationes, ac infestationes, non considerantes mala etiam culpæ, quæ à communi Dei, & hominum inimico incessanter contra Dei honorem, hominumq; salutem intentantur; quasi apud Deum perfectiora media non sint, quibus ad certiora virtutum incrementa valeant prouocari. Diuinæ etiam clementiæ quodammodo iniutiam haud dubiè in hoc inferunt, quòd Deum gaudere, vt serui sui amici sub demonis eius infensissimi hostis potestate maneant, arbitrentur. Hac de causa Deus ad démonem coercendum non concurrit, dum Exorcista démoni præcipit, vt è corporibus exeat : quia huiusmodi liberationem sibi futuram esse salutarem non credunt : nec Deum ad suam liberationem concurrere velle, confidunt; sed cum hæsitatione, ac cum formidine de opposito semper persistunt.

§. V.

Quinti generis Energumeni sunt homines, ac mulieres duræ ceruicis, ac proptiæ astimationis. His enim à démonie, eorum infirmitatem esse à causa naturali prodeuntem suggestur, ideoq; non posse Exorcistæ ministerio auferri. Quas diabolicas suggestiones cogitationes esse à suo proprio iudicio, ac cerebro sibi administraras putantes, firmiter illis adhærent, & vt veras, inuariabiles, & infallibiles amplexantur. Vnde consequendæ sanitatis desiderio ducti sic à parentibus, vel amicis persuasi ad Exorcistam accedunt, qui nedium per indicia probabilita; sed per certa, & euidentia infirmitatem à démonie causatam esse agnoscens, hanc illis veritatem suadere conatur. Verùm licet Exorcistæ suasionibus, qui speculatiue, & practicè per euidentia signa eis veritatem ostendit, assentire videantur ; nihilominus vix operati, aut loqui Exorcista desistit, quòd iterum demoniacis suggestionibus credunt : quas rationes euidentes esse ex sui subtilissimi, ac firmissimi cerebri promptuario desumptas existimantes, illas sequuntur, iudicantq; non exorcistico ministerio, sed medicorum pharmaciæ sanitatem esse obtinendam.

716.

Quia debita carent fiducia.

Error occultus.

Eccl. 32. v.24.

Supranu. 486.

717.

Energumeni dura ceruicis difficillimè liberantur.

Ratio difficultatis.

Quare

§. VI.

718.
Repetitio bre-
uis causa pre-
dictarum diffi-
cultatum.
Peccatores ma-
gni.

Vexati ab in-
cubis.

Obsessi ab in-
fancia.

Personae spiri-
tuales.

Energumeni
dura cervicis.

719.
Cur accedant
ad Exorcistas.

Quare omnes prædicti obsessi difficillimè liberantur, vel quia liberatio eis non profutura, sed obsutura potius esset: vel ob firmæ fidei, ac perfectæ confidentiæ in Deum: nec non ob detestationis dæmonis, ipsiusq; peruersarum suggestionum defectum, quæ ab huiusmodi fiducia mentem auertunt.

Primi quidē generis obsessi non facilè liberantur; quia repentina eorū liberatio non eis salutaris (vrdiximus) sed noxia esset: vel etiā quia, cum ex longo peccandi habitu eos eorum cor reprehendat, difficillimè possunt firmæ fidei, ac perfectæ confidentiæ in Deum actus elicere; ac pari modo nec dæmonem, eiusq; suggestiones detestari, cui diù libenter per commissa peccata inservierunt, ac per voluntarium consensum connuerunt.

Secundi generis obsessi difficillimè etiam fidei actus elicere possunt: quia mens eorum ex coniunctione cū appetitu sensu ex continuis carnis spurcijs nimis valde est obscurata, & maculata, idèo cùm sensui, ac carni sit subiecta, ex totis præcordijs ad Deum difficillimè potest eleuari. Nec dæmonem detestari audent, à quo continuè venereis, veluti ab amasio, seu coniuge dilecto delectationibus afficiuntur.

Tertiij generis obsessi non minori detinentur difficultate; quia isti potius oppositis confidentiæ à Christo requisitæ actibus assentient ob habitum ex frequentatis actibus genitum, quo semper ad oppositum tendunt, ad credendum scilicet, quod non nisi post longum tempus liberabuntur. Hinc nisi difficillimè detestari dæmonem valent, à quo multa futura eis prænuntiantur; quæ cùm postea euenire conspiciant, gaudent, & latantur.

Quarti generis similiter difficillimè firmæ fidei actus elicere queunt: quia ne Deus oppositum velit, suspicantur, videlicet, vt à dæmonie vexentur, vt sic in virtutum exercitio magis perficiantur. Hi detestari dæmonem minime audent: quia illum, non vt hostem, & maleficum, sed vt amicum, & beneficium meditantur, à quo ad maiora christianæ perfectionis incrementa, quasi tot calcaribus sibi videtur prouocari.

Quinti generis tandem pari modo maxima cum difficultate fidei actus elicere valent: & si quandoque aliquos eliciunt, non perseuerant: quia ægritudinem suam remedio supernaturali indigere non credunt; sed potius pharmaciis naturalibus esse tollendam existimant: Nec ad dæmonem contemnendum mouentur; quia illum ibi adesse non credunt, nec talem ab eo ægritudinem causari opinantur.

§. VII.

Quare omnes prædicti Energumeni consequendæ sanitatis desiderio laborant, quo ad remedia tam corporalia, quam spiritualia inuestiganda ducuntur, & aliquam spem, vel opinionem potius habent illis medijs optatam obtinendi sanitatem. Sed quia spes, seu opinio illa

illa eſt cum formidine de oppoſito, ideſt hæſitatione, ac dubietate plena, ſimiles ſunt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circum fertur, vt ait Iacobus Apoſt. epift. ſua canon. cap. 1. Non ergo aſtiment, quod accipient aliquid à Domino: quia Deus illos ſub potestate dæmonis derelinquet, ac diuina non concurrente virtute, dæmon Exorcista präceptis obſſet, atq; reſiſter. Quod diligenteriſſime ab Exorcistis eſt obſeruandum: quia omnes obſſetiſſi, ſive Energumeni, vel maleficiati ſe fidem habere dicunt; ſed ſepiuſ nō eſt fides, ſeu fiducia, de qua loquimur; ſed deſiderium, aut ſpes valde hæſitans; ac dubijs inuoluta.

QVÆ ST 10 III.

Quomodo huiusmodi diabolica repugnantia ſit auferenda.

Dicendum: cùm Exorcista poſt communes iſtructions Energumeniſ factas, poſt Sacra menta ſepiuſ ab ipliſ frequentata, poſt alia huiusmodi ſpiritualia tam generalia, quām particularia pharimaca eis exhibita, ſua präcepta ad dæmones expellendos nō proficere videtur, ad iterum noua präcepta expulſiua repetenda velox non ſit, licet ipli Energumeni ſe fidem habere aſſuerent; ſed diu illos probet, & obſeruet, an ipli iſtanter, humili ter, ac ſuppliciter ab Exorcista, vt dæmones expellat, expouſtulent. Dicat eis illa verba Christi, quę Cæco clamanti: *Iefu fili David miserere mei*, dixit: *Quid vis, vt faciam tibi?* vt ex iplorum reſpoſione firmam illorum fidem, ac perfectam confidentiam in Deum agnoscendi locum deſumat. Simili ter attendat, an ipliſ metu facillimē dæmonem expugnat, ac reprimant, & an ad präceptum à ſe in nomine Iefu dæmoni factū, confeſtim illos cefſet moleſtare. Páriter conſideret, an eorū oculos non cogitabundos, ac ve luti ad contemplanduim eleuatos non ſtare agnoſcat; ſed eos vultu, & aſpe ctu ſe oſtendere ei, quod ore pronunciant, toto corde, & aſpe ctu adhærere; tunc ſignum erit, quod bene ſunt probati. Poteritq; Exorcista tunc ad präcepta deuenire expulſiua, quę ſequenti articulo habetur. Sed vt plurimum hos, non humili ter, non feruidè, non liberè, & aſolutè auxilium petere, ab Exorcista videbis; ſed tepidè, ac ſegniter, potiuſ à parentibus, con ſanguineis, vel amicis coaſti, quām à propria voluntate duſti: Ac de dæ mo ne non ſicut de inimico: ſed veſtigio de persona familiari, & amica ſermoci nati: Quę omnia ſunt ſigna, eos generofa fide, ac fiducia in Deum, & eo rum, quę ad ſuam libe rationem obtinendam neceſſaria ſunt, carere.

QVÆ ST 10 IV.

Quenam ſint remedia particularia pro primi generi Obſſetiſſiſ.

R Eſpondetur, cùm huiusmodi obſſetiſſi ſint inueterati peccatores, Deum ad eorū delicta purganda, ob quę a eternis eſſent destinandi ſupplicijſ, hos dæmoniacis vexationibus à dæmonе torqueti permiſſe; nihilominus,

720.
Cautela ſer uāda ab Exor ciſta, vt cognoscat Energume nos debitā habere fiduciam.
Marci 10.48.

721.
Documenta ab Exorcista tra denda obſſetiſſi ſe peccatoribus.
vt

vt per exorcisticū munus à tali vexatione liberati valeant, esse admonēdos.
Primò, ut ex totis præcordijs conuertantur ad Deum, ut Deus per Ioelem
c. 2. monet, dicens: *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, &*
*fletu, & planctu, ut latè supra docui num. 352. & sequentibus. Vt illissimumq;
erit, eos ad omnia peccata etiam alijs confessā, sed grauiora iterum in con-
fessione aperienda, ac derestanda, adhortari.*

Secundò, ut citius quām poterunt, diuinæ iustitiæ satisfaciant vindicanti,
hos Exorcista commoneat, ut corpus suum ieiunijs, disciplinis, abstinentijs,
mortificationibusq; castigem, (& si diuites sint) eleemosinis: quia, ut D.
Ambrosius docet ad Virginem lapsam cap. 18. *Grandi plaga alta, & proli-
xa est medicina, grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem.*
Nam si huiusmodi afflictiui pénis diuinæ iustitiæ satisfecerint, facillimè à
Deo suam de dæmonis vexatione liberationem obtinebunt: quia Deus, qui
iustissimus est, bis in id ipsum non iudicat, nec supra demerita castigationes
puniendo infligit.

Tertiò, vt liberatio à dæmons eis profutura sit, iubeat Exorcista, vt alii-
qua exercitia spiritualia eligant, quibus toto tempore vita suę continuè in-
cumbant: puta orationi, nedum vocali, sed mentali, Eucharistię s̄epiuſ su-
mende, & alijs huiusmodi; vt sic peccata carentes, occasionem etiam caue-
ant, ob quam à dæmons post liberationem iterum possideantur.

Quartò tandem, cùm illos perfectè probatos esse iuxta regulas generales
supra positas num. 647. & sequentibus, nouerit, poterit ad præcepta expulsi-
ua iuxta ordinem positum Articulo sequenti num. 737. & seqq. deuenire.

Q V A E S T I O N E .

Quæ sint remedia particularia pro Obsessos secundi generis.

722.
Monita tradē-
da Vexatis ab
incubis.

REspondetur, vt ab huiusmodi obsessis Exorcista, diuino fauente Nu-
mine, dæmonum repugnantiam auferre valeat, ab eo, quæ sequuntur
esse obseruanda.

Primò obsessam diligenter de principio, & ordine talis passionis interro-
get, vt facilius ejciantur: maximè, an fidem negauerit, vel aliquem actum
contra eam fecerit: an illos dæmons, nec ne inuocauerit: an aliquod in-
teriuenerit paetum: an in forma alicuius amasi, vel dæmonis forma, puta,
monstruosa, se cum illa commiscuerit. Item de loco, & tempore, & alijs
circumstantijs, vt pluries solet euenire.

Secundò admoneat, quòd dæmon in nobis, quæ peccata sunt, sine nobis
operari non potest, idest nisi aliquis eō sensus, saltem implicitus, & tacitus
adlit, seu interpretatius. Nam subiacere, vel spiritibus immundis in acti-
bus lasciuia supponi, ad substantiam, & ad peccati modum spectat; idè
ne dicatur, quòd interius consensus negatur, & quòd certè corpus ad tales
actus impellitur: quia subtiliter decipitur, dum dæmon in virtute primi cō-
sensus dati habitualiter perseverantis, eum non amplius retrotrahi posse, &
corpus eius in sua esse potestate, credere facit. Sed hoc est falsissimum, quia
semper

semper consensus liber existit, & quilibet per liberum arbitrium, mediante Dei auxilio, dæmonis audaciam vincere potest, ac totaliter eius impetus extirpare. Sed difficultas tantum ex habitu prouenit dæmoni subiacendi.

Sup. n. 105.

Tertiò ostendatur ei peccati grauitas; ideoque ad contritionem; ad lacrymas, ad firmum propositum ab eo, diuino opitulante Numine, recedendi, inducatur: quotidiè peccata sua; & omnia, quæ sibi eueniunt, & euenerunt à principio, quo à dæmoni comprimi cœpit, confiteatur, ac sæpius sacramissima Eucharistia reficiatur.

Quartò suadeat, ut ex totis præcordijs coram Deo sæpissimè se super omnia Deum amare velle, nec tunc, nec vñquam dæmoniacis suggestionibus, & agitationibus assentiri, protestetur.

§. I.

QVINTÒ, vt sæpissimè Iesu inuocet nomen, ac humiliter, & deuotè sequentem, aut similem proferat orationem, adhortetur.

Signor mio Giesù Christo, che siete il mio Redentore, Signore, e Protettore, difendetemi, & aiutatemi contro questo diauolo maladetto, immondo, e sporco; e non permettete, che habbia potestà alcuna sopra il mio corpo..

723.
Orationes reci-
tanda ab Obſe-
ſis prædictis..

Deinde oratione, quæ sequitur, Sancti Spiritus suffragia deprecetur.

Vre igne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine, ut tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus: qui viuis, & regnas in secula seculorum..

Postea Beatissimam Virginem Genitricem Dei Mariam inuocet, atque eam in matrem, tutricem, ac protectricem eligat, nec non Angelum custodem suum, & alios Sanctos suos deuotos sibi postulet suffragari.

Sextò, moneat illam, ut numquam, quoad fieri potest, maneat sola dicta, vel nocte: nec sé ad solitaria loca recipiat; sed sècum aliquam mulierem (si persona vexata sit mulier) deuotam, humilem, ac Deum timentem habeat; cui, quotiescumque à dæmonie molestatur, statim suam manifestet vexationem; quæ statim ambo genuflexæ deuotè sanctissimum nomen Iesu inuocent modo supradicto. Deinde ambo dæmonem detestentur, ac in Iesu nomine ei præcipiant, ut recedat, nec illam audeat siue in anima, siue in corpore molestare. Et hoc maximè est obseruandum. Poterunt autem sequenti formula vti.

IO N. benche vilissima creatura, ind'egna di nominare il nome Santissimo di Giesù Christo, pure confidata nella sua gran bontà, e misericordia, per l'autorità cōcessami da Giesù Christo nella fedè posta nel nome di Giesù Christo vengo contro di te spirito maladetto, ribelle del mio, e tuo Dio, apostata del mio, et tuo,

Atto di dete-
statione contro
il diauolo incu-
bo, e succubo..

e tuo Creatore, incubo puzzolente, asmodeo immondo, che per mezzo dell'immonditie carnali procuri di tirare le creature in precipitio: & in virtù del santissimo nome di Giesù ti comando, che subito ti parti, & allontani dal mio corpo, dal mio cuore, dalla mia fantasia, e da tutte le potenze mie interne, & esterne, e per l'auuenire non habbi più potestà sopra il mio corpo, ne sopra i miei sentimenti: perche io son posta sotto la protezione del santissimo nome di G I E S V.

Mulier, quæ manet ad custodiam, verba diriget non super seipsam; sed super personam à dæmone vexatam.

§. II.

724.
Exercitia adim
plenda à Vexa-
tis ab incubis.

S Eptiūò, vt in penalibus operibus, scilicet ieunijs, disciplinis, ac mortificationibus exerceatur, vt supra declaratum est num. 560. & sequentibus, nec non assiduè orationi incumbat: vt latè supra docuimus à num. 387. inclusuè, vñq; ad num. 528. exclusuè, admoneat.

Octauò, vt excludat omnē dæmonis timorem, minas, atque blandimenta contemnat, nec vlo modo mente eius suasionibus attendat; sed cùm aliquid suggerit, statim ad Iesum eleuet mentem, ac quandiu tentationis impulsus durauerit, sequentia reperat verba.

Sia laudato, e glorificato il Santissimo Nome di Giesù.

1. Cor. c. 10. Nonò, vt dæmonem contemnat, ac vilipendat, illumque multis opprobrijs, ac cōuitijs indignabunda afficiat, ac se dæmoniorum sociam fieri nolle protestetur.

Decimò, vt aliquas secum Sanctorū reliquias deferat, Agnus Dei, aliasq; res benedictas; imò laudabile erit, si etiam Exorcista eius vestes benedicat; sed super oīnia sāpius actus fidei, ac confidentiæ in Deum elicitat; hoc n. est maximum omnium remediiorum.

Vndeциmò cùm persona vexata plenum super dæmonem dominium acquisuerit, ita vt ad crucis signum ab ipsa formatum, & ad Sanctissimi Iesu Nominis inuocationem illicò dæmon aufugiat; & Exorcista eam in fide, ac fiducia iam perfectè probatam esse cognouerit, ad præcepta expulsiua, de quibus sequenti articulo agitur, poterit deuenire.

Benedictio pro
Vexatis ab in-
cubis.

Deinde eius cubiculum, vbi pluries talis carnalis commixtio contingebat, sacris munire benedictionibus, ac dæmoni in nomine Iesu præcipere, ne ad talem locum amplius accedere præsumat. Postea creaturam benedictione sequenti benedicat.

Dominus Iesus Christus ✠ apud te sit, vt ab hoste immundo te defendat: intra te ✠ sit, vt à spurcijs carnalibus te conservet: ante te ✠ sit, vt in via mandatorum Dei te perducat: post te

te ✠ sit, ut ab incubo spiritu te custodiat, ita ut amplius ad te accidere nequeat: super te ✠ sit ut te benedicat, qui cum Patre, & Spiritu Sancto in unitate perfecta vivit & regnat in secula, seculorum. Amen.

Duodecimò tandem, cùm Exorcista eam à démone totaliter liberam esse cognoverit, moneat, vt de accepto beneficio Deo quotidie gratias referat: sepiùs fidei aetus, ac confidentia in Deum eliciat, se imposterum, diuino fluente auxilio, mundam, & à quacunq; demoniaca vexatione illęsam fore, ac pr̄seruandam.

Q V A E S T I O N I .

Quenam sint remedia particularia pro Obsessis tertij generis.

REspondetur, vt ab Obsessis tertij generis (adultis videlicet, & qui ab infantia à démone fuere possessi) obex, quo impediuntur, ne à demoniaca tyrannide subtrahantur, auferatur, vtilissimum fore sequentia seruare documenta.

Primò, cùm isti Energumeni ob longum habitum ex frequentatis actibus assentiendi dæmoniacis suggestionibus elicatum ad minimum diaboli nutum trahantur, ac consequenter ad diffidendum de diuina protectione excitentur, ita ut se liberali eius concursu à dæmoniacis vexationibus eripendos fore non credant; etiam per habitum illi contrarium sunt subleuandi; qui quidem confidendi in Deum habitus ex frequentatis actibus coalescat, necesse est. Vnde pr̄ter ea, quę supra habentur in instruptione communis à num. 622. usq; ad nu. 646. de quib; diligentissimè sunt instruendi, sepiùs etiam sunt admonendi, vt in Deum orando, & suppliciter eius diuinam opē implorando ad démoni resistendum perseverent, vt veram, certam, & inhéritantem sibi fidem, ac confidentiam, qua mediante suam liberationem obtinere valeant, communicare dignetur. Nam, licet Deus pr̄stare possit, ait Chrisostomus, prius, quam petamus: verum per hoc differt, & expectat, vt occasionem accipiat, qua iuste nos sua cura dignos faciat. Propterea Exorcista ad manum habeat doctrinam de perseverantia in orando supra positam, à num. 459. usq; ad num. 466. vt per illam vexati, & corde, & animo ad diuinę bonitati credendum, ac in eius protectione fidendum roborentur.

§. I.

SEcundò Vexatum moneat Exorcista, ne démoni aliquid suggestenti attractas prebeat aures, nec cum eo contendat; sed ex tali suggestione, tanquam ex stimulo ad Deum laudandum, ac sanctum nomen eius glorificandum exciterit; idcirco toties, quoties tentatorem presentem apprehenderit, sequentibus verbis illum fugare conetur.

725.
Documenta
seruanda ab
Obsessis ab
infantia.

Chrisost. ho-
mil.30. in Ge-
nesim.

726.

270 Par. III. Cap IV. De Remedijs particularibus.

Sia sempre laudato, & da tutti glorificato il santissimo nome di Giesù.

Sæpiissimè verò, cùm opportunum aderit tempus, ante Crucifixi imaginē ad Iesum deuotè conuersus, ac genuflexus sequentem, vel aliam similem in sua materna lingua recitet orationem.

*Oratione dare
citar si dalli
Obsessi di longo
tempo.*

Voi, Signor mio Giesù Christo, sete il mio Redentore, Conservatore, e Protettore, il mio refugio, il mio conforto, la virtù, e fortezza dell'anima mia : in voi hò posto tutta la mia confidenza : defendetemi dunque contro questo maligno spirito, reprimete la sua tirannia, e non permettete, che habbia potestà di mouermi tanto efficacemente la fantasia, & imaginatiua con le sue false, e vane rappresentationi : mà datemi aiuto, acciò fortemente possa resistere alle sue maligne persuasione, e tenere il mio cuore, e la mia mente à voi unita, accio finalmente per la grandezza della vostra bontà, e misericordia io resti totalmēte libero dalla tirannia di così crudel nemico, e possa vià semper lodare, e glorificare il vostro santissimo nome.

Deinde immediatè post prædictos confidentie actus, sequentem detestationis actum contra démonem animo virili, sed irato, & indignabundo vultu eliciat, dicens :

*Atto di detesta-
zione contro il
demonio.*

E tu, diauolo maladetto, seduttore delle menti diuote, apostata del mio, e tuo Dio, ribelle del mio, e tuo Creatore, partiti da me senza dimora alcuna, che così ti comando nel nome di Giesù Christo.

Interim frontem, os, guttur, pectus, cor, aures, & partem à dæmone vexatam crucis signo muniat, illud sæpius pollice efformando.

Obsesus in duabus prædictis actibus, némpe confidentiæ in Deum, ac detestationis dæmonis se sæpiissimè exerceat, sicque breui tempore pro sua liberatione erit dispositus.

Tandem Exorcista, cùm ipsum obsessum nō ab alijs persuasum, sed sponte, humiliiter, ac suppliciter ab eo petere viderit, vt dæmonem expellat, si ex ipsius verbis illum perfectè esse dispositum, ac benè probatum agnoverit, iuxta communes regulas superiùs positas nū. 646. & seqq., ad præcepta expulsiva deuenire poterit, iuxta doctrinam articulo sequenti tradendā.

Q V E S T I O V I I .

Quænam sint remedia particularia pro Obsessis quarti generis.

727.

REspondetur, cùm huiusmodi personæ energumenæ spirituales sint, & exercitijs spiritualibus semper intentæ, non opus esse, illas admonere, vt

ut peccatorum suorum contritionis actus eliant, Sacra menta frequentent, ieiunio, & orationi vacent, disciplinis, ac mortificationibus corpus suum castigent: quia his omnibus iugiter, ac sedulò incumbunt; sed circa ea, quæ sequuntur, Exorcista, vel Parochus eas diligenter instruere valebit.

Primò circa Dei voluntatem, videlicet quamvis multa mala Deus ene- nire permittat, quatenus illa non impedit, ut latè prosecuti sumus à nu. 128. & sequentibus: attamen cum mala aliquo modo in se peccatum includant, vel ad illud inducant, puta ad Dei, vel proximi offendam: vel homines à bono reuocent, vel maius bonum impedian, v.g. virtutum exercitia, & charitatis opera, Deus illa non vult, nec approbat. Ideò efficaciter illis Exor- cista suadeat, ut firmiter credant, quæ posita sunt credenda in instructione communī à num. 622. usq; ad num. 646. videlicet Deum eas à dæmoniacā possessione liberare velle, si talis liberatio eis sit salutaris; ac pro sua infinita bonitate, ac fidelitate ipsis huiusmodi beneficium collaturum: quia prohibi- fit, quod omnes in se credentes dæmones forent electuri. Si autem ab alijs, eò magis à seipso. Et ipse met Christus quotquot obsessos, aut maleficiatos inuenit, à dæmons liberauit: ut testatur Petrus Actuum c. 10. dicens: *Qui pertransiit beneficiando, & sanando omnes oppressos à diabolo.* Et subdit: *Et nos testes sumus.* Si ergo omnes sanabat, signum est, quod voluntas eius est illos liberandi. Quare à se omnem dubietatem repellere debent, ac totam suum fiduciam in Dei bonitate, ac fidelitate collocare.

*De quibus in-
fruenda sint
personæ spiri-
tuales obsessæ,
ut à dæmons
libererentur.
Supra nu. 541.
& sequent.*

Marci 16.

*Supra nu. 394.
& sequent.
Supra nu. 405.
& sequent.*

§. I.

SEcundò, ut Exorcista liberationem à dæmons ipsis futuram esse animæ salutarem eis persuadere queat, eis ob oculos ponere debet. Primò bona, quæ dæmon impedit in obsessis, v.g. ne sua confiteantur peccata; vel saltem maxima cum difficultate: ne alias doceant personas res ad salutem necessarias: ne Eucharistiæ frequentent Sacramentum: ne opera misericordiæ, & alia huiusmodi bona exerceant, quæ, nisi à dæmons essent impediti, executioni mandarent. Secundò mala, ad quæ dæmon eos inducit, nempe ad Deum blasphemandum, proximum infamandum, eius occulta peccata patefacienda, ad seipso saxis collidendum, igne adurendum, aquis præfocandum, ab alto præcipitandum, laqueo suspendendum, & alia id generis mala, ad quæ sèpius Energuménos à dæmons induci experientia comprobatur. Tertiò damna, ac perturbationes, quæ non tantum personis parentum, consanguineorum, ac domesticorum inferte solet; sed in rebus etiam eorum, ac bonis fortunæ: ut rumores, tumultus, strepitus commouere: odia, inuidiam, ac zelotipiam excitare: rixas, atq; discordias disseminare: sup- pellestilem dissipare, vinum fundere, omnia in perditionem emittere, aliqua innumera mala, quæ, ut ad malum culpæ sunt inducentia, non dicenda sunt esse à Deo iubente, ac volente, sed tantum permittente, ut ex illis magis, ac magis obsessi, eiusq; parentes, ac domestici ad Deum pro liberatione obsessi humiliter exorandum, eiusque diuinum auxilium im- plorandum excitentur.

728.

*Quæ ab Exor-
cista huismodi
obsessis sint pro-
ponenda.*

Supra nu. 541.

§. II.

729.

Tertiò admonere debet, non esse secundum regulas prudentiarum, hoc, vel illud grauissimum malum pœnè secundum propriam voluntatem sibi eligere velle, vt in virtutis, ac perfectionis palestra se exerceat; & eò magis à Deo petere, vt in corpus suum diabolū immittat, cùm per voluntatē signi constet, Deum opposita confirmare. Ideò melius esse consiliū semper à Sapiente perquirere, vt docet Tobias cap. 4. Nam varia sunt media, quibus homo in perfectionis schola progredi potest; *Non enim*, ait Paulus Sherlus in Cantic. Anteloq. 12. n. 18., *vñica est via, qua itur ad Olympum.* *Hei mihi*, ait S. Io. Chrysostomus homil. 61. ad Populum Antiochenum, *quot ad salutem nobis via!* Illa media ex spiritualis, docti, & pij Patris consilio elicere debet, quibus in perfectionis via liberè, & sine impedimento proficere possit.

Quarto, iubeat Exorcista, vt persona obsessa genuflexa ante Crucifixi imaginem fidei actum, iuxta sequentem, vel aliam similem formulam eliciat.

Oratione da farsi à Dio dalle persone spirituali impossessate dal demonio.

730.

Oratio depeccativa.

Signor mio Giesù Christo Redentor mio, refugio, e conforto dell'anima mia, ecco me vilissima creatura serua vostra indegnissima, conosco, che à tanti beneficij riceuuti, e che di continuo riceuo dalla Maestà vostra, non hò mai corrisposto, ne corrispondo, conforme il mio débito: però hora non potendo in altro modo corrispondere, v'offero quest'anima mia, e questo mio corpo, tutti i miei pensieri, parole, & operationi, protestandomi, che tutto quello, che per l'auuenire farò, dirò, e pensarò, di volerlo fare, dire, e pensare solo per dar gusto à voi, e fare in tutto, e per tutto la vostra diuina volontà, con prontezza di patire qualsiuoglia pena, e tormento, che piacerà alla Maestà vostra, ch'io patifca; sì che anco adesso, se io sapessi di certo, che fosse la volontà vostra, ch'io fossi dal demonio posseduta, e tormentata fino al fine di mia vita, molto volontieri m'offero à patire questo, e qualsiuoglia altro tormento, che piacerà alla Maestà vostra di m'darmi. Mà perchè nō mi cõsta essere il vostro diuin volere, che sia dal demonio vostro inimico impossessata; mà più tosto, che la vostra diuina volontà è di far bene.

benè à tutti, & in particolare di liberar dal demonio tutti quelli, che à voi ricorrono, credono, e confidano nella virtù, & efficacia del vostro santissimo nome: sì come l'hauete dimostrata, mentre, essendo in questo mondo vestito di carne mortale, hauete liberato dal demonio tutti quelli, che à voi sono ricorsi. Et affinche giamai mācasse l'aiuto vostro, hauete lasciato la potestà di scacciar' i demonij non solo alli vostri discepoli, e suoi successori; mà tutti i fedeli Christiani ancora, che n'voi hauessero creduto, e confidato; nel che è chiarò, che la vostra diuinna voluntà è di liberare dal demonio tutti quelli, che à voi ricorrono, & in voi confidano, quando tal liberatione li è salutare. Per tanto hora io credo fermamente, che per la grandezza della vostra bontà, e misericordia sete pronto, e preparato à liberarmi da questo maladetto demonio, mentre questa liberatione sia conforme il vostro diuin volere, vi prego, e supplico per l'infinita vostra clemenza, e liberalità, per la verità della vostra parola, e fedeltà nel seruare le promesse vostre vogliate liberarmi da questo maladetto demonio nemico vostro, & insieme concedermi gratia efficace, affinche questa liberatione sia salutare all'anima mia; acciò con maggior libertà di spirito possa seruirui, & con maggior feroore attendere à frequentare i Santissimi Sacramenti, impiegarmi nell'opere di misericordia e spirituali, e corporali, & eccitare non solo me stessa, mà gli altri ancora à maggiormente lodare, e glorificare il vostro santissimo nome. In voi dūque hò posto tutta la mia confidenza, e credo per certo, per la grandezza della vostra pietà, e misericordia, e fedeltà delle vostre promesse, non solo di restar totalmente libera dal demonio, mà di ottenere ancora dalla vostra liberalità vn' aiuto efficace, acciò cotesta liberatione all'anima mia sia gioueuole, e salutare, & con maggior libertà di spirito vià maggiormente sij per attendere à lodare, e glorificare la grandezza della vostra bontà, e misericordia.

Breuiter autem sepiùs liberationem sequenti formula poterit postulare.

Atto breuissimo di confidenza in Dio .

SIgnor mio Giesù Christo, in voi hò posto tutta la mia confidenza ; perche voi sete il mio protettore, e difensore ; però liberatemi voi da questo maladetto demonio per honor, & gloria del vostro santissimo Nome .

Atto di detestazione dafare contro il demonio .

731.
*Actus detesta-
tionis in damo-
nem .*

ETù maladetto diauolo nemico di Dio, ribelle del mio, & tuo Creatore, apostata del mio, e tuo Signore, perturbatore della pace, che ad altro non attendi, che à far male, indurre al peccato, & impedire le buone operationi, con che ardire presumerai tu di star più in questo mio corpo adesso, ch'io credo, e confido nel mio Signor Giesù Christo, che mi vuol liberare dalla tua tirannia ; e che mi son eletta per l'aauenire di esercitarmi in quei patimenti, & altre opere spirituali, che dal mio Padre spirituale mi faranno imposte ? Per tanto per l'autorità concessami da Christo nella Fede, ti comando nel nome di Giesù, che ti parti da me, e non habbi più potestà di molestarmi .

Iubeat Exorcista, vt səpiūs etiam, sed breuiūs predictos confidentiae , ac detestationis actus repeatat ; & cùm eam iam perfectè probatam esse creditur, iuxta probationes supra positas num. 646. & sequentibus , poterit ad precepta expulsiva, iuxta regulas positas sequenti Articula deuenire .

*Q V A E S T I O V I I I .**Quanam sint remedia pro Obsessis quinti generis .*

732.
*De quibus in-
struendi sint
Obsessi dura-
cerueis .*

CVm istis obsessis Exorcista instrunctiones , & communes probationes pro Vexato præparando, de quibus supra *toto capite præcedenti*, adhibere valebit . Præcipue tamen per signa certa, & euidentia coram personis sapientibus, ac prudentibus ostendere studebit personæ obsessæ, aut maleficiatæ , illam ægritudinem non esse à causa naturali ; sed à dēmone proueniente , quod per præcepta probatiua , & instructiua demoni imposta , nedum per seipsum, sed etiam per ipsammet personam obsessam præstabit : de quibus supra num. 663. & 665. Cogitationes verò, quæ illi, infirmitatem naturalem esse suadent, moneat, non ab intellectu , ac ratione recta prouenire , sed ab imaginatiua, seu phantasia, cui a dēmone suggeruntur, quas repellere debet,

debet, ac credere Exorcistæ. Si verò adhuc non crediderit, talem personam dimittat, & à quacumque functione desistat, vt supra docui num. 619. vers. quod si naturalem. Seorsum tamen consanguineos, vel domesticos admonere poterit, vt ipsi personæ vexatae suadeant, vexationem suam non à naturali causa, sed à dæmonे exotiri. Et postea, cùm illam perfectè dispositam esse, iuxta instructiones, & probationes communis viderit, ad expulsiuam præcepta, de quibus in sequenti articulo, poterit deuenire.

ARTICVLVS V.

De Dæmone Fugiente, seu Exeunte.

Dobus modis dæmones è corpore, quod possident, exire, nos in dies experientia rerum magistra demonstrat. Vno modo præstantialiter tantum, sed non potestatiuè. Alio modo præstantialiter, & potestatiuè. Primo modo dæmones in corpore aliquo existentes ab eo exire dicuntur, cùm per aliquod tempus, puta per diem, vel horam illud totaliter torqueat, & vtrò se alio transferentes illud deserunt, sed postea, Deo sic permittente, ad idem redeunt: quia adhuc in illud intrandi, atque vexandi potestate retinent: ita etiam docent Petrus Thyreus lib. de demoniacis c. 8. & Sanchez lib. 2. in precepta Decal. c. 42. num. 7. Et exemplo à Cesario ab Alexandro Calaimato relato in praxi benè moriendi comprobatur. Alio modo dæmones è corpore, quod possident, præstantialiter, & potestatiuè exire dicuntur, cùm à diuina virtute ab eo exire compelluntur, eisq; omnis potestas illud diuexandi totaliter aufertur. Et de hoc exitu impræstantialium loquimur, in quo, certum est, quod dæmones propter suam inuidiam, supetbia, crudelitatem, odium, iram, & iniuriam, omne malum, quod posseunt, Vexato inferre vellent; sed si Vexatus erit benè instrutus, & Exorcista prudens fuerit, dæmones sine minima ipsius Vexati, & aliorum quorumcumque lesionē exire compellentur.

Vnde antiquis Exorcistis visum fuit, dæmones exire non posse, vel eijscendos non esse, nisi prius ex maleficiati corpore maleficia expellerentur, ac destruerentur, que alibi essent abscondita, & nisi superiores dæmones eijscent inferiores, & alia id generis, quorum primum non necessarium esse, supra ostendimus num. 125. & 280. Secundum verò, vt vanum reprobauimus supra num. 268. & num. 285. & sequenibus. Hac de causa præfati Exorcistæ, dæmones in exitu, tanquam compulsos, dirè semper corpora vexare credebant; & quamvis præcepta grauissima adhiberentur, nō tamen adhuc à vexatione abstinere; & ideo Vexati communiter voces terribiles, ac mugitus emittere, dolores acerbissimos sustinere, membra propria dilaniare, incompositè saltare, ora latissimè aperire, oculos quasi extra caput educere videbantur, qui si à pluribus non sustincentur, terribiliora paterentur.

733.
Dæmones in aliquibus Obsessis non semper presentes manent; sed ad tempus eos deserunt, & postea redeunt.

Antiqui Exorcistæ multa credebant esse necessariò seruanda in expulsione dæmonis,
Quæ à nobis sūt reprobata.

§. I.

734.
Possunt dæmo-
nes ab obfesso
exire sine vlla
ipsius leſione.

AT nunc , Deo dante , dæmones è corpore Energumeni fine vlla ipsius torsione , & vexatione exire videmus , & experimur , quando ipse secundum regulas præpositoris capite præcedenti est benè instructus , ac perfetè probatus ; & Exorcista secundum easdem , & alias in hoc opusculo assignatas ad dæmones præcepta dirigit expulsiua .

Nec his repugnat , quòd vexatio ex maleficijs , vel extimore fuerit ; vel si vnuſ , vel plures dæmones , aut etiam legiones fuerint : & quicquid priùs in corpore fuerint operati : quia dæmones omnes exient , & omnia maleficia sine vlo corporis dolore , ac perturbatione dissoluuntur .

Quod facilè ex lenitiuis , & instructiuis præceptis poterit argumentari .

Sup. num. 664.
& 665.

Si enim per præcepta lenitiua , & instructiua facta , vt supra docuimus , demon ad tales obedientiam reducitur , quòd omnibus præceptis indifferenter obediat , cur non etiam præceptis obediet , quæ ad illius expulsionem flunt , vt scilicet nullam Vexato in exitu lesionem inferat ? Inò si dæmones insensibiliter in corpus ingredi possunt , & in eo insensibiliter manere , poterunt etiam insensibiliter exire .

Si autem instetur , quòd contrarium experientia docet : Respondetur hoc prouenire , quia non est benè instructus Energumenus , & non est cautus Exorcista in dæmonē ejiendo , quando ad obedientiā totaliter est reductus .

§. II.

735.
Obiectio.
Solutio.
Tostat. q. 123.
in c. 8. Matth.
ad 3.

Lucæ 4. 35.

736.
Superflū est ,
dæmoni præci-
pere , ut in exi-
tu det signum .

SI verò obijciatur , quòd etiam ad Christi præceptum , dum aliquando dæmones expelleret , Energumenus quidam Marci 9. volutabatur spumans , cruciabatur valde , & factus est velut mortuus . Respondetur , hoc permisissé Christum , non quòd diabolus sine vlla obfesso vexatione exire non posset ; sed vt astantes dæmonis crudelitatem viderent , qui de corpore exire noluisseſet , si potuiffet , & propter alia mysteria ; Ideò Christus præceptum non addidit de nulla lassione facienda . Alijs autem vicibus Christus dæmonia sine vlo Energumeni dolore eiecit ; Obmutesce , dicebat , & exi ab eo . Et cum proiecisset illum dæmonium in medium : exiit ab illo , nihilq; illum nocuit . Sic Discipuli Christi eodem modo dæmonia ejiciebant .

Nec opus est , dæmoni præcipere , vt sui exitus det signum , puta lampadem ardenteſem , seu candelam accenſam extinguendo , vel vitrum frangendo , vel ſimilia : quia multoties , vt à fide dignis audiui , dæmon talia dedit signa ; imo anno 1649. cum quidam Exorcista tale signum quaſiuifſet , dæmon nedum lampadis lumen extinxit , sed & ipsam , licet argentea eſſet , confregit , nec tamen è corpore eſt egressus .

Certum ergo dæmonij exitus erit signum , cùm persona priùs obfessa , aut maleficiata post ultimum expulſiūm præceptum ſe veluti à quodam pondere exoneratam , à quodam ligamine ſolutam , & à quocumque dolore , & grauamine ſubleuatam , ac cor ſuum ob liberationem hilaritate , ac iucunditate

ditate repletum habere, experietur. Dæmoni tamen Energumenorum lingua in possidenti ad maiorem penam, & cōfusionem præcipere posset Exorcista, ut in exitu tet clamaret, non inuocando, vel deprecando, sed quasi deterritus pertimescendo nomen Iesu, sic: *Iesu tu me eijcis: Iesu tu me eycis: Iesu tu me ejcis:* vel idiomate vulgari dicendo: *Giesù tu mi scacci: Giesù tu miscacci: Giesù tu miscacci:* Hoc tamen non est necessarium.

QVÆ ST 10 1.

Quomodo se beat habere Exorcista erga Energumenum in actu liberationis.

REsponderut Exorcistam, cūm ad ultimum actum petuenerit, nempe ad dæmonem ab Energumeno expellendum, ipsumq; obseuum bene instructum, ac perfectè probatum iuxta doctrinam traditam capite antecedenti viderit, præsentibus Vexati consanguineis, vel domesticis, alijsq; personis spiritualibus, debete illi à Deo accepta beneficia in memoriam recitare; insidias nempe dæmonis iam patefactas, sicut & modos, quibus ipse decipiebatur: eum didicisse remedium, quo dæmon est expellendus, nempe fidem, & confidentiam certam in Santissimo Iesu nomine; ac præceptum ab Exorcista, tanquam ipsius Dei, & Ecclesiæ ministro faciendum: iam dæmoni à Deo omnem potestatem super eum esse ablatam: Deumq; ad eius peccata non respecturum; Nam expulsio fieri virtute diuina ob diuinæ misericordiæ magnitudinem, ob Dei fidelitatem, & ob Sanctissimi Nominis Iesu honorem.

Præterea Exorcista Energumenum diligenter instruat, ne diabolicis tentationibus vim quam assentiatur; imò quod neque attendat. Videl n. malignus ille spiritus, quod nihil amplius contra Energumenum potest, destruta totaliter sua potestate, ad tentationes, insidias, suggestiones, ac deceptions confugit, vt saltem per illas aliquid possit, puta Energumenum ad diffidentiam inducere de concursu diuini auxilij; Ideò Energumenus cautus sit, vt fide firma, ac confidentia certa dæmoni bus resistat, omnibus illis insultet, eos spernat, ac contemnat, & in Deum semper omnem spem suam collocet, omnibusque diligenter attendat, quæ sibi ab Exorcista proponuntur.

QVÆ ST 10 11.

Quenam sint suggestiones speciales, quibus dæmon Energumenum inuadere solet tempore liberationis.

REspondetur varias esse tentationes, quas Energumenus patitur durante instructione, & probatione; sed in actu liberationis, & immediate post liberationem sunt innumeræ, & subtilissimæ, inter quas sequentes sunt speciales, quibus ad solita remedia est recurrentum.

737.
Dicimeta trā-
dēda ab Exor-
cista in actu li-
berationis.

738.
Varie demonis
tentationes.

Prima

378 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

Prima tentatio est, de non futuro dæmonis discessu, & illius inobedientia pertinaci; & quod potius dæmon omnia pœnatum genera eliget, quam è possesso corpore exire.

2. Quod finget quidem exire, sed non terminabit exitum, prout præcedentes obedientias finxit, nec terminauit: quia diabolus callidus est, & mendax; idcirco in aliquo decipiet, & in corpore remanebit.

3. Quod Energumenus non est sufficienter ad liberationem dispositus: quia est aliquod peccatum occultum, propter quod liberari non potest.

4. Quod Exorcista plenam auctoritatem non habet: quia non est bene dispositus: eò quod consuetis exorcismis non vtatur, nec dæmonem de omnibus ad liberationem necessarijs interrogauit.

5. Quod non est voluntas Dœi, ut modò exeat: quia ipse Energumenus hanc tribulationem meretur, cui melius est non liberari: eò quod illa est crux sibi data à Deo (ut dicunt etiam quidam spirituales ignati) ideòq; illâ respuere non debere.

6. Quod post factum clatè videbitur, quod creatura liberata non erit: nam ijdem, qui prius, effectus videbuntur: & quod etiam dictum fuit, & credidit esse liberatam, & tamen non fuit: sic erit & modò.

7. Quod non datur aliqua virtus, quę dæmones expellere valeat: quia dæmones possidentes fortes sunt, obstinati, & maligni.

8. Quod exiet verè, sed modò non est tempus opportunum: exiet autem alia occasione, alio tempore, alio loco, per aliud ministrum: quod adhuc requiritur hæc, & illa.

9. Quod nullus Energumenorum à spiritibus verè liberatur; semper enim aliquid in illo sentiunt, ita ut ab eis dæmones nō sint egressi: vel statim ad idem sint reuersi.

10. Quod prius maleficia inuenire, & illa destruere oportet: quod per vomitum, vel alio modo expelli debent: quod sunt fortissima, & insolubilia: quod maleficus est viuus, & illa recenter ordietur: vel quod iam sunt renouata: quod prius tales maleficos castigare oportet, & cetera.

11. Quod exhibet, & quod non exire non potest; sed statim, & post modicum ad pristinam habitationem reuertetur: quod tantum insidiabitur, donec, quod perdidit, acquirat: quod insensibiliter ingredietur.

12. Quod in exitu se in aliquo corporis latibulo, post datum signum, abscondet: quod quiescat, donec ibi fuerit Exorcista; sed in vestimentis, in capillis, & ceteris remanebit.

13. Blanditijs Energumenum hortatur intrinsecè, ut illum in corpore relinquat; quia se deinceps nullum malum, sed bona potius illaturum promittit.

14. Quod varios timores immittet: quod per maleficos hæc, & illa operabitur: quod secum alios dæmones adducet: quod alios mittet, &c.

15. Quod si exire cogatur, infinita mala facere spondet; nam se creaturam suffocare velle, intestina extrahere, os extorquere, ossa comminuere, & alia multa mala facere minatur.

16. Quod malum in Exorcistam, vel obfessi parentes, vel astantes, vel agros, vineas, prata tentabit, &c.

Alia

Alia multa proponet versipellis dæmon, vt liberationem impedit, Energumenum ad timorem, pusillanimitatem, & ad diffidentiam de concursu diuini auxiliū inducendo. Sed hisce omnibus Energumenus, vt fortis miles fidei firmæ, ac confidentiæ in Deum scuto validissimæ resistere debet, & omnium temptationum, ac suggestionum exercitum pro virili debellare.

§. I.

Quare Exorcista, dum prædictas Energumeno suggestiones proponit, hilari fronte eas contemnere debet, & cuīlibet remedium prestare; & illis præcipue, in quibus Vexatus fuerit tentatus obuiare. Propterea hortetur illum, vt clarè manifestet quas patitur temptationes: si istas, vel illas, vel alias, & continuò remedium ex suprapositis instructionibus capite præcedenti, desumendum proponat.

Insuper Exorcista, expositis dictis temptationibus, Vexatum animare debet, & cor eius ad contemnendum illas robore: quia omnia sunt maledictio; & quod diabolus, cùm minimæ potestatis sit, subiacere debet Exorcista, & in omnibus, & per omnia obedire; & nullatenus ei aduersari potest in his, quæ ad suam expulsionem spectant: idcirco Vexatus minas eius non timeat, ac blandimenta repellat.

Vt autē Energumenus viriliter temptationes diabolicas propulsare queat, & à Deo perfectā fiduciam obtainere, qua sine vlla hæsitatione credat, quod ad preceptum expulsuum dæmonis faciendum ab Exorcista Deus concurret, ac virtute sua infinita dæmonem expellet, verter in fugam, destruet omnia opera eius, ac perfectam sibi impertietur sanitatem, Exorcista vñà cù omnibus astantibus genuflexus ante Domini Nostri Iesu Christi, ac Beatisimæ Virginis imaginem humiliter, ac deuotè sequentes, vel aliquam ex sequentibus orationibus, prout opportunum iudicauerit, recitatibit.

Ad Spiritum S. Antiphona.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorū corda fidelium, & tui amoris in nobis ignem accende.

740.
Oratio deprecativa.

¶. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.

¶. Et renouabis faciem terræ. ¶. Domine exaudi, &c.

¶. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

Deus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti spiritum, concede plebi tuæ piæ petitionis effectum; vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem.

Omnipotens Domine, Verbum Dei Patris, Christe Iesu, Deus, & Dominus vniuersæ creaturæ, qui Sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, qui inter

*Ex thesauro
Exorcismorū.*

inter cætera mirabilium tuorum præcepta , dignatus es dicere :
dæmones effugate : cuius virtute motus tanquam fulgor de celo
 sathanas cecidit : tuum sanctum numen cum timore , & tremo-
 re suppliciter deprecamur , vt indignissimo mihi seruo , data ve-
 nia omnium delictorum meorum , constantem fidem , & poten-
 statem donare digneris : vt hunc crudelem dæmonem , brachij
 tui sancti munitus potentia , fiderter , & securus aggrediar , &
 expellam , per te Iesu Christe Domine Deus noster , qui ventu-
 rūs es iudicare viuos , & mortuos , & sæculum per ignem . Amen .

Oremus .

Deus , & Pater Domini Nostri Iesu Christi , inuoco nomen
 sanctum tuum , & clementiam tuam supplex exposco , vt aduer-
 sus hunc , & omnem immundum spiritum , qui vexat hoc plasma
 tuum , mihi auxilium præstare digneris .

Excita quæsumus Domine potentiam tuam , & veni ; vt hi
 qui in tua pietate confidunt , ab omni citius aduersitate libe-
 rentur .

Deus , qui iustificas impium , & non vis mortem peccatoris ,
 Maiestatem tuam suppliciter deprecamur , & famulum tuum
 (si femina est , & famulam tuam) de tua misericordia confiden-
 tem cælesti protegas benignus auxilio , & assidua protectione
 conserues , vt tibi iugiter famuletur , & nullis tentationibus à te
 separetur . Per Christum Dominum nostrum . Amen .

Ad Beatissimam Virginem Antiphona .

Sub tuum præsidium configimus Sancta Dei Genitrix , no-
 stras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris , sed à
 periculis cunctis libera nos semper Virgo gloria , & benedicta .

V. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix .

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi .

Oremus .

Defende quæsumus Domine Beata Maria semper Virginē
 intercedente istam ab omni diabolica aduersitate creaturam , &
 toto corde tibi prostratam à dæmoniacis propitijs tuere cle-
 menter insidijs .

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus , & quibus
 fidu-

741.
*Oraario depre-
cativa .*

fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiæ
tribue benignus effectum.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumq;
dispensas, concede propitius, vt à quibus tibi ministrantibus in
cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per
Christum Dominum nostrum.

AD SANCTVM ANTONIVM DE PADVA

Responsorium.

SI quæris Miracula, Mors, Error, Calamitas,
Dæmon, Lepra fugiunt: Ægri surgunt fani:
Cedunt Mare, Vincula: Membra, Resq; perditas
Petunt, & accipiunt iuuenes, & cani:
Pereunt pericula, cessat & necessitas.

Narrent hi, qui sentiunt: dicant Paduani.

Cedunt Mare, Vincula: Membra, Resq; perditas
Petunt, & accipiunt iuuenes, & cani.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Cedunt Mare, Vincula: Membra, Resq; perditas
Petunt, & accipiunt iuuenes, & cani.

V. Ora pro nobis Beate Antoni.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Ecclesiam tuam, Deus, Beati Antonij Confessoris tui depre-
catio votiva lætificet, vt spiritualibus semper muniatur auxilijs,
& gaudijs perfrui mereatur æternis.

Da, quæsumus Domine, seruis tuis ad te configentibus, &
nomen sanctum tuum inuocantibus diabolica vitæ contagia;
& te solum Deum pura mente sectari.

Prætende, quæsumus Domine, fidelibus tuis dexteram cœle-
stis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant,
consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Am.

§. L

POst hæc sedeat Exorcista, ceteris omnibus genuflexis, & iubeat, vt Ener-
gumenus fidem, ac fiduciam, quam protestatur mente se habere, verbis
comprobet, iuxta formulam, vel aliam similem, positam supra num. 656.

Deinde

742.

Responsorium
S Bonaventura
ad D. Antoniū
à Padua.

743.

Deinde detestationis actum in dæmonem, ut num. 657. enunciet.

Postea breuiter remoret, primò, vt firmiter credit, nec ullatenus dubitet, quod ad præceptum expulsuum mox dæmoni faciendum infallibiliter dæmon obediens, si talis liberatio ei sit profutura. Secundò iubeat, ut ipsam obfessus respondeat dicens.

Credo fermamente, che hor' hora il demonio si partirà da me, scacciato dalla virtù diuina, mentre questa liberatione mi sia salutare, si come spero, e confido in Dio.

Tertiò moneat, quod Deus ibi verè per essentiam, per præsentiam, ac per potentiam adest, qui virtute sua infinita ad tale præceptum dæmonem propulsabit; immò si essent mille dæmonum legiones omnes in fugam vertentur; Idcirco ipse interim eleuata mente ad Dominum Iesum incessanter magno affectu sequentia repeatet verba, dum Exorcista præceptum enunciat.

Signor mio Giesù Christo scacciate da me questo maladetto diauolo.

E tu, maladetto diauolo, partiti da me subito, che così ti comando nel santissimo nome di Giesù.

Interim cernuus ad Exorcistæ pedes prædicta verba repeatat.

Tunc ergo Exorcista sedens, capite cooperro, voce graui, & horribili contra dæmonem conuersus, quasi iudex contra reum vincitum, & conuictum præceptum expulsuum sequenti, vel simili forma proferat.

Exorcismus ad dæmonem ab Energumeno expellendum.

744.
Præceptum ex.
pulsuum.

Contra te, maledicte dæmon (vel si plures cœtis) contra vos, spiritus immundi, & apostatici, qui Dominum Deum vestrum dereliquistis, & oblieti estis Dei Creatoris vestri, constitutus sum à Deo ego N. minister Christi, & Ecclesiæ; ideo auctoritate, quam accépi à Deo, & ab Ecclesia in Ordine Exorcistatus, in nomine sanctissimæ Trinitatis, & in virtute Domini nostri Iesu Christi præcipio vobis omnibus, & singulis, ut in omnibus, quæ nunc vobis præcepere, sineulla mora adamussim mihi obediatis.

Præcipio ergo vobis eadem auctoritate, quod in exitu vestro non audeatis uos, nec quicunq; alij dæmones aliquod malum facere, uel nocumentum inferre isti creaturæ, nec mihi, nec astabibus, nec quibuscumq; alijs creaturis, tam animatis, quam inanimatis; quinimmò in exitu uestro uobiscum trahatis omnes uestras diabolicas infectiones; ac remoueatis omnia noxia, que hucusq; siue extrinsecè, siue intrinsecè intulisti corpori istius

crea-

*Verba dicenda
ab obfesso in
actu liberatio-
nis.*

creaturæ: ac destruatis omnia maleficia, facturas, ac ligaturas, quas fecisti contra hanc creaturam Dei.

Audite ergo spiritus rebelles, & apostatici, ultimum meum præceptum, quod illicet, ac festinanter adimplere debetis: Eadē auctoritate, qua supra, In nomine Sanctissimæ Trinitatis, & in virtute sanctissimi nominis Domini nostri Iesu Christi præcipio vobis, dæmones infernales, vt exeat is corpore istius creaturæ Dei, & totaliter ab ea recedatis, ita vt nō amplius habeatis potestatem nocendi ei intrinsecè, neq; extrinsecè, nec ullo modo eam perturbandi infirmitatibus, timoribus, visionibus, apparitionibus, nec alijs quibuscunq; modis. Exite ergo spiritus immundus; sic volo, sic iubeo vobis, vt minister Christi, & Ecclesiæ: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

§. III.

Praedicta præcepta poterit Exorcista, si expedire iudicauerit, formare in lingua materna patientis, vt ipse melius intelligat, & Exorcistæ se conformet in dæmone expellendo eo modo, quo Exorcista expellit. Et ad ultimum præceptum iubeat, vt Energumenus cervicem inclinet, vt supra dictum est; & si non est persona valde grauis, poterit etiam, si opus fuerit, pende dextro, sed leviter, caput eius ad maiorem dæmonis confusionem, conculcare.

Formato, & iam enunciato cōtra dæmonem ultimo præcepto expulsiō, iubeat Exorcista, vt statim patiens surgat, & se hilari animo ostendat, & dicat, quomodo se habeat, & suomet ore fateatur, num se liberum sentiat, & credat: & quando, & quomodo sensit à se dæmonem exiisse. Multi enim dicunt, sentire illum, vt ventum validum ab auribus: alij, vt fumum fetidū, ab ore excuntem: alij, vt plumbum graue, vel lapidem à corde suo diuelli; postea se omni grauitate, dolore, ac molestia exoneratos sentire fatentur.

Si ergo Patiens hilari fronte dicat, ac se dubio procul credere ab omni dæmoniaca potestate, ac vexatione liberum esse fateatur, etiam Exorcista dicat, se quoq; hoc probabiliter credere; nihilominus probate poterit: an verè, vel fictè dæmon exierit.

§. IV.

*Modus probandi, an qui fuerat Energumenus, verè à dæmons
sit liberatus.*

IN primis admoneat Exorcista personam à dæmone liberatam, timet dū de dæmonie vteriū non esse: quia si libera est, sicut ipsa credit, & pro certo habet, quamuis Exorcista dæmoni præcipiat, vt illam vexet, sicut prius; nihili-

745.
Præceptum ex-
pulsuum quo-
modo forman-
dum.

Demon quomo-
do exeat à cor-
pore.

746.

nihilominus in eam nil ultra poterit demon: quia Deus ab eo omnem protestatem abstulit. Talis igitur persona liberata coram Exorcista sequente protestationem efformet.

Padre, io credo fermamente, che l'ddio per la sua gran bontà, e misericordia, al commandamento fatto da voi al demonio, acciò da me si partisse, habbia con la sua diuina virtù scacciato lontano da me cotesto diauolo maladetto in modo tale, che sopra di me non habbia più potestà alcuna; per tanto prouate pure à comandarli di nuouo, che mi tormenti, come faceua prima, che vederete, che non potrà più darmi fastidio, nè molestarmi in modo alcuno; perche tengo per certo, che sopra di me non habbia, più potestà alcuna, e che da me sia allontanato.

Tunc Exorcista sedens dicat:

Præceptū probatuum.

Et ego, licet probabiliter credam, hanc creaturam Dei à demone totaliter esse liberam; nihilominus pro maiori cautela, si fortasse ob defectum fidei perfectæ ipsius, ac cōfidentiæ in Deū inhæsitantis: vel, si pro nunc salutaris ei nō foret talis liberatio, adhuc aliquis dæmon, vel aliqui dæmones essent in corpore ipsius: vel si verè, ac certè à quacunq; dæmonis possessione, & obfessione sit immunis; vt nobis hoc magis, ac magis innotescat, ac Deus à nobis laudetur, ac glorificetur, iterum, vt minister Christi, & Ecclesiæ in nomine Iesu Christi præcipio omnibus, ac singulis dæmonibus, si adhuc aliqui in hac creatura Dei aliquam habere potestatem prælumant, vt statim dent mihi signū eidens suę potestatis, ac præsentia, aliquam in ea causando vexationem earum, quas priùs causare consueuerant.

Si iterum eam vexarent, signū esset, quod libera non erat, eò quod perfectam dispositionem pro sua liberatione non habuerat, vel ei liberatio non fuerat salutaris. Et tunc ab opere desistere debet, & debita adhibere remedia alijs diebus, vt melius per orationem, & ieiunium, & alia remedia generalia, & particularia supra relata se disponat.

§. V.

747.

Si verò nullum dent dæmones suę præsentia signum, nec aliquam in tali persona causent vexationem; sed ipsa permaneat hilaris, ac iucunda, statim iubeat Exorcista, vt persona à dæmonie liberata cum ceteris astantiibus ante Iesu Christi imaginem genuflexa de beneficio accepto Deo gratias sequenti, vel alia simili forma persoluat.

Sig. nor

Rendimento di gracie da farsi à Dio dalla persona liberata.

SIgnor mio Giesù Christo vi ringratio di tutto cuore, che per l'infinita vostra bontà, e misericordia, e per honor, e gloria del vostro santissimo Nome, vi sete degnato di liberarmi dal demonio, e da' suoi maleficij: così vi prego, e supplico ancora vogliate preferuarmi, e custodirmi, che per l'auuenire non possa più molestarmi in modo alcuno: perche intendo di voler viuere, e morire sotto la protettione del vostro santissimo Nome.

Deinde Exorcista cum omnibus astantibus deuotè reciter sequentem Hymnum.

HYMNVS SANCTORUM Ambrosij, & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.
 Tibi omnes Angeli: tibi cœli, & vniuersæ potestates.
 Tibi Cherubim, & Seraphim: incessabili voce proclamant:
 Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt cœli, & terra: maiestatis gloriæ tuæ.
 Te gloriosus Apostolorum Chorus,
 Te Prophetarum laudabilis numerus,
 Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
 Te per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia,
 Patrem immensæ maiestatis,
 Venerandum tuum verum, & unicum Filium.
 Sanctum quoque Paraclytum Spiritum.
 Tu Rex gloriæ Christe.
 Tu Patris sempiternus es Filius.
 Tu ad liberandum suscepturnus hominem: non horruisti virginis vterum.
 Tu, deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cœlorum.
 Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.
 Iudex crederis esse venturus.
 Te ergo quæsumus, tuis famulis subueni, quos pretioso Sangue

*Graziarum
attio.*

guine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis : gloria munerari .

Saluū fac popolū tuum, Domine: & benedic hæreditati tuæ .

Et rege eos : & extolle illos usque in æternum .

Pér singulos dies, benediciimus te .

Et laudamus nomen tuum in sæculum : & in sæculū sæculi .

Dignare, Domine, die isto : sine peccato nos custodire .

Miserere nostri, Domine : miserere nostri .

Fiat misericordia tua, Domine, super nos : quemadmodum speranimus in te .

In te, Domine, sperauī : non confundar in æternū .

Quo finito, Exorcista. leget sequentia .

*Orationes de-
precatiue ad
Deum, ut con-
firmet, quod
operatus est.*

V. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis .

R. A templo sancto tuo, quod est in Ierusalem .

V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam .

R. Et salutare tuum da nobis .

V. Domine exaudi orationem meam .

R. Et clamor meus ad te veniat .

V. Dominus vobiscum . R. Et cum spiritu tuo .

Oremus .

DEVS, qn̄i neminem in te sperantem n̄imium astigi permittis ; sed pium precibus præstas auditum, pro beneficio accepto, votisque susceptis gratias agimus , te pijssimè deprecantes, vt per tuam pijssimam misericordiam à cunctis eripere mereamur aduersis . Per Christum Dominum nostrum .

Oremus .

Gratias agimus tibi , Domine sancte , Pater omnipotens , æterne Deus : gratias agimus tibi Christe, Verbū æterni Patris : gratias agimus tibi Spiritus alme : gratias agimus Sanctis omnibus, tum Angelis, tum hominibus ; quia omnipotenti virtute Dei elius est draco . Deus Abraham , Deus Isaac , & Deus Iacob, miserere famulo tuo N. à diabolica potestate liberato, & in eius adiutorium Sanctum dirige Michaelem, qui eum protegat, visitet, atque defendat ab omnibus inimicis suis . Qui vivis, & regnas, &c.

Ore-

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui liberare dignatus es hūc famulum tuum N. à vexatione Sathanæ, & ministrorum eius, mitte in eū septiformem Spiritum sanctum paraclytum de cœlis.

QUOD vesumus omnipotens Deus, famulum tuum N. propitius respice: vt te largiente regatur in corpore, & te seruante custodiatur in mente. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Post hæc Exorcista personam liberatam genuflexam pollice signans in fronte dicat:

Dominus Iesus Christus apud te sit, ✠ vt te defendat: intra te sit, ✠ vt te conseruet: ante te sit, ✠ vt te ducat: post te sit, ✠ vt te custodiat; ita vt demones non amplius possint nocere tibi ullo modo; sed totaliter à te recedant: super te sit, ✠ vt tecum benedicat, qui cum Patre, & Spiritu Sancto in unitate perfecta vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Tandem adstantes aqua benedicta aspergendo benedicat dicens:

Benedictio Dei omnipotentis Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti ✠ descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Admoneat postea, vt pro gratiarum actione persona liberata Sacratissima Eucharistia se tanquam scuto inuincibili muniat: imò si tempus opportunitus fuerit, ipsemet Exorcista (si Sacerdos sit) illâ ei poterit administrare.

ARTICVLVS VI.

De Damone Tentante suum regressum.

EA est diabolicae superbiae conditio, vt, cùm démon se ab homine despexit, opprobrijs, ac conuicijs affectum, à sua sede expulsum videt, indignatione repletus, & ira excandescens omnem moueat lapidem, cunctos conatus adhibeat; vt corpus, quod possidebat, iterum ingrediatur, & vt fiant nouissima peiora prioribus. Quare sicut astutijs, dolis, ac suggestionibus priùs hominem, quem possidebat, ad timorem, deinde ad pusillanimitatem, ac tandem ad diffidentiam de diuina protectione induixerat, per quam sibi aditum ad ingressum aperuit: ita eisdem astutijs, dolis, ac suggestionibus versipellis nititur, iterum in corpus habere regresum. Idcirco durissimum, ac grauissimum post liberationem innumeris tentationibus, ac suggestionibus exsuscitat bellum, quibus ad diffidendū de diuina bonitate,

748.

Demon tentat iterum posside-re eum, à cuius corpore fuit ex-pulsus.

ac protectione liberatum inducere valeat : que suggestiones, ac tentationes nihilominus, si cognitæ fuerint, facillimè etiam poterunt propulsari. Quare earum principaliores, ac communiores hic subijcentur, ex quibus Exorcista, & liberatus ceteras omnes cognoscere, ac facilè poterunt exterminate.

Q V A E S T I O 1.

Quenam sint communiores suggestiones, quibus dæmon querit iterum in corpus liberati suum regressum.

749.
Dæmon expul-
sus non relega-
tur in inferno,
nec in deserto;
sed tentat in-
gredi corpus,
undè exiuit.

Quomodo

Respondetur, dæmonem, postquam ab aliquo corpore est electus, cùm nec in profundum inferni, nec in desertum relegateatur, vt putant aliqui, imò multi antiqui Exorcistæ, sed falso, vt latè demonstrauimus supra n. 292. & sequent. sed ad alios obsidendo, aut possidendo accedat, adhuc exteriùs saltem per aliquod tempus ad tentandum remanere, & huc, illucq; discutere ad nouos inueniendos modos, quibus homines seducere valeat, ac possidere. Propterea inter alias tentationes, ac suggestiones, quibus hominem impetrare satagit, sequentes sunt communiores.

1. Suggestere solet, quòd talis homo verè liberatus non sit: in qua tentatione si vacillet, consequenter de diuinæ virtutis concursu diffidit, & sic meritò à Deo permittitur, vt ille saltem extrinsecè à dæmone aliqualiter vexetur.

2. Suggesterit, quod diabolus absconditus manet: quòd motionem non facit, quia Exorcistam timeret; sed cùm fuerit ille remotus, faciet sicut priùs: nam omnia, quæ fuerunt facta, diabolicæ fraudes fuerunt nihil veritatis continentis.

3. Quòd diabolus verè exiit; sed iam est reuersus: quia ipse temptationibus consensit; ideo talem, & talem motum in corpore operatur.

4. Quòd Deus vult, vt reuertatur; quia ei peccata sua nundum dimisit, & vt debitam penas luat, vult Deus, vt dæmon iterum illum torqueat; ideo certè reuertetur.

5. Quòd ipse liberatus diù in resistendo perseuerare nō poterit: sed animo tandem deficiet, ac de diuina protectione diffidet: quòd difficillimum est velle semper confidere in Deum.

6. Nisi consensum, vt ingrediatur, præstiterit, innumera mala se patraturum minatur. Si verò præstiterit, non amplius malum, sed bonum ei facturum pollicetur.

7. Quòd in liberatione ab Exorcista omnes conditiones requisitæ non fuere seruatæ: non enim de dæmonum nomine, numero, superiore, principe, tempore exitus, & loco, & alijs ab antiquis Exorcistis seruari consuetis interrogavit, ideo non exiit: vel iterum redibit.

8. Quòd in corpore aliquæ reliquiæ diabolicæ remanserunt, propter quas dæmones habent liberum ingressum.

9. Quòd iam alia maleficia sunt patrata: vel fiunt, vel fient in posterum, & sic diabolus liberè intrabit. Nonne (suggerit dæmon) illam mulierem, sic dicentem, ac talia operantem vidisti?

10. Quòd

10. Quod iterum tibi illa infirmitas, quam prius habebas, eueniet, illud malum, quod patiebaris, obuiabit; infirmitas enim naturalis erat ex hac, vel illa causa procedens.

11. Tu numquam vexatus fuisti; sed apparentia tantum fuit, quod verum esse credebas: melancholicus humor, & mentis stultitia erat oppressio, quae patiebaris, quae omnia iterum euenient tibi, cum ad id maxime inclineris.

12. In liberatione sufficiens fides tibi minimè fuit: non fecisti, quod in te erat; perfectior alia dispositio requirebatur: memento, quod præparatio nis tempore nullam deuotionem habuisti: tempore liberationis à sensibus eras alienus, ideoque; verè non es liberatus.

13. Tot tentationes sustinere non poteris; sed illis tandem succombes: tu es negligens, non facis, quae tibi ad præseruationem sunt imposita; nec facere potes, quia nimis difficultia sunt; in hac infirmitate mori oportet, nam usque ad mortem siue velis, siue nolis, durabit.

14. Vide, quot tribulationes pateris: quot miseras sustines; melius tibi erat, diabolicam vexationem, quam istam tribulationem habere: multo tibi quietem habebas, & runc deuotio feruentior erat: & proximus tuus tibi magis magisq; compaticebatur: prius torquebaris in corpore, nunc grauior est tortura in mente; priorem ergo à Deo corporis tribulationem exposce: vel dæmonem voca, ut corpus tuum iterum ingrediatur.

15. Obserua, quæso, quale sit hoc malum, quod pateris; oportet, ut illud benè, & attentè consideres, ne decipiatis: ex una parte quidem naturale: ex altera vero diabolicum videtur, fac ergo experientiam, ad alterum Exorcistam accede, qui te Patris Menghi, vel Patris Zachariae Vicecomitis oleo perungat; & an infirmitas tua à dæmonе sit, nec ne, certò scies.

16. Ille rumor, quem in ventre experiris, illud frigus, quo in dorso, illus dolor, quo in capite cruciaris, diabolicus est; adhuc dæmon in te aliqualiter præuelalet: ad te sepius appropinquat; nil aliud igitur remanet, nisi ut ingrediatur, & hoc tibi citius, quam credas, eueniet.

17. In imaginatione tua semper præsentis horrentia, in somnijs visiones teterimas, in vigilijs terrores: semper retro habes, qui te retiaculis implicare videtur: semper contremiscis: semper umbram vides: nonne semper timidus es? Hæc clarissima signa sunt, quod possideris, vel citius à dæmonе opprimeris.

Hæc, & alia huiusmodi à dæmonе ei suggeruntur, qui ab eius tyrannide liber eus sit, ut dæmonē timere, & paucere incipiat, ac timore depreslus animo succumbat, ac diuinæ pietatis, clementiaeque; oblitus de eius assidua protectione diffidat, & sic ingratus de accepto liberationis beneficio gratias Deo non referat, Deumque; piissimum, ac in se confidentibus summe beneficium esse non credit. Exinde facilius à Deo aliquo modo deseratur, dæmoniq; regressus iterum permittatur. Quod facilissime dæmon assequitur, si liberatus ei patientem auditum largiatur.

QVÆSTIO. II.

Vnde sumat dæmon tentandi occasionem.

750.
Ex varijs casis
bus dæmon su-
mis tentandi
occasionem.

Respondetur, fibi dæmonem ex varijs rerum euentibus, & contingentijs ad prædictas suggestiones liberatum facilius excitandi arripere, occasionem.

1. Quando liberatus in obscuro aliquo loco inhabitat, ei pauores, & tremores plurimos suggerit, vt timore perterritus animi vigorē, ac fiduciam amittat, & consequenter de diuina protectione diffidat.

2. Quando naturalis aliqua infirmitas occurrit, dæmon se cum sui præsentia illius auctorem esse, & causam phantasie fortiter suaderè enititur; quæ tentatio maxima quidem est; eiusque principijs quammaxime vexatus oblistere debet, ne per successiuum augmentum in deteriora tam animi, quam corporis damna prolabatur.

3. Quando melancholicus humor superuenit, qui diabolico excitatur impulsu, statim dæmon cum illo se ingerit, & timores exsuscitans, illos eos dæmon esse effectus, qui fuerant prius, credere facit, vt exinde vexatus adesse dæmonem firmiter credens, deficiat animo, ac de Deo fiduciam prorsus abiiciat; & ita sibi facilius aditus, & regressus aperiatur.

4. Quando liberatus ab aliqua est passione perterritus: vt ira, odio, inuidia, amore venereo, tristitia, desperatione, & alijs huiusmodi, diabolus maximum aliquod ei suggerit malum, vt ipsius imploret auxilium, ac Deum, quantum est ex se, blasphemando depellat: vel similia mala operando: & cùm per huiusmodi peccata tunc à Deo, qui hostiles dolos euertit, sit maximum distans, facilius dæmoni aditus aperitur.

5. Cùm tunc temporis ab aliquo personam aliquam maleficijs obnoxiat esse: vel aliquem à dæmonе possideri, aut simile quidpiam intelligat, illico malignus spiritus idem sibi eueniisse representat.

6. Cùm talen personam energumenam exorcizatam, & non liberatam fuisse: alium tanto tempore vexatum: alterum, qui liberatus fuerat in laqueos iterum incurrisse deprehendat, vexato versipellis dæmon tunc suggerit se eodem modo, quo prius, subiacere insidijs, & hoc vel illud euentrum persuader.

Nec hoc tantum per seipsum suggerit; sed etiam per suos ministros Magos, Maleficos, & Sagas, quorum aliqui se esse Energumenos, aut maleficio affectos effingunt, vt Exorcistas decipient, ceterisq; hominibus à dæmonne liberatis eos non verè liberatos esse suadeant; vt latè supra declarauimus num. 375. Nonnulli Energumenos comitantur, cùm ad Exorcistas accedunt, vt exorcizentur, eisq; infirmitatem naturalēm esse suadere conantur; idcirco ad Ecclesiam configere, & exorcismos adhibere superfluum esse: quia post exorcismos adhuc sicut prius existent, nec Exorcistæ verbis credendum esse; sed experientiæ rerum magistræ. Hisce, & alijs huiusmodi fractionibus, falsas esse Exorcistæ instructiones, illis suadere conantur, ac melius.

meliùs esse , se matri naturæ ; ac dæmonis discretioni , quām diuinæ protectioni committere , ac Ecclesiæ ministrorum directioni .

7. Quando aliquis excitatur rumor , vel horribile aliiquid inopinatò apparet , & liberatus ob timorem contemiscit , malignus tunc spiritus diabolus properasse ingressum , & se aliquibus vmbbris suppressile perfaudet .

8. Cūm in somnijs vexato horribile aliquod siue naturaliter , siue à dæmonibus causatum ostensum fuerit , expectat dæmon , donec euigilauerit homo , & dum adhuc benè sui compos non est , phantasiæ , quod in somnis apparuit , repræsentat , vt sic euigilans timori aditum præbeat , ac animi timore constratus succumbat , ac de diuina protectione diffidat , Deumq; vt siuum adiutorem , ac defensorem non inuocet , in eo spem suam nō collocet , nec se eius diuina protectione à dæmoniacis infestationibus illæsum seruandum fore existimet , vt sic de Deo diffisus , à Deo in dæmoniacam iterum potestatem corruere permittatur .

Hæc machinamenta diabolica sunt , hæ sunt technæ , doli , laquei , atque imposturæ , quibus homines dæmon impetrare satagit , vt si non sibi in anima , saltem in corpore detur potestas , vt docet Tostatus qu. 121. in c. 8. Mairth. sed arma , quibus à dæmonis tyrannde erepti illum impugnare , omnesque eius suggestiones , & fallacias , vt sumum dispergere valeant , contemplentur .

Q V E S T I O . 111.

Quibus remedij præseruatiuis diabolice suggestiones in hominibus à demone liberatis euanescent .

R Epondetur , ei , qui diuino fauente auxilio à dæmonis est ereptus tyrannide , vt à noua se dæmonis vexatione præseruare valeat , duo principaliter (quorum primum est in ordine ad Deum : alterum in ordine ad dæmonem) esse adimplenda .

751.
Remedia præ-
seruativa

In ordine ad Deum .

C VM Deus sumnum bonum sit , fonsque omnium bonorum , à quo , si- cut à primo principio cuncta bona procedunt , & ad quem , sicut ad ultimum finem omnia bona protendunt ; quemadmodum ab ipso liberationis bonum processit , ita ab eo præseruationis bonum orietur , ac propterea liberatum aliquos erga Deum confidentia actus elicere , consonum erit .

Primò , se non proprijs meritis , sed diuina principaliter pietate , ac clementia suam obtinuisse liberationem certissime credere debet : nec super hoc dubitatio aliqua debet oriri , sed firmissima credulitas , non obstantibus quibuscumque temptationibus , suggestionibus , & apparentijs spirituum malignorum .

Secundò confidere debet , vt sicut Deus sua infinita bonitate , ac pietate ipsum à dæmonibus liberare dignatus est ; ita eadem bonitate , & clementia eum ab illorum regressu præseruare non desinet , nisi ipse voluntariè dæmonis suggestionibus assentiri , ac de infinita Dei bonitate , secura protectione .

392 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

Psal. 90. ver. 1.

ac defensione diffidere velit. Deus enim, cuius perfecta sunt opera, omnibus in se confidentibus, ac in adiutorio suo habitantibus diuinam protectionem ad futuram promisit; nec deficit: quia mentiri non potest. Ergo sicut se à Deo verè liberatum esse existimat; ita firmiter speret, ac diuina se protegente virtute, ab omnibus dæmonum infestationibus illæsum præseruandum confidat.

§. I.

752.

Tertiò frequenter cœlestia meditetur mysteria, fidei scilicet, omnipotentiæ Dei, sapientiæ, bonitatis, clementiæ, pietatis, ac misericordiæ, vitæ, ac passionis Christi; vt, dum més in sanctis meditationibus occupatur, dæmoniacis suggestionibus locus prohibeatur.

Quartò in Deum toto corde feratur: quia perfecta charitas timorem procul expellit, sine quo dæmon aut nihil, aut parum valet. Charitas enim dat inhabitacionem Spiritui sancto, qui spiritum malignum excludit: Nam Deus charitas est, ait Ioan. prima sua canon. cap. 4. & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Quintò in Domino gaudeat, & melancholiæ, super quam dæmon fundatur, passionem excludat. Quod faciet, sèpiùs mentem, ac cogitationem suam ad diuinam pieratem, clementiam, ac misericordiam, ad innumeraq; beneficia à Deo accepta contemplanda conuertendo: vt benè docet, ac testatur Seraphicus P.S. Franciscus Assisiates to. 3. opusculorum, collatione 11. apud Ioannem de la Haye Parisinum, Sanctam, ait, Fratres charissimi interiorius, & exterius latitiam Dei habete. Si enim seruus Dei studuerit habere, & conseruare latitiam spiritualem, qua prouenit ex munditia cordis, & acquiritur per devotionem orationis, dæmones nihil possunt ei nocere dicentes: Ex quo in tribulatione, & prosperitate latitiam habet seruus Dei, non possumus inuenire aditum intrandi ad ipsum, nec illi nocere.

§. II.

753.

Sextò, nisi liberatus se Deo velit exhibere ingratum, accepta à Deo quotidie beneficia commemorare iugiter debet, vt potè qui à dæmonis tyrranide est ereptus, de infernalis tortoris catenis solutus, de tot doloribus, vexationibus, & infestationibus erutus, & qui inferna malignitate erat oppressus, ab illa liber euaserit: & quia gratiarum actio beneficia multiplicat, de omnibus supradictis, & alijs multis continuè quām maximas Deo gratias soluere non desistat: Idcirco Exorcista illum iuxta ipsius capacitatem edoceat de modo ad Deo gratias referendas obseruando.

Supra nro. 68.

Septimò, cum præcipuum diaboli instrumentum sit peccatum, & ubi hoc fuerit, diabolus magnam auctoritatem possideat, persona à dæmons libera ta à mortali peccato quām maximè caueat; imò quantum ab alto sibi dabitur, à venialibus quoque abstinere se debet. Quod Sacramentorum frequentia, ac spiritualium operationum exercitio facillimè consequetur.

Octauo

Oc̄taūd pr̄fseruationis donum, lumen ad diabolicas cognoscendas tentationes, vim, & efficaciam ad ipsis resistendum à Deo petere debet: nec non etiam super hoc Beatissimæ Virginis, & aliorum Sanctorum implorare suffragia; ad quod plurimūm valebit oratio illa supra posita num. 602. sed iuxta monitum immediate traditum post illam num. 603.

§. III.

Non maximam in Deo confidentiam habeat: nam hoc est principaliſſimum remedium. Qui enim ita in Deo confidunt, ac præcipue in Sanctissimi Nominis Iesu virtute suam fiduciam collocant, vt sine vlla hæſitatione, se nedum à dæmonibus, Maleficis, ac maleficijs, sed à veneno, serpentum mortibus, aliorum animantium infestationibus, nec non ab ini- micis, alijsque periculis animæ, & corporis nequaquam offendendos, aut perturbandos, prout fuerit sibi salutare, credant, hi dubio procul quocun- que fieri dixerint, fiet eis: quia credenti omnia sunt possibilia, vt ipsamet Ve- ritas docet Mar. 9. & contra istos tota infernalium dæmonum cohors fru- strabitur, proprias vires deperdendo. Quare quotidiè, non semel tantum, sed ſæpiùs animam suam, ac corpus, cunctaque omnia ad se pertinentia fa- cratissimi Nominis Iesu protectioni commendare debet, ſequentia, vel si- milia verba proferendo.

Signor mio Gièsù Christo, voiſete il mio refugio, protettore, e di- fensore dell'anima mia, è del mio corpo, di tutte le mie operationi, e di tutte le cose à me ſpettanti; però io non temo ne demonij, ne ma- lefici, ne maleficij, ne nemici, ne qualſi uoglia altra coſa auuersaria, che mi poſſa offendere; perche io viuono, & intendo di viuere ſotto la voſtra diuina protezione, ſotto la quale ancora intendo di collocare tutte le coſe, che à me ſ'aspettano.

754.

*Atto di con-
denza in Dio
per pr̄fseruarse
da maleficij.*

§. IV.

Remedia in ordine ad dæmones.

Cum immediatum præfseruationis remedium à rēſiſtentijs dæmonum suggestionibus faciendis, de quibus ſupra, vim sumat, illis cognitis, in eis rēſiſtendo maximoperè eſt inuigilandum. Prēter autem rēſiſtendi modos, de quibus ſupra paſſim præcedentibus articulis actum eſt, nonnulli hic breuiter ſunt ſubijciendi.

Primus modus conſiſtit in diuertendo ab his, quaꝝ ſibi à dæmonе propo- nuntur, ad quod valet mentis applicatio ad alia vtilia, ac necessaria, ſed le- ta, ac delectabilia.

Secundus, vt in promptu breuem aliquam orationem habeat, qua Deo gratiarum reddantur actiones pro liberatione: vel ab eo præfseruatio peta- tur: vel ad Deum aliquo modo mens (vt modis ſequentibus proponitur) eleuetur.

*755.
Remedia pr̄f-
ſeruationia con-
tra dæmones.*

Vi

Orationi breui
per vincere le
tentationi.

Viringratio, mio Dio, che m'hauete liberato dal demonio vostrò nemico; così credo ancora per certo, che mi vogliate difendere da suoi inganni.

O Signor mio, quanto son tenuto ad amarui, e feruirui: poichè m'hauete liberato dal demonio tiranno crudele dell'anima mia, e del mio corpo.

Vorrei poter hauere il cuore, e la lingua di S. Paolo, o di Maria Madalena per poterui più perfettamente amare, e lodare.

Sia per tanto sempre lodato, e glorificato il Santissimo nome di Giesù.

Poterit aliquam, vel alias dictarum oratiuncularum toties repeteret, quoties dēmon aliquid contra eius liberationem illi suggesserit.

Scias autem, mi lector, hoc remedium melius, ac securius esse, quām cum dēmone contendere velle; imò etiam quām illum contemnere, & opprobrijs, ac conuicijs impetere: quia per hoc dēmoni non tantū resistitur, sed de eo victoria reportatur; nam plus est vincere, quām resistere: qui enim resistit, tantū ab inimico non vincitur: sed qui inimicum vincit, illum conterit, & prosternit. Per huiusmodi autem actus elicitos persona à dēmoniaca obfessione liberata oppositum illius assequitur, ad quod illam dia-bolus pertrahere conabatur. Hic enim per impulsum ad diffidendum de diuina bonitate, ad ingratitudinis, impatientiæ, & odij erga Deum, & id generis actus illam inducere decreuerat: illa verò per huiusmodi orationes Deum laudandi, de acceptis beneficijs gratias reddendi, actus amoris erga illum eliciendi ex diaboli tentatione occasionem desumit, & sic dēmon confusus recedere cogitur; nec illam amplius suggestionibus audet perturbare.

§. V.

Tertiò, considerare Deum vbique præsentem esse, eq; æqualiter curam esse de omnibus, & maximè de illis, qui eius diuinum implorant auxilium, plurimum valet, idèòq; ad ipsum cor eleuare, & ab eo, vt à nobis inimicorum timorem expellat, valebit, sapissimè dicendo:

Si Deus pro me, quis contra me? se Iddio mi protegge, chi mi potrà offendere?

Hoc modo tota dēmonum caterua, omnes tenebratum principes cum suis satellitibus, ac maleficiorum concinnatoribus vertentur in fugam, & ad nihilum redigentur.

Quartò, per aliquot dies post liberationem omnibus cibis benedictio adhibetur, saltem per ipsum Vexatum iam liberatum, super cibum & potum crucis ♣ signum formando, Dominum Iesum Christum, vt ipse benedicat, inuocando. Quam consuetudinem, vt catholicam, debet toto vitæ decursu obseruare.

Quintò,

756.

Supra nro 401.
& sequent.

Quintò, an intra corpus dolor existat, vel aliquid per membra decurrent, vel aliquæ vexationis reliquiæ remanerint, obseruare desistat: quia diabolus, quæ non sunt, apparere facit, quibus si fides adhibetur, & confidentiam suæ præservationis amittat, aliquando permittit Deus, ut ex apparentibus fiant realia nō documenta; ideo ad illa nullo modo animum, siue mentem conuertat.

Sextò, quando dolores veros esse contingit, si illos naturales esse clatè non constet, aliquam deceptionem interuenisse existimet, quam speciali modo minimè perquirat; sed citò illam contemnat, & ab ea diuertens, maxima fiducia Iesu inuocet nomen, se eius virtute ab omni dolore credens liberandum.

Septimò, quando aliquid, pro voto suo, ex his, quæ ad corporis, vel animæ necessitatē spectant, vel iuxta artem suam operari non possè sibi videatur: vel aliquam in corpore habere debilitatem, & causam naturalem non habet, omnino illam operationem efficiat, non quidem membris violentiam inferendo, sed per liberi arbitrij actum sic volendo, & determinando illam in Iesu nomine facere, eius diuino fretus auxilio, interim pollice crucis + signum super partem læsam efformando. Sed aduertat, quòd in istis actibus non dubitando; sed viriliter, ac liberè, & inhesitanter operando se habere, est necesse.

§. VI.

Octauò, optimum erit post liberationem, nedum omnia habitationis loca benedicere, lectum puta, cellam, seu cubiculum, vestes, & alia huiusmodi; sed præcipuè serò aqua benedicta cubiculum aspergere, illudque cruce benedicere dicendo:

Ecce crucem Domini, fugite partes aduersæ: vicit leo de tribu Iudaradix David, Alleluia.

Vel illam orationem supra positam num. 601.

Nonò, Ecclesiæ frequentet, & in eis missas, & alia diuina officia audiat: sacram Eucharistiam suscipiat, Deumq; humiliiter, nedum pro seipso, sed pro omnibus amicis, & inimicis, viuis, atque defunctis, & præcipuè pro animabus purgantibus, quarum non est specialis memoria, exoret.

Decimò, quodcumq; remedium spirituale, in quo liberatus sperat, optimum erit ad præservationem. Nam omnium remediorum anima, seu formalitas fides est, seu confidentia liberati; ideo si in aliquo remedio nullam habeat fidem, adhibendum non est: quia parum, vel nihil proderit; & cum fide omnia, quamvis minima remedia, maximi sunt valoris.

In his autem cunctis remedijis aduertendum est, quòd prædicta, sicut & alia quacumq; non sic ponuntur, vt omnia sint necessariò adhibenda; ita quòd sine illis præservatione esse non possit; sed quia sunt valde utilia. Tot autem posita sunt, non vt omnibus sit utendum; sed vt ab unoquoque, quæ iuxta dispositionem subiecti sibi magis opportuna videbuntur, feligantur.

Non

757.
Brevis oratio
contra infesta-
tiones demonum.

Non enim omnes egroti vnica medicina sunt medicandi: nec omnes homines eodem cibo reficiendi: sic nec omnes maleficiati, & obsecsti iisdem remedijs ad suam liberationem, vel præseruationem disponendi.

ARTICVLVS VII.

De Dæmone Repetente, seu Redeunte.

758.
Dæmones quā-
doque reuerū-
tur.

CV M dæmones egreslos è corporibus humanis iterum in illa ingredi, vti experientia rerum magistra testatur, sæpe contingat, vt hæc ars Exorcistica suum habeat complementum, quid in nouæ dæmonis inuasionis casu cum iam liberato, in quem dæmones iterum sunt ingressi, agere debeamus, restat inquirendum; quod duabus sequentibus questionibus discutietur.

QVÆSTI O I.

Quanam sit causa regressus.

Causa regres-
sus ex parte
demonis est ma-
litia, & alia
vitia.

REspondetur, causam ex parte dæmonis non esse requirendam, malitiā .n. superbiam, inuidiam, iram, odium, & vindictam esse, notissimum est; *Tanquam n. leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* 1. Petr. c. 5. semperque dæmon ad ingressum, & regressum, si aditus sibi pateat, est paratus. Neque ex parte Dei regulariter: quia ipse ab bonum nostrum, & non ad malum inclinatur. Neque ex parte Exorcistæ, qui sufficientia tribuit medicamenta. Solùm ergo ex parte Energumeni causa est requirenda.

Ad cuius evidentiam aliqui moderni Exorcistæ dæmones dupliciter de corporibus obsecisis ejici posse fatentur.

759.
Dæmones quā-
doque ejiciun-
tur miraculo-
sè.

Vno modo miraculosè, cùm scilicet per virum magna sanctitate præditū adhuc in terris viuentem: vel per alicuius Sancti inuocationem: vel per aliquam miraculosam imaginem, aut alia huiusmodi dæmones ejiciuntur, & tunc electi semel nō amplius ingrediuntur: quia tales expulsiones etiam sine patientis dispositione fiunt: opera .n. miraculosa facientis attestantur potentiam, & non recipientis dispositionem; & de his in speciali sermo nō agitur: quia nec ad talem expulsionem iste actus requiritur: quia electi numquam regrediuntur. Virtus enim illa, quæ dæmones ad exitum cogit, abesse etiam cogit, vt amplius intrare non possint; tota enim miraculi ratio, est potentia facientis.

Ordinariè ej-
ciuntur per po-
testatem exor-
cisticam.

Hec expulso-
familis est ex-
pulsioni pecca-
ti.

Alio modo per exorcisticam artem, & exorcistatus ministeriū ejiciuntur, & tunc quia cum Exorcistæ auctoritate regulariter, & efficaciter suscipientis dispositio requiritur, quando dæmones sunt electi, si patiens paratus in resistendo non perseueret, iterum ingrediuntur.

Declarant à simili de peccatore penitente. Nam dupliciter aliquis à peccato auerti potest, & ad Deum conuerti, vel miraculosè, vt patet de Paulo Apostolo, de Magdalena, & alijs, qui non amplius ad peccatum sunt reuersi: vel modo ordinatio per Penitentię Sacramentum, & tunc si peccati habitus

habitus non sit destructus , faciliter ad vomitum reuertitur : Sic in demo-
num expulsionibus quoad ordinarium modum, & non absolutū contingit.

§. I.

Verùm huiusmodi positio , etsi vera sit , aliqua tamen indiget exposi-
tione . Nam miracula vel ad augendam fidem , vel ad eam confir-
mandam , vel ad alicuius Sancti gloriam manifestandam , vel ad aliorum
vtilitatem , puta ad infirmorum sanitatem , & obsecorum liberationem pa-
trantur : vt docent Guilhelmus Vorill. & D. Thom. in 2. dist. 7. q. 1. art. 3.
Pelbartus par. 2. *Aurei Sacrae Theol. Rosarij*, verbo *Dæmones V.* & *Tolstatus*
quest. 7. in Martb. c. 8. Verum est ergo , quod miracula , quae ad propagan-
dam fidem , vel confirmandam fiunt , in recipiente dispositionem non requi-
runt : vt patet de illo cæco à D. Dionysio sanato , dum adhuc paganus esset ,
de quo supra num. 502. de illa puella , à qua Paulus Apostolus spiritum py-
thonem eiecit , Act. 16. etiam contradicentibus , ac conquerentibus dominis
ipsius : ac de illo obsecro , qui domicilium in monumento habebat , Marci 5.
à quo Christus dæmones eiecit , nullam in obsecro dispositionem requiren-
do . Sic in morte , vel immediate post alicuius personæ magna sanctitate
præditæ mortem , vt ipsius gloria , qua fruicitur in cœlis , manifestetur in terris ,
multa Deus operatur miracula in hominibus , sine villa eorum præcedente
dispositione , puta infirmos sanando , & obsecros à dæmone liberando . Qui
autem hisce signatis causis à dæmone liberantur , imposterum à dæmone
non possidentur : quia illæ expulsiones non principaliter ob ipsius liberati
vtilitatem fiunt , sed ob fidei propagationem , vel confirmationem , vel ad Sâ-
ctum aliquem honorandum ; propterea Deus , qui tali de causa miraculum
operatus est , etiam ob eandem rationem vult defendere , ac patratum con-
seruare . Aliquando autem miracula fiunt ob misericordiam Dei ad infir-
morum , vel obsecorum vtilitatem , vt docent allegati Auëtores , & in istis
(si adulti sint , rationis scilicet compotes) fides , ac fiducia in Deum requi-
ritur : vel ob ipsius infinitam misericordiam , ac fidelitatem , vel ob alicuius
Sancti merita , & intercessionem , vt liberationem efficaciter obtineat ; &
sine hac prævia dispositione patiens miraculi beneficium non obtinet , vt
benè docet Suarez disp. 8. de distinc. fidei ab omnibus donis sicut. 1. & sicut fi-
des requiritur , vt à dæmonis possessione efficaciter liberetur , ita eadē re-
quiritur , vt à noua dæmonis inuasione præseruetur .

Concludendum ergo est , causam , ob quam diabolus corpus , à quo eiectus
fuerat , iterum ingreditur , se ex patientis parte teneri , qui , cùm per malum
habitum diabolicis suggestionibus magis , quàm Christo suum auxilium in
se credentibus , ac confidentibus pollicenti , credere , & assentiri sic assuetus ,
ideo post liberationem etiam simili modo tentatus succumbit ; ex quo ad
diffidentiam inducitur , ratione cuius à Deo denud sub dæmonis potestate
cadere permittitur , qui iterum corpus illius ingreditur , ac iuxta Dei permis-
sionem , suam in eo tyrrnidem exercet .

760.
Quomodo ej-
ciantur mira-
culosè , explica-
tur .

Mattæi 8.

Supra nu. 67.

QVÆSTIONE.

Quomodo se habere debeat Exorcista cum eo, qui post liberationem iterum à dæmone possidetur.

761.

Documenta pro liberatis suspicantibus de noua inuasione dæmonis.

CVM distinctione respondetur: Nam ille, qui à dæmonis possessione liberatus est, vel se iterum à dæmone possideri suspicatur, sed nihil certitudinis habet: vel certus est, dæmonem iterum in suum corpus esse ingressum, illudque possidere.

Cum Vexatis primo modo Exorcista ad inuestigationem, & probationē recurrere debet, de quibus supra *à num. 618. & sequentibus*. Si enim ex huīsmodi inuestigatione, ac probatione nullum evidēns diabolicae præsentiae signum habuerit, tunc dimittatur vexatus, & illum Exorcista à falsa existimatione remoueat, declarando, illas esse diaboli deceptiones, & illusiones, vt illum ad diffidendum de diuina protectione inducat: horreturque ad diuinum continuè auxilium implorandum: vt docuimus supra *nu. 620. verbo quod si patiens*. Quod intellige, quando tam ex parte Exorcistæ, quam ex parte Vexati perfecta pro dæmone ad obedientiam præceptis ecclesiasticis exhibendam compellendo fuerit dispositio.

Si verò Exorcista ex euidentibus signis nouam dæmonis inuasionem certam esse cognouerit, tunc Vexato persuadere potest, vt certam esse inuasionem credat: eumque interroget, an cupiat liberari, qui si negatiè responderit, & pro tunc Exorcista dæmoni absolutè exitum præcipere, expediens esse non iudicauerit, actum suum suspendere debet: quia de lege ordinaria, si patiens rationis sit compos, ex parte eius voluntatis actus requiritur, vt ex Christi curationibus constat, in quibus ipse dicebat patienti: *Vis sanus fieri? Ioan. 5. Creditis, quia possum facere hoc? Matth. 9. Quid vis, ut faciam tibi? Luca 18. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Marci 11. Si autem liberationis desiderium ostendat, breuiter patiens instructionibus communibus superius positis *num. 622. & sequentibus* instruatur. Et exēplificetur de illo, qui à peccato, quod est grauius vinculum, & acerbior vexatio, solutus, iterum in peccatum incidit, & iterum à peccato absolutus enasit: sic etiam iterum vexatus iterum liberatur. Ostendat, priores experientias necessarias non esse; sed tantum præceptum sufficere expulsuum:

Exemplum. Sup. nu. 573.

§. I.

762.

CVM ergo diligenter fuerit instructus, quod mirum non est, si fuerit iterum propter fragilitatem suam vexatus: quod liberatio facillimā erit: quod cauтор erit imposterūm in resistendo diabolicis suggestionibus: quod Exorcistæ præceptum præstabit id, quod prius: quod statim factō præcepto melius se habebit, si ipse perfectam suę liberationis fiduciam habuerit; tandem breui oratione peracta, genuflexo Vexato ante Crucifixi imaginem, sequens potest præceptum enunciare.

Exor-

Exorcismus ad demonem expellendum post nouam inuasionem.

Ego N. minister Christi, & Ecclesiae auctoritate mihi tradita à Deo, & ab Ecclesia in ordine Exorcistatus, In nomine Sanctissimæ Trinitatis, & in virtute Sanctissimi nominis Domini Nostri Iesu Christi, præcipio vobis spiritibus malignis, qui in corpore istius creaturæ Dei iterum ingressi estis, ut statim exeat, & recedatis ab ea, ac destruatis omne maleficium, quod præstigidistis in ea; ita quod amplius nō habeatis potestatem eam molestandi intrinsecè, vel extrinsecè quacumque ratione, vel quocumque modo; neq; apparendi ei sub quacumque forma, vel figura, neq; ullo modo eam perturbandi: Exite ergo spiritus inmundi, ac recedite ab ea: quia sic vobis præcipio, ut minister Christi, & Ecclesie: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Preceptum expulsuum.

§. II.

CVm vexatis autem, qui de regressu dæmonum in corpus suum certi sunt, maxima prudentia procedere debet Exorcista. Nam si conciperent, quod dæmones pro sua libertate corpora ingrediuntur: vel quod eis sufficiens resistentia fieri nequit: vel quod semper sic erit: vel quod nūc, aut aliàs liberari non poterunt: aut quod fides notabiliter debilitata, & infirmata sit, dum talibus detinentur erroribus, cum maiori difficultate, quam priùs liberabuntur; ideo pro illorum cura utillimum erit, quæ sequuntur ab Exorcista seruari.

763.
Documenta-
seruanda pro
Vexatis libe-
ratis certis de
nua inuasione.

Primo examinandus est diligenter Vexus pro inuenienda vera regressus causu: vt si nouum maleficium fuerit factum: si aliquem pauporem, aut timorem habuerit: si in resistendo temptationibus, ac suggestionibus diabolis ad dissidentiam de Dei protectione inducentibus negligens fuerit: vel si habitus eis assentiendi destructus non fuerit: vel alia huiusmodi causa: qua inuenta, circa illam Exorcista quin maximè immoretur, ut illa totaliter remota, nullus per eam ad vexandum amplius reuertendi dæmonibus aditus aperiatur.

Secundò diligenter obseruetur, an credat, vel crediderit post liberationem dæmones non verè exisse: & tunc dæmones ejusce difficile erit: quia si tot adhibitis hésitauit, & Deum ad Exorcistæ præceptum dæmonem ejusce velle non creditit, quid erit nunc? Ergo donec priùs ista falsa remouetur opinio, tota ministerii exorcistici operatio est suspendenda.

Tertio breuiter communis instructio quoad principalia puncta, de quibus supra num. 622. & sequentibus, repetatur. Et probetur per ea, quæ sæpius vidit, & in seipso expertus est, donec de omnibus sit certissimus: & præci-

principiè quòd dæmonum regressus ob eius negligentiam in resistendo diabolicis suggestionis , & ob minimam ; aut nullam in Deum confidentiam fuit ; Idcirco facillimum esse commoneat, iterum eum liberari, si ex præcordijs iterum in Deum suam fiduciam collocauerit : & quòd similis est expulsio dæmonum à corpore vexato expulsioni peccatorum ab anima peccante . Peccata enim per contritionem, confessionem, & absolutionem delentur : dæmones verò per fiduciam, & confidentiam in Deum, & detestationem in dæmonem , ac per præceptum ab Exorcista contra dæmonem factum expelluntur .

§. III.

764.
Quando præcepta ab Exorcista sint formanda.

Quartò Exorcista præcepta pro experientijs non formet , nisi Vexatus ipse pro maiori sua securitate id requisiuerit . Nam antea omnia, quæ necessaria sunt, sufficienter vidit . Potest tamen Vexatum ipsum admonere, vt ipsem per seipsum vexationes remoueat iuxta regulas superiùs positas num. 651. & sequentibus, & num. 658. & sequentibus, & sic, donec dæmon, sicut priùs, totaliter fuerit depresso, atq; subiectus, exerceatur .

Quintò, si Vexatus ex fidei debilitate temptationibus , ac suggestionibus diabolicis ad diffidentiam inducentibus imperfectè restiterit , præcepto lenitiuo iuuetur, donec perfectè suarum operationum dominus fuerit, ac cunctis demonum superior machinamentis ; semper tamen breuiter fidei actu præmisso, quo necessariò dæmon ad obedientiam præstandam compellatur, vt supra anni num. 368. & 664.

Sextò totum exercitium hoc tempore adimplendum ordinatum erit ad destruendum attendendi, & dæmoniacis suggestionibus assentiendi habitū, & ad remouendum totaliter causam regressus, diffidentiam scilicet de concursu Dei ad dæmonem expellendum ; ac donec firmiter crediderit Deum absque dubio ad Exorcistæ præceptum dæmonem ab eo totaliter expellere velle ratione suæ infinitæ bonitatis, ac inuariabilis fidelitatis .

Septimò poterit Exorcista ad probationes venire; ac præcipere, vt confidentia in Deum, ac detestationis in dæmonem actus eliciat : ac cætera, de quibus supra art. 5. de dæmone fugiente , & exente, adimplere . Tandem hortari, eumq; admonere , vt imposterum maior sibi sit cura , maiusq; de eorum obseruantia studium, quæ sunt ad præseruationem necessaria, Deum ingiter, ac suppliciter exorando, vt ab eo diuinum potentibus auxilium præstare dignetur, qui est benedictus, & glorus in sæcula .

ARTICVLVS VIII.

De Dæmone infestante ea, quæ ad hominem spectant .

765.
Dæmon ob odijū
in hominē eius
rebus nocere
fudet .

Ea est dæmonis malitia, & inueteratum aduersus hominem odium , vt nihil detur in orbe tam absconditum, quod nō penetrat : distans, quod non attingat : fædum , quod non subeat , vt hominem quoquomodo queat per-

perturbare : Nam cùm eius personæ malum infestre prohibetur, in rebus faltem ad eius vsum spectantibus virus suum diffundere , ac totalem earum destructionem perquirere non desistit , vt benè docet Tolstatis quæst. 126. in cap. 8. Matthæi : *Damones, inquit, tanto ardore hominibus nocere desiderant, quod si non possunt nocere eis in seipsis, faltem volunt nocere in quibuscumq; rebus eorum.* Quapropter illum ex humanis corporibus expellere non sufficit ; sed adhuc verbi Dei , & exorcismi gladio coercendus est in omnibus rebus ad hominis vsum spectantibus , animalibus scilicet , domibus , locis habitabilibus, aere, campis, terre frugibus, comestilibus, potabilibus, medicinis, vestimentis, suppellecili , ac ceteris quibuscumque aliquo modo homini conuenientibus , vt ex omnibus deturbetur hic antiquus , ac veter-nosus serpens, eiusq; venenatum virus possit expulsari .

Gladio exorcismi est coercendus .

At quia irrationalia verbi Dei , seu exorcismorum incapacia esse , incomerto est , ad ea verbi diuini gladium , seu adiurationem dirigimus secundùm quod ab alio ad nocendum mouentur, videlicet vel à Deo vlciscéte, vel à dæmonie in illis operante . Si à Deo, Diuinam Maiestatem deprecando, vt id malum auertat : Si à dæmonie , imperando illi in nomine Iesu, ne noceat, vel vt nocere desistat, iuxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. q. 90. ar. 3. & alios supra relatios num. 357. & 358. à maleficijs autem , quibus animalia bruta ad vsum hominis spectantia affici consuescant, incipiems .

Irrationalia exorcizantur , ut mouentur ab alio .

Q VÆ S T I O I.

Quibus modis animalia bruta à dæmonibus vexentur.

R Epondetur, tripliciter animalia à dæmonibus molestari . Primò eorū corpora ingrediendo , & in ipsis aliquod vel bonum , vel malum supra bestiarum naturam operando : quo modo permittente Christo porcorū corpora inuaserunt. Sed hic modus frequens nō est . Secundo modo extrinsecè impedimentum eorum operationibus ponendo: vt equis in via, ne progrederiantur : canibus, ne latrent : bobus, ne recte operentur , & id generis . Tertiò damnum eorum corpori inferendo, ita vt vel moriantur, vel penitus mutilentur .

766.
Vexationes
brutis à demo-
ne infictæ .

Q VÆ S T I O II.

Quomodo sit eis subueniendum.

R Epondetur, vt debita remedia illis applicari valeant , opus esse prius cognoscere , quando huiusmodi bestiæ sint maleficijs perrurbatae . Coniecturare ergo possumus, in eis dæmonem operari, quando aliquid preter naturæ cursum operantur, quarum operatio ad præceptum dæmoni factum ab Exorcista desistit: tunc n. euidens est diabolicae presentiæ signum, cùm bestiæ in operando obediunt præceptis Exorcistæ .

Verum, cùm dæmon prædictas operationes in bestijs, nisi per relationem

767.
Modus cognoscendi quando bestia sunt ma-leficio affecta

Custos bestiarum quomodo instruendus pro eorum libera. tione. ad hominē minimē exciter (nam cūm hominis sint , illas regulariter propter odium , quo hominem ipsum prosequitur cruciat , vt docet Tostatus quæst. 120. in cap. 8. Matthai : non enim nocet bestijs , quæ sunt in deserto) ideò dominus , vel bestiarū custos est in his , quæ hic subiiciuntur , instruendus .

Prīmō ergo ab Exorcista , vel Parocho instruendus est , & admonendus , vt confiteatur peccata sua : vt , si Deus hæc propter illa permisisset , per pēnitentiam vlcifcenti Dei iustitiæ satisfaciat ; idcirco humiliter , deuotè , & ex præcordijs peccata sua detestetur , Deumq; suppliciter , vt sibi omnia peca-
cata sua dimittat , exoret .

Secundō admonendus , vt firmiter super res suas nihil dæmonem posse , si ipse & pro se , & pro omnibus , quæ ad se spectant , in Deum suam fiduciā constituerit ; & quod dubio procul Deus & ipsum , & omnia ipsius sit à qua-
cumque dæmonis inuasione , & infestatione protectus : vt latè prosecuti-
sums supra vbi *de fructibus fiducia in Deum* .

Tertiō iubeat Exorcista , vel Parochus , vt dominus , vel bestiarum custos genuflexus humiliter , ac deuotè , & peccatorum suorum contritionis , & cōfidentiæ in Deum , ac detestacionis in dæmonem sequenti , vel alia simili for-
mula actum eliciat , quam , si legere nesciat , de verbo ad verbum Exorcista dictabit .

Orazione da farsi à Dio da' padroni , ò custodi dell'i animali maleficiati , per liberarli da' maleficij .

763.

*Actus contri-
tionis .**Actus amoris
erga Deum .*

SIgnor mio Giesù Christo , ecomi io seruo vostro indegnissimo quì prostrato inanzi la Maestà vostra , confessò , che v'ho offeso in varij modi ; mà in particolare nell'amar troppo la robba , e le cose à me spettanti , hauendo molte volte anteposto la cura , e diligenza nel custodire le cose temporali alla cura , e diligenza nel custodire pura , e senza macchia l'anima mia nel conspetto vostro ; & quel tempo , che impiegar doueuo nel lodare , e glorificare il vostro santissimo Nome , ascoltare i diuini Officij , e frequentare li santissimi Sacramenti , l'ho impiegato solo negl'interessi temporali , e però meritamente la Maestà vostra hà permesso , che questi miei animali , de' quali mi seruo negl'interessi temporali , siano dal demonio ministro della vostra giustitia vessati , e mal trattati . Però hora di tutto cuore di tut-
ti i miei peccati ve ne chieggó perdono , protestandomi , che per l'auuenire non voglio più offendervi ; mà coll'aiuto vostro vi voglio amare sopra tutte le cose con tutto il mio cuore , con-
tutta l'anima mia , e con tutte le forze mie ; & affaticarmi , che dal-

Art. VIII. Infestante ea, quæ ad hom. spectant. I 40 3.

li altri ancora della mia casa siate amato, e seruito ; così intendo pér l'auuenire, tutto quello, che farò, dirò, e pensarò, di farlo, dirlo, e pensarlo à laude, e gloria vostra . Vi prego dunque per la grandezza della vostra bontà, e misericordia , per l'infinita vostra clemenza, e pietà, per honor, e gloria del vostro santissimo Nome vogliate perdonarmi i miei peccati, e concedermi gratia, che per l'auuenire non vi offendia , mà che vi ami sopra tutte le cose, & indirizzi in ordine alla gloria vostra non solo tutti i miei pensieri, parole, & operationi ; mà tutte le cose ancora à me spettanti : quali hora vi prego vogliate custodire, e liberare da qualsiuoglia infortunio, & in particolare questi miei animali ordinati per uso della mia casa vogliate liberare da qualsiuoglia maleficio, ligatura, incantesimo , vessatione, e molestia de' demonij, e de' suoi ministri . Così vi prego ancora vogliate proteggere tutte l'altre cose à me spettanti , campi, vigne, prati, frutti, merci, vtensilij, e robbe di qualsiuoglia genere poste sotto la mia cura , preseruandole da qualsiuoglia infortunio, & auuersità ; poiche intendo , che pér l'auuenire il tutto sia collocato, e custodito dalli Angeli sotto la protettione del vostro santissimo Nome .

*Actus confidē-
tia in Dei pro-
tectione .*

§. I.

HAC protestatione peracta, Exorcista , vel Parochus præceptum , seu exorcismum contra dæmones sequenti formula efformet .

Exorcismus ad dæmones ab animalibus expellendos .

EGO N. vt minister Christi, & Ecclesiæ contra vos, spiritus maligni , qui vestris maleficijs has bestias , & alia ad usum istius hominis spectantia infestatis , venio: & in nomine Iesu præcipio vobis, vt statim exeatis ab hisce animalibus sub dominio, vel cura istius hominis constitutis, & à quibuscumque rebus ad illum pertinentibus , ac totaliter recedatis à loco isto, ac destruatis omne , quod perfecistis maleficium : nec amplius potestatem habeatis nocendi eis, ac vexandi ea siue intrinsecè, siue extrinsecè: nec apparendi eis sub quacumque forma , vel

769.
*Præceptum ex-
pulsuum .*

404 Par.III. Cap.IV. De Remedijis particularibus.

figura : nec impediendi eorum operationes naturales , ita vt libere , & sine vlla molestia , vel retardatione eorum dominus , vel custos eis vti possit , quandocumq; opus fuerit . Fugite ergo , ac recedite spiritus maledicti : quia sic præcipio vobis , vt minister Christi , & Ecclesiæ . In nomine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti . Amen .

Oratio deprecativa ad Deum pro bestijs à maleficijs liberandis .

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini .

¶. Qui fecit cœlum , & terram .

¶. Domine exaudi orationem meam .

¶. Et clamor meus ad te veniat .

¶. Dominus vobiscum . ¶. Et cum spiritu tuo .

Oremus .

Oratio deprecativa .

OMnipotens sempiterne Deus , qui ab origine mundi creans hominem ad imaginem , & similitudinem tuam , ad ipsius vsum , & leuamen fecisti etiam animam viuentem super terram in genere suo : iumenta , equos , boves , & oves , cæteraque animalia , & bestias terræ iuxta species suas : te humiliter deprecamur , vt hoc animal (*si plurafuerint , dicatur :* vt hæc animalia) liberare digneris à quocumque maleficio , ligatura , signatura , infestatione dæmonum , ac ministrorum eius , & à qualibet lue , peste , ac morbo contagioso , vt tradita ei (vel eis) sanitatem , deferuire possit (vel possint) ad vsum domini sui , qui in Ecclesia tua gratiarum tibi referat actiones . Qui viuis , & regnas in sæculorum .

Postea Exorcista animalia aqua benedicta asperget , ac benedicat ouilia , frenum , aquam , sal , & alia huiusmodi benedictione posita infra num. 783- ea omnia aqua benedicta aspergendo .

Tandem dominum , vel eorum custodem admoneat , vt illis liberè vtatur , & de eis sine vlo timore disponat , nec ea maleficio esse infecta amplius cogitat : ac sine vlla hæsitatione Deum pro sua infinita bonitate , ac pietate , & ob honorem Sanctissimi nominis Iesu huiusmodi animalia , seu bestias à quacumque dæmonum infestatione , aut alio infortunio protecturum esse confidat .

QVAE-

Q V A E S T I O III.

Quibus modis à dæmonibus domus soleant molestari.

Respondet, domus à spiritibus immundis diuersimodè vexari solere, ita vt multoties inhabitabiles reddantur. Nam in illis quandoq; in umbrarum forma ad habitatores, aliosq; homines terrendos se ostendunt. Aliquando sibilant, loquuntur, rident, aliosq; plures fingunt rumores. Aliquando vasa confringunt, illa euertunt, habitantes perturbant, dormitionē, seu somnum impediunt, aliaq; mala grauissima inferunt, vt lapidum iactus, gladiorum, & id generis demonstrationes, sèpissimè percussionses infligendo. Quandoq; sub hircorum vetucum, ac felum forma apparent, vel monstrorum. Aliquando leuiores turbationes efficiunt, vt suscitare dormientes, eos tegumentis detegere, coopertoria, & linteola trahere, & alia huiusc generis plura operari: de quibus latissimè, cùm de terriculamentis diurnis, ac nocturnis, alijsq; dæmonum apparitionibus aliàs, cùm diuinum Numen nobis fauere dignabitur, peragamus.

Q V A E S T I O IV.

Quomodo domus à spiritibus malignis sint purgande.

Respondet, Primò, antequam ad infestatum locum Exorcista accedat, interrogandos esse dominos, vel habitatores domus de infestationis tempore, quando scilicet, & quomodo incepit, & quandiu durauerit: & quo tempore soleat esse molestia maior: item de speciali loco: si per totam domum: vel in aliquo speciali cubiculo: Pari modo, an scire, aut imaginari possit vexationis causa: & quid credant: Item si molestent omnes habitantes, vel dominos tantum: & si hos tantum in domo, vel etiam extra domum: Item quos, & quantos producant effectus: Item si aliquod umquam adhibitum remedium fuerit; & quodnam, & quale sit præstitum: Si aliquid petierint spiritus, & quid: si maior vni, quam alteri habitatori molestia inferatur: Si extra domum à vicinis, vel ab ipsis habitantibus aliquid audiatur, vel videatur: Si in oratione, vel alijs spiritualibus exercitijs habitatores molestentur.

Secundò, conuocatis vexatae domus habitatoribus, instruantur ab Exorcista circa ea, quæ in communī instructione à num. 622. & sequentibus, credenda proponuntur; præcipue Deum dæmonibus, vt animæ, vel corpori, vel in rebus ad ipsos homines spectantibus noceant, nisi ob aliquam iustum causam, permittere non solere. In anima numquā, vt dæmon eam in mortalem culpam inducat, permittere sine ipsis voluntatis consensu: In corpore verò, & rebus, ex parte ipsis Dei ob eius gloriam, & Ecclesiæ suæ Sponsæ splendorem: ex parte hominum ob bonorum profectum, & ob malorum penam, & alijs de causis, de quibus suprà latissimè vbi de permissione

770.
*Molestia domi-
bus à dæmoni-
bus effecta.*

771.
*Inuestigatio
facienda de ve-
xatione domus.*

*Instruendi ha-
bitatores do-
mus pro libe-
ratione.*

sione à num. 133. inclusiue usque ad 147. exclusiue.

Tertiò, admonendi sunt habitatores, ne démonibus, vel hominibus asserentibus, talem vexationem à quibusdam animabus, vel purgantibus, vel damnatis fieri facilè credant: quia purgantes suffragia petunt, & post suffragia accepta quiescent, nec amplius aliquem perturbant: damnatae verò in inferno recluduntur, vt benè pluribus auctoribus probauimus supra n. 80.

§. I.

772.

Sup. num. 65.
& 66.

Quartò, habitatores Exorcistæ se maximè conformare debent, illique fidem præstare, ac suam in Deo fiduciam collocare, nulloq; modo diuina freti protectione démones pertimescere: quia, vt planè ex diuina scriptura constat, nihil possunt démones contra eos, qui sine hæsitatione in Deo suam fiduciam collocarunt. Ideò démonibus, ac démoniacis suggestionibus resistere debent, quas instillare solent, vt homines ad diffidendum de Dei bonitate, eiusq; assidua custodia, ac protectione inducant: sed animo virili, ac hilari corde, quæ ab Exorcista præcipiuntur, studeant adimplere.

Quintò, Exorcista eos moneat, quòd diabolus sèpissimè vexatæ domus habitatoribus falsas solet cogitationes immittere, phantasie obijciendo, quòd domus illa sub eorum spirituum dominio est: quòd numquam discedent; quod ibi ad aliquem custodiendum thesaurum: vel ad torquendas animas: vel quia in ea domo peccator aliquis mortuus est; vel propter alia huiusmodi debent permanere. Ideoq; huiusmodi suggestionibus faciliter aures non præbeant; nam hæc, licet quandoque eueniant; ramen vt plurimū sunt falsa, & figura.

Q V A S T I O V.

Quid agendum ab Exorcista, & domus habitatoribus in actu liberationis.

773.

Ordo seruādus
in liberandis
domibus à ve-
xationibus.

In liberationis actu hunc ordinem seruare utillimum erit. Primò, post instructionem, accepta cruce cum candelis benedictis accessis, & aqua benedicta, domus Habitatores vñà cum Exorcista stolam ad collum gestante ad portam domus principalem processionaliter accedant, & ibi aliquantulum orent, Litanias Sanctorum, vel aliud huiusmodi recitando.

Secundò, sic processionaliter procedentes locum principaliter vexatum ingrediantur, vbi iterum orent recitantes Psal. 90. *Qui habitat in adiutorio Altissimi.* Postea eos horretur Exorcista ad fidei, ac confidentiæ actus in Deum eliciendos, ita vt Deum ad præceptum Exorcistæ eius ministri, qui in eius nomine præcipit, ac ipsius virtute operatur firmiter credant concursurum. Quare Exorcista démonibus, si adsint, præcipere poterit, vt leuem aliquem ex ijs, quos causare soliti erant, causent rumorem, sine villa tamen Exor-

Exorcista, & habitatorum ne minima quidem lēsione: quem si efficien^t, statim præcipiat, vt à tali rumore desistant; postea habitatores ad credendū horretur, quod sicut huic præcepto obedierunt, ita vltimo præcepto obedient expulsiō. Si verò dæmones ad præceptum ab Exorcista factum nullum causent rumorem, sicuti causare consueuerant, nec aliud suæ præsentia signum exhibeant, subiungat Exorcista, & habitatores commoneat, quod dæmones nullum signum dederunt, eo quia iam à Deo facultas vltterius habitatores diuexandi eis facilē est sublata.

Tertiò iubeat, vt dominus, vel habitator, seu domus custos cum ceteris genuflexus contritionis, ac confidentiæ in Deum actus eliciat, dæmonem sequenti, vel alio modo detestando:

*Orazione da farsi à Dio dalli habitatori delle Case molestate,
per liberarle da dette vessationi diaboliche.*

774.
*Altus confiden-
tia in Deum ad
domus à vexa-
tionibus diabo-
licis liberādas.*

SIgnor mio Giesù Christo, ecco, ch'io vilissimo seruo vostro indegno prostrato inanzi la Maestà vostra conosco, e confessō, che v'hò più volte grauemente offeso, e l'istesso facilmente haueranno fatto ancora li altri miei di casa, così hora viuenti, come anco quelli, che di già sono morti in questa casa; che però di tutte l'offese, ch'io, e tutti quelli di questa casa così viuenti, come morti, v'abbiamo fatte, io ve ne dimando perdonō, sì come questi, che hora sono presenti qui inginocchiati, intendono di fare, e confermare questa mia protesta. Vi prego dunque per l'infinita vostra bontà, e misericordia, per la fedeltà nelle promesse vostre, per honor, e gloria del vostro santissimo nome, per l'efficacia della vostra santissima passione, per i meriti della Vergine santissima vostra diletissima Madre, e degli Angeli nostri custodi, e Santi N. N. nostri deuoti vogliate à noi viuenti rimettere le nostre colpe, & a' morti purganti, che sono in luoco di salute, rimettere le pene, che patir deuono per le loro colpe, offerendomi d'adempire per essi quelle opere satisfattorie, che da' Padri spirituali mi saranno imposte. Così humilmente vi supplico concedere à tutti noi la gratia vostra, e difenderci dall'insidie, e molestie de' demonij, & in particolare da quelle, che sogliono cagionare in questa casa, degnando ui con la virtù, e potestà vostra infinita al preccetto, che li farà à nome vostro questo Reuerendo vostro ministro, e rappresentā-

te, scacciarli, e bandirli subito fuori lontani da questa casa , si che per l'aauenire non possano più molestare, ne internamente, ne esternamente li habitatori di essa, ne apparirgli sotto qual siuoglia forma, ò figura : poiche intendo, che per l'aauenire ~~c~~ la casa, e li habitatori di essa siano collocati sotto la protezione del vostro santissimo nome .

§. I.

Atto di detestazione contro li demonij.

775.
*Altus detesta-
tionis in demo-
nes.*

ET à voi diauoli maladetti ribelli di Dio, perturbatori della pace, e della quiete, per la fede , e confidenza, che hò posto in Giesù Christo, hauendo io cura di questa casa , comando nel nome di Giesù Christo, ch'al preceitto , che farà questo Padre Sacerdote, dobbiate subito partirui da questa habitatione: perche effendo da me posta sotto la protezione del santissimo nome di Giesù, nel quale hò posto tutta la mia confidenza, pretendo, che non habbiate più potestà di star' in essa, ne di molestare in modo alcuno li habitatori di quella .

His actibus elicitis, & enunciatis à domino , vel principali habitatore, vel domus custode, Exorcista immediatè stans ceteris genuflexis cum maiestate terribili, ac voce grandi, dextera eleuata manu ad instar minitantis , exorcismum sequenti, vel simili forma pronunciet .

§. II.

Exorcismus ad expellendos dàmones à domibus vexatis.

776.
*Præceptum ex-
pulsuum.*

COntra vos, spiritus apostatici, osores hominum , perturbatores pacis, pleni omni dolo, & fallacia, nequissimi dracones, Ego N. vt minister Christi , & Ecclesiæ venio , & in nomine Domini nostri Iesu Christi præcipio vobis , vt illicò , ac sine mora recedatis ab hac domo , nec amplius potestatem habetis habitandi, vel discurrendi in ea: vel eius habitatores duexandi, aut quocumque modo inquietandi, vel perturbandi die, vel nocte: vel eis apparendi sub quacumque forma, vel figura: vel strepitus, tumultus, ac rumores excitandi: aut voces for-

formandi : aut quicquid aliud operandi; sed prorsus, & eminus ab ea recedatis. Exite ergo spiritus maledicti, ac fugite sine mora : quia sic præcipio vobis in nomine Iesu : sic volo, sic iubeo, vt minister Christi, & Ecclesiæ, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Déinde locum, & habitatores aspergat aqua benedicta.

Eodem modo Exorcista ad omnes cellas, cameras, ac cubicula vexata se gerat, iubeatque omnes genuflectere, & orare, ac præcipiè principalem illius cubiculi habitatorem actum fidei, ac confidentiam in Deum, nec non detestationis in dæmonem elicere, & præscripto modo, seu breuiori ad Exorcista libitum, & iuxta viuiscuimusque deuotionem pronunciare; ac postea Exorcista præposita, seu breuiori formula præceptum repeatat expulsuum.

§. III.

Post quodlibet præceptum, seu exorcismum expulsuum Exorcista sequentes orationes deprecativas subiungat, vt Deus virtute sua, quod ab Exorcista operatur, perficere dignetur.

777.
Orationes de-
precativa reci-
zanda ab Exor-
cista.

*Orationes deprecativæ ad obtinendum à Deo expulsionem
dæmonum à domibus, quas infestant.*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Fiant aures tuæ intendentæ.

R. In vocem deprecationis meæ.

V. Dominus sit in loco isto.

R. Et cum omnibus habitantibus in eo.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Inclinâ, quæsumus Domine, aures tuas ad preces nostras, quibus te humiliter deprecamur, vt locum istum (vel domū istam) tua benedictione impleas, & efficias, vt in eo (vel in ea) sit sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, mansuetudo, plenitudo legis, confidencia in nomine tuo, & gratiarum actio tibi Deo trino, & uno; neque contra cum (vel contra eā) amplius

amplius præualere possit teterimus dæmon: nec possint habitatores eius à dæmonum illusionibus, præstigijs, incantationibus, maleficijs, apparitionibus, infestationibus, ac vexationibus perturbari; sed omnes sentiant in eo (vel in ea) tuam omnipotentem in hac sacerdotali benedictione concurrisse, qua potenter eripiantur, liberentur, ac præseruentur ab omnibus diabolicalis insidijs, molestijs, atque nequitijs, & à quocumqne malo mentis, & corporis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Visita, quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes infidias inimici ab ea longè repelle. Angeli tui sancti habitent in ea, qui habitantes in pace custodiant; & benedictio tua sit super eos semper.

Exaudi nos Domine Sancte, Pater omnipotēs, æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominū nostrum. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta; postea incenso, (si adsit) thurificetur.

Tandem Exorcista domum, & omnes in ea habitantes genuflexos benedicat, dicens :

Benedictio Dei omnipotentis Patris, ☧ & Filij, ☧ & Spiritus Sancti descendat super hanc domum, & omnes habitantes in ea, & maneat semper. Amen.

QVÆSTIO VI.

Quomodo domus à dæmonum molestijs sint præseruande.

778.
Modus præser-
uandi domos à
molestijs dia-
bolicis.

Respondetur pro præseruatione eligenda esse ex his, quæ dicta sunt de præseruatione à maleficijs supra num. 751. & sequent. ea, quæ magis opportuna videntur. Poterunt nihilominus etiam, quæ sequuntur admpleri.

Primo domus illius dominus cum tota sua familia saltem tribus diebus ad Sanctissimæ Trinitatis honorem, antequā stratum petant, in domo iam vexata genuflexus Sanctorum reciter Litanias, vel Beatissimæ Virginis, addendo orationem, *Visita quæsumus, &c.* supra positam, vna vel duabus canidelis benedictis accensis, ac thure benedicto fumigante; ac tandem aqua benedicta domum, ac omnes in ea habitantes aspergat.

Secundò considerent habitatores, quod dæmones ab illa totaliter domo facti sint exules: & quod iam Angeli Sancti eam in habitationem sibi elegerint;

Ari. VII. Infestante ea, quæ ad hom. spectant. 411

gerint; ideo quilibet eorum die, noctuq; associatus, vel solus sine timore, aut tremore, imò cum gaudio, ac lètitia in ea discurrat, ambulet, & securus permaneat, Deum semper laudando, ac glorificando, qui numquam in se sperantes, ac confidentes confundit, vel derelinquit; sed semper adiuuat, ac tuetur.

Tandem super omnia habitatores certam liberationis, ac præseruationis habeant fidem, quæ inter omnia primum, ac principalissimum præseruationis est, & inexpugnabile scutum, in quo omnia nequissimi hostis tela facillimè poterunt retorquere.

Q V E S T I O V I I .

Quomodo aues, vermes, mures, locustæ, & alia animalia terram, vel fructus vastantia sint destruenda.

REspondetur in primis à Parocho eorum agrotum, vel fructuum, quos noxia adeò animalia depopulantur, dominos instruendos esse, vt credant, quæ credenda docentur, & quæ adimplenda traduntur, adimplent, vt superius num. 767. & sequentibus, habetur, & in Deum confidunt, ac detestationis in dæmonem actus eliciant, vt supra num. 768. mutatis mutandis, & additis addendis.

Secundò Parochus conditionatū exorcismum efformet, addendo: si fortasse dæmones ipſi sint propinqua, vel saltē remota huiusmodi deuastationis causa, sequenti tenore:

Exorcismus contra dæmones, aues, vermes, mures, locustas, & alia animalia producentes, vel ducentes ad campos, ac fructus deuastando.

EGO N. vt minister Christi, & Ecclesiæ contra vos, malediceti dæmones, qui ad aliud non collimatis, quām ad damnata hominibus inferenda: & cùm à Deo vobis non permittitur, eis nocere in anima, vel in corpore, saltē in rebus temporalibus illis officere nitimini, nunc venio, & si fortasse vos iniquissimi has aues, vermes, mures, vel locustas, & alia huiusmodi animalcula has vineas, has fruges, hæc prata, ac fructus deuastantia, actiua passiuis applicando, produxitis, illa de potentia materiæ educendo: vel iam educēta naturaliter collegistis, & collecta huc deduxistis, ac per hos agros, hortos, vineas, plantas, ac fruges dispersistis, auctoritate mihi tradita à Deo, & ab Ecclesia in nomine Iesu Christi præcipio vobis, vt iterum illa destruatis,

779.
Mod⁹ destru-
di animalia
fructus terra
deuastantia.

Præceptum ex-
pulsuum con-
ditionatum.

struatis, corruptis, & in pristinam materiam educatis: vel alio transferatis, vbi nemini nocere valeant: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

§. I.

Tertiò Deum deprecetur, vt ipse virtute sua, vel per Angelos suos destruat, & ad nihilum huiusmodi animalcula redigat, à quacumque causa siue naturali, siue transnaturali ad tales perniciem inferendam sint producta.

Orationes deprecativa contra aues, vermes, mures, locustas, vel alia animalcula arboreis, vel fructus deuastantia.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum, & terram.

V. Domine exaudi orat. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, & hanc auium, vermium, seu murium, aut locustarum, vel aliorum animalium infestationem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur, vt procul à tua potentia expulsi nulli noceant: & hos campos, agros, arbores, fruges, vel vineas in tranquillitate, & quiete dimittant: quatenus ex eis surgentia, & orta tuæ Maiestati deseruant, & nostræ necessitati subueniant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miserator, in cuius nomine omnia genuflectuntur, cælestia, terrestria, & infernalia, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, vt quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem consequatur effectum: quatenus hos pestiferos vermes, vel mures, aues, uel locustas, aut alia animalcula per nos seruos tuos maledicendo maledicas, segregando segreges, exterminando extermines, ut per tuam clementiam ab hac peste liberati gratiarum

tiarum actiones maiestati tuæ liberè referamus . Per Christum
Dominum nostrum . R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta .

§. II.

Benedictio communis supra fruges, & vineas.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini .

R. Qui fecit cœlum , & terram .

V. Domine exaudi orationem meam .

R. Et clamor meus ad te veniat .

V. Dominus vobiscum . R. Et cum spiritu tuo .

781.

Oremus .

O Ramus pietatem tuam omnipotens Deus, ut has primitias
creaturæ tuæ, quas aeris, & pluviæ temperamento nutri-
re dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas ; & fructus
terræ tuæ usque ad maturitatem perducas . Tribuas quoq; po-
pulo tuo de tuis muncribus tibi semper gratias agere, vt à ferti-
litate terræ esurientium animas bonis affluentibus repleas, &
egenus, & pauper laudent nomen gloriæ tuæ . Per Christum
Dominum nostrum . R. Amen .

Aspergat illas aqua benedicta .

Alia benedictio super easdem.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini .

R. Qui fecit cœlum, & terram .

V. Domine exaudi orationem meam .

R. Et clamor meus ad te veniat .

V. Dominus vobiscum . R. Et cum spiritu tuo .

Oremus .

TE, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, sup-
plices deprecamur, vt misericordia tua iugiter nobis cō-
cedas sufficientem messum copiam, fructuum omnium largita-
tem tribuas : vinearum quoq; substantiam abundanter, arborū
fetus, prouentusq; omnium rerum : atq; ab ipsis omnibus pesti-
ferum sydus, tempestatis procellam, & grandinis fragorem, &
vniuersa mala auertere digneris . Per Christum Dominum no-
strum . R. Amen .

Ore-

Omnipotens sempiterne Deus multiplicat super nos misericordiam tuam: & preces nostras benignus exaudi: vt super has fruges famulorum tuorum veniat speratae bene **¶** directionis libertas: vt repleti de frugibus tuis in tuo nomine de tua gratia semper exultemus. Per Christum Dominum &c.
Aspergantur aqua benedicta.

§. III.

*Benedictio feni, pascuorum, salis, & aquae pro animalibus
a maleficijs liberandis, ac præseruandis.*

782.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum, & terram:

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus:

Omnipotens æterne Deus, qui producis fenum iumentis, & herbam seruituti hominum, quicq; aperis manum tuā, & imples omne animal benedictione, dans escam omnibus in tempore opportuno; exaudi preces seruorum tuorum, & super hoc fenum, pascua, salem, & aquam, tuām sanctissimam **¶** benedictionem infundere digneris, vt quæcumq; animalia ex eis sumpserint, ab eis discedant omnes insidiæ latentis inimici, liberentur, ac præseruentur ab omni maleficio, noxa, & infestatione dæmoniaca: & à quacumque lue, peste, ac morbo contagioso: vt illis tua diuina virtute adiutis, atque protectis, eorum domini, ac custodes gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergantur deinde aqua benedicta.

Alij exorcismi, coniurations, ac benedictiones pro dæmonibus coercendis aereas tempestates clementibus, fulmina, ac grandines excitantibus, ac per ipsas, sicut & per vermes, bruchos, locustas, erucas, & id generis animalcula, vineas, campos, & fruges deuastantibus, ac destruentibus ex Rituali Romano nouissimæ impressionis sunt petendi.

OMNIPOTENS CLEMENTI

-90-

Hic

§. IV.

HIC tanten omittendæ non sunt communes aliarum rerum ad usum hominis spectantium benedictiones; quæ maximæ hominum conferunt utilitatē! Nam cùm dæmon diuinam obscurare benignitatem, ac liberalitatem maximopere tenteret, qua Deus ad nobis abundè donaclarigenda excitatur, nos, per huiusmodi benedictiones, ipsius in bonis nobis conferendis abundantiam testamur: Benedicō enim abundantiam significat secundū illud Genesis 22. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. vt eruditè docet Paulus Carratia tom. 2. de Regulari, ac mystica Regularium, Iuris canon. interpret. & verit. Reg. 3. art. 1. pun. 5. num. 7. Idcirco sequentes, vt visitatores subiiciemus.

783.
Varia benedi-
ctiones.

Vers. 18.

Benedicō Panis, & vini, & quorumcumque comedibilium.

Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Qui fecit celum, & terram.

Exorcismus.

Exorcizo uos creaturæ panis, & uini, & cuiuscumque comedibilis, In nomine illius, qui panes in deserto benedixit, & multiplicauit: qui aquam in uinum conuertit, & manna in deserto patribus dedit omne delectamentū in se habentē, ut sitis fortitudo, sanitas, & purificatio huic, & omnibus Dei creaturis ex uobis sumentibus ad effugāndos omnes spiritus immūdos, omnemque nefariam uitam Diaboli, & omnes figurās Sathanæ exterminandas: Per eum, qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos, & sæculum sæculorum. Amen.

Oremus.

Omnipotens Deus, æterne vite, & Angelorum panis viuus, qui Eliam in fortudine subcinericij panis usq; ad mortem Orēb ambulare fecisti, & quinque panes in deserto tua sancta benedictione multiplicasti, aquam in optimum vinum transubstantiasti, Moysenque, & populum tuum in deserto cibis suauissimis cibasti, purificare, † benedicere, † & sanctificare † digneris has creatureas cibi, & potus, quas in nomine sancto tuo purifico, † benedico, † & sanctifico, † yt omnibus ex eis comedentibus,

ac

416 Pat. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

ac bibētibus sint contra maleficia, insidias, & callidi hostis morbos præsidium, & tutamen: & comedentium corda, viscera, & cuncta corporis membra per Spiritus sancti gratiam benedictur. Quæ omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, & facturas, per hæc comestibilia, & potabilia benedicta destruo, † annihilo, † & à corporibus humanis eradico: † Per te Iesu Christe, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

Alia Benedictio Panis.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

¶. Qui fecit cœlum, & terram.

¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus, bene † dicere digneris hunc panem tuā sancta spirituali benedictione: vt sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis; atq; contra omnes morbos, & vniuersas inimicorū insidias tutamen. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, panem viuum, qui de celo descendit, & dat vitam, & salutem mundo: & tecum viuit, & regnat in uinitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. ¶. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Alia Benedictio ad quodcumque comestibile.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

¶. Qui fecit cœlum, & terram.

¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene † dic, Domine, creaturam istam N. vt sit remedium salutare generi humano: & praesta per inuocationem sancti nominis tui, vt quicumque ex ea sumperferint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum.

¶. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Bene-

Benedictio Salis.

- ¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
¶. Qui fecit cœlum, & terram.
¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

Domine Deus, Pater omnipotens, qui hanc gratiam cœlitus sali tribuere dignatus es, ut ex illo possint vniuersa condiri, quæ hominibus ad escam procreasti, bene dic hanc creaturam salis ad effugandum inimicnm: & ei salubrem medicinam immitt, vt proficiat sumentibus ad animæ, & corporis sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. ¶. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio Agni, & aliarum carnium.

- ¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
¶. Qui fecit cœlum, & terram.
¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

Deus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto agnū occidi iussisti, in similitudinem Domini nostri Iesu Christi, & utrosque postes domorum de sanguine eiusdem agni perungi præcepisti: quique in priori Testamento carnes animalium in sacrificio offerri voluisti, & in cibum & refectionem hominibus concessisti: quæsumus ut hanc carnem bene dicere & sancti facere digneris, quam famuli tui ad laudem tuam sumere desiderant, per resurrectionem eiusdem Domini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. ¶. Amen.

Et mox aspergat aqua benedicta.

Benedictio ouorum.

- ¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
¶. Qui fecit cœlum, & terram.
¶. Dominus vobiscum: ¶. Et cum spiritu tuo.

Dd

Ore-

218 Pat. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

Oremus.

Superueniat, quæsumus Domine, tuæ benedictionis gratia
huic ouorum creaturæ: ut cibus salubris fiat fidelibus tuis
in gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem Domini
nostrí Iesu Christi. Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæcu-
lorum. Rx. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio quorumcumque fructuum.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum, & terram.

V. Dominus vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene ✠ dic Domine hos fructus, & præsta: ut qui ex eis in
tuo sancto nomine vescentur, corporis & animæ salute po-
tiantur. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio vini, ceruisia, vel alterius potabilis materiae.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit celum, & terram.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, Pater omnipotens, statutor omnium elem-
torum & fructuum, qui per Iesum Christum filium tuum
Dominum nostrum, substantiam hanc in refocillationem sitis,
& corporum salutem esse voluisti; te supplices deprecamur, ut
ex auditis orationibus nostris, eam tuæ pietatis a spe & tu sancti-
✠ fices: atque ita omnium spirituum immundorum ab ea re-
cedat incurso, ut quicumque ex ea sumperferit, ei gratia tuæ be-
nedictionis adueniat, & mala omnia te propitiante ab eo procul
recedant. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum
filium tuum, qui tecum viuit, &c. Resp. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

alia

Art. VIII. Infestante ea, quæ ad hom. spectant. 419

Alia benedictio vino propria.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui in Cana Galilææ ex aqua vinum fecisti, qui es vitis vera, multiplica super nos misericordiam tuam, & bene dicere, & sanctificare digneris hanc creaturam vini, ut quicumque ex eo sumet, diuinæ benedictionis tuæ opulentia repleatur & sanctificetur, & corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiat. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas, &c. Resp. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio olei.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Emitte, quæsumus Domine, Spiritum sanctum tuum paraclitum de cœlis in hanc pinguedinem oliuæ, quam de viridi ligno producere dignatus es, ad refectionem mentis & corporis, ut tua sancta bene dictione sit omnibus hoc vnguento cœlestis medicinæ per unctis tutamen mētis & corporis, ad euacuandos omnes dolores, omnesq; infirmitates, omnemque egritudinem mentis & corporis, & si quod illis aduersantium spirituum adhæreat nōcumentum, ad tactum & sumptionem sanctificati olei huius abscedat, nullus spiritualibus nequitijs locus, nulla refugis virtutibus sit facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Benedictio quarumcunque medicinarum.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Dd 2

Resp.

420 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

SVmme Deus, qui summa & media, imaque custodis, qui omnem creaturam intrinsecus ambiendo concludis, sancti⁺ficare, & bene⁺ dicere digneris hanc medicinam, & bene⁺ dictiōnēm tuam super eam digneris effundere, vt per tuam sanctissimam virtutem, & copiosissimam benedictionem per signū sanctæ Crucis⁺ impertitam, omnis virtus diabolica ab hac creatura, quæ hanc medicinam sumptura est, expellatur & annullietur, tantamque virtutem merito Passionis tūæ, & viuificæ Crucis⁺ recipiat, vt omnes immundos spiritus, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omnia maleficia possit expellere, & diuertere à famulo tuo, qui ea vtetur, exhibeatque ei plenum sanitatis effectum. Per Christū Dominū &c. Rx. Amen.

Oremus.

BEnedico te, creatura medicinæ, in nomine altissimi Patris, + & Filij, + & Spiritus + sancti, qui te creauit pro tutela humani generis. Et rogamus te, Domine Deus noster, vt hęc creatura medicinæ famulo tuo, qui ea vtetur, in nomine Sanctæ Trinitatis efficiatur salutare remedium, sīq; perfecta medicina in viscéribus eius. Qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio Thalami.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene⁺ dic Domine, thalamum hunc: vt omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum cum incolumentate mentis & corporis, & ad regna cœlorum perueniant. Per Christum Dominum nostrum &c. Resp. Amen.

Ore-

Oremus.

Creator & conseruator humani generis, dator gratiæ spiritalis, largitor æternæ salutis, tu Domine emitte benedictionem tuam super hunc thalamum, ut, quicumque in eo requietescet, in virtute cœlestis defensionis ad vitam æternam proficiat, & à suis languoribus & doloribus, omnibusque insidijs & machinationibus diaboli & ministrorum eius liberetur. Per Christum Dominum &c. Resp. Amen.

Postea aspergat aqua benedicta.

Benedictio Cubiculi.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit celum, & terram.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene dic, Domine Deus omnipotens, locum istum, ut sit in eo sanitas, castitas, victoria, fortitudo, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto: & haec benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo, Angeli tuae lucis eum inhabitent, cumque, & eius habitatores custodiant & defendant contra omnes insidias inimici; & si quæ aduersa, et contraria sunt ab eo in hoc loco machinata, et fabricata, auctoritate maiestatis tuae expellant. Per Christum Dominum etc. Resp. Amen.

Oremus.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & bene dic locum istum dextera tua sancta, & omnes, qui in eo commorantur; illumque visitare, & inhabitantibus gratiam sanitatis impetriri digneris, sicut benedicere dignatus es cubiculo, & domui, in quo exceptus fuit hospitio Propheta Eliseus; & sicut visitasti, & sanasti socrum Petri; mitte, Domine, sanctum Angelum tuum de celis, qui liberet & defendat hunc locum ab imminentibus malis cum omnibus, qui in eo commorantur, nullaque eos nequitia contrariæ potestatis infestet; sed virtute Spiritus sancti fiat tibi debitum, & deuota libertate securum seruitum.

422 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

Per Dominum nostrum, &c. Resp. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio ignis, quo cremabuntur signa maleficij inuenta.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit celum, & terram.

Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, cui assistit exercitus Angelorum cum tremore, quorum scrutium spirituale, & ignem esse cognoscitur, dignare respicere, bene & dicere & sanctificare hanc creaturam ignis, ut eo combustis maleficij signis, omnes languores, omnesq; infirmitates atque insidiæ inimici effugiant, & separentur à plasmate tuo. Numquam lœdatur à mortu anti qui serpentis, quod pretioso Sanguine Filij tui redemisti. Qui tecum viuit, & regnat, &c. Resp. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Benedictio Thuris, scilicet Incensi.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum, & terram.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PER intercessionem Beati Michaelis Archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus bene & dicere, & in odorem suavitatis accipere. Sit, quæsumus Domine, famulis tuis pretioso Sanguine tuo redemptis, defensio perpetua contra omnes spiritus malignos, & omnes incantationes, præstigia, & diabolicas vexationes: sit perpetua expulsio malignorum spirituum, & in quocumque loco odor huius incensi fuerit, nullum maleficium, nullaq; molestatio diabolica possit perdurare, sed statim tua immensa potentia, & virtute tollatur & abigatur per signum sanctæ Crucis & tuæ. Qui viuis, &c. Resp. Amen.

Ore-

Oremus.

Domine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, dignare bene & dicere & sancti & sicare hanc creaturam incensi, ut omnes languores, omnesq; infirmitates atque insidiæ inimici odorem incensi huius sentientes fugiant procul, ut de cætero non audeant lœdere, molestare, aut infestare creaturas tuas, aut loca habitationis earum. Per te Iesu Christe Saluator mundi, qui viuis, &c. R. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Benedictio Aquæ.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene & dic omnipotens Deus hanc aquam, qui ad usum humani generis ad abluendum omnium peccatorum criminis præstitisti, ut inuocato super eas nomine tuo sancto, quicunque in ea lotus fuerit, vel ubique aspersa fuerit, seu à qualibet creatura rationali potata, salutaris tui munus inuisibile per hanc aquam tribuatur, ut omne quod sordidum est effugietur, & tua pietatis beneficium in omnibus conualecat. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.

Oremus.

Domine Sancte Pater, æterne Deus, exaudi preces nostras, sicut exaudire dignatus es famulum tuum Moysem in mari rubro, propter hoc, quia Pharaon in populo tuo cor suum exacerbavit, ut ipsum manu sui exercitus necaret: et sicut Heliæus Propheta cum populus tuus aquam gustare non posset, sal accepit, et proiecit ad exitus aquarum, et benedixit eas, et dixit: Sanauit Dominus aquas istas, et non erit in eis mors, neque infirmitas, et sanæ sunt aquæ: ita tu Domine sana aquam istam, ut ubique aspersa fuerit per domos, siue angulos domorum, et ubique maleficium diabolicum delatum fuerit, statim confusum, et increpatum abscedat, et fugiat; et sit nobis Domine,

*Ex thesauro
Exorcismorum
pag. mihi 396.*

424 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

hæc aqua aspersa, aqua omnis virtutis, aqua refrigerans, et dia-
boli interitus: et liberatus hic famulus tuus N. laudes, et gra-
tias tibi, Domine Sancte Pater omnipotens, agat sempiternas.
Per Christum Dominum nostrum etc. Amen.

Benedictio vestimentorum.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

¶. Qui fecit cœlum, & terram.

¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui inter cætera mirabilia crea-
turæ tuas diuersis ornamentiis decorasti: & tunicas pel-
liceas Adæ, & Euæ fecisti: nosque veste misericordiæ tuæ in-
hoc sæculo, & in regno tuo peruenientes stola gloriæ circudas:
quæsumus, vt hoc indusim, seu hæc indumenta, pro tui nomi-
niis amore, purificare, & mundare, & benedicere & digneris;
vt quicumque ea portauerit, & induerit, cœlestis gratiæ pleni-
tudinem in eis, & munimen valeat tuæ benedictionis percipe-
re, vt ab omnibus inimicorum maleficijs, incantationibus, ligati-
turis, signaturis, & facturis, & insidijs defensus, in columis te
in sæcula glorificare possit. Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio Nauis.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

¶. Qui fecit cœlum, & terram.

¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

REspice in nos, omnipotens Deus, de celo sancto tuo: & digna-
re bene & dictione cœlesti huic benedicere nauim, in qua,
sancto comitante Angelo tuo, ambulantes itineré recto, & pro-
spero dirigere, & ab omni periculo, & infortunio eripere digne-
ris, vt ad patriam, & ad portum salutis reuersi, te cum alacritate
mentis exultantes laudent creatorem vniuersorum. Qui cuin-
Filio

Filio tuo benedicto Domino nostro Iesu Christo, & cum Spiritu sancto viuis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio ad quodcumque volueris.

v. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cœlum, & terram.

v. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene dic, Domine, creaturam istam N. vel N. vt sit remedium salutare generi humano; & præsta per inuocationem sancti tui nominis; vt quicumque ex ea sumperferint, vel gustauerint, corporis sanitatem, & animæ tutclam accipient. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

ARTICVLVS IX.

De modo, & ordine exorcizandi.

EX omnibus predictis in hoc capite facilissimè colligi potest, nullum determinatum exorcizandi ordinem necessariò assignati; sed posse Exorcistam pro voto suo ex exorcismis, coniurationibus, ac benedictionibus iuxta patientis conditionem, & vexationem, ipsius dispositionem, ac temporis opportunitatem, eos feligere, qui magis sibi opportuni videbuntur. Non enim idem ordo cum omnibus obfessis, ac maleficiatis est seruandus: quia non eodem omnium sunt obfessiones, ac vexationes. Si quis enim Exorcista, cum sibi aliquis maleficio affectus adducitur, in quo dæmon super sensuas potentias, ac super lingue vsum ad loquendum potestate non habet; sed tantum aliquam aliam corporis partem diuexat, puta stomachū, renes, caput, & id generis. Si, inquam Exorcista dæmoni præcipere velleret, vt per os obfessi loqueretur, & ad interrogata respöderet, quid ageret Exorcista huiusmodi interrogationibus? surdum alloqueretur, oleum, & operæ perderet, ac diu maiores Vexato cruciatus augeret. Prædictis ergo exorcismis, obiurgationibus, præceptis, ac benedictionibus secundum obfessorum, Energumenorum, ac maleficio affectorum diuersitatem, dispositionem variam, ac diuersam temporis, & loci opportunitatem est vrendum.

Nihilominus inutile minime erit, maximè pro tyronibus in exorcistatus ordine, seruandam seriem assignare, quæ in huius artis praxi talis erit.

784.

Quomodo utendum
sit exor-
cismis.

§. I.

785.
Quid considerandum ab Exorcista circa seipsum.

Primò, Exorcista experietur, num ipse met debitas conditiones pro munere suo ritè, ac tutò obeundo possideat, nempe num prèter ordinis, ac iurisdictionis potestatem, sufficienti sit scientia prèdictus in ordine ad cognoscendum maleficiorum, & obsessionum causam permissuam, Deum scilicet, ac rationem permissionis: causam efficientem, & operantem, Dæmonem nempe ministerialem, & cooperantem. Maleficum scilicet: instrumentalem, seu moralem, res naturales nempe: nec non eorum signa tam probabilia: quād evidētia: num virtutibus sit ornatus, fide theologica scilicet, & maximè respectu eorum, quæ sui munera sunt, nēdum implicite, sed & explicitè: Spe, seu fiducia firma, & inhestitanti, quod dæmonem sit expulsurus, si talis expulsio fuerit salutaris: Charitate erga Deum, & proximum: Fortitudine in sustinendo, & perseverando; & Prudentia in vitandis erroribus circa adiurationem, & in rectis semitis circa eandem elendis.

§. II.

786.
Quid considerandum circa obsessum.

Secundò, antequam exorcizandi opus aggrediatur, priùs agnoscat, an ille, qui proponitur, energumenus, aut maleficiatus verè, & certè, vel saltem probabilitè sit, aliter si aliqua signa saltem probabilia non habeat, non ultra procedat iuxta regulas à num. 618. inclusuè vsq; ad num. 621. exclusuè, assignatas.

Tertiò, diligenter aduertat, an in Patiente conditiones requisitæ, capacitas scilicet ad intelligandam instructionem; propriæ liberationis desiderium; fides spei firme, seu sua liberationis fiduciae coniuncta; obedientia, quam in omnibus Exorcistæ præstare debet; ac tandem puta conscientia habentur: Nam si Energumenus prædictis careat, difficillimè optatam sanitatem consequetur.

Quartò, quod exorcizandus contritus, & etiam, si fieri potest, confessus sit, & sacra communione refectus; sitq; honestis parentibus, vel amicis associatus, & in locum ad hoc aptum, scilicet quietum, deuotum, & à populi multitudine remotum perductus.

§. III.

Supra nu 574.
& sequent.

787.
Inuocandum est
ab Exorcista
diuinum Numen.

Quintò, cognito, quod verè maleficiatus, vel Energumenus sit, Exorcista cum omnibus astantibus genuflexus Spiritum Sanctum implorat, vt ab eo in suo ministerio dirigatur:

Antiphona ad inuocationem Spiritus Sancti.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.

R. Et renouabis faciem terræ.

Ore-

Oremus.

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tuncatur aduerfis. Per Christum Dominum nostrum.

Da, quæsumus, nobis omnipotens, & misericors Deus: ut Sancto Spiritu congregati, hostili nullatenus incursione turbemur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, adspirando præueni, & adiuuando prosequere: ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Deus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: ut cogitemus, te inspirante, quæ recta sunt: & te gubernante eadem faciamus.

Pateant aures misericordiæ tuæ, Domine, precibus supplicantium: & vt potentibus desiderata concedas: fac eos, quæ tibi sunt placita postulare. Per Christum, &c. Rx. Amen.

§. IV.

Sexto, oratione soluta, sedeant omnes ad instructionem audiendam, quæ non solum Energumeno; sed circumstantibus etiam plurimum valebit: in qua instructione Exorcista vulgari idiomate clarè, & distinctè, iuxta Energumeni capacitatem, quæ sint credenda erga Deum, Exorcistam, dæmonem, & seipsum, iuxta doctrinam traditam à n. 622. inclusiue usque ad 646. exclusive, declarabit.

Septimo Exorcista patientem interroget, quo malo, & in qua corporis parte regulariter à dæmonie diuexetur. Quo respondentे, sic & sic: & in tali parte, &c. tunc Exorcista præcepto instructio dæmonis obedientiam probet iuxta regulas supra à num. 368. usq; ad 377. & 665. ubi de præcepto instructio agitur, assignatas.

Octauò, postquam Exorcista Energumenum perfectè instruxerit, enum. probet, an perfectè credat, quæ ad expulsionem necessaria sunt iuxta regulas traditas supra à num. 646. inclusiue, usq; ad 654. exclusive.

Nond, cognito, quod Energumenus benè dispositus sit, ac perfectè prosua liberatione probatus, Exorcista illum admoneat de temptationibus, ac suggestionibus, quas in liberatione illi versipellis hostis obijciet, vt eum ad diffidentiam de diuini auxiliij cōcursu inducere valeat: poteritq; aliquas earum, quæ ponuntur supra num. 738. secundùm doctrinam illo articulo traditam adducere. Moneatq; ac doceat illis resistendi modum, suis locis distinctis, nempe art. 2. 3. & 4. huīus quarti capitū assignatum.

788.

Quid agendum
oratione soluta
ab Exorcista.
& circumstan-
tibus.

Interrogatio-
nes facienda.

Probaciones
peragenda.

§. V.

789.

*Diuinum implorandum auxilium.**Actus fidei, ac confidentia enunciandus.**Nec non actus detestationis.*

Decimò, inuenient ab Exorcista Energumeno bene disposito, perfectè probato, & ad demoniacis temptationibus resistendum ritè parato; Exorcista vñà cum omnibus astantibus genuflexus ante Crucifixi, ac Beatisimæ Virginis imaginem, diuinum imploret auxilium pro dæmonis expulsione, humiliiter, ac deuotè aliquam, vel alias ex orationibus positis supra à num. 740. 741. & 742. recitando.

Vndeclimò, post orationem sedeat Exorcista, cæteris omnibus genuflexis, & iubear, vt Energumenus fidem, ac fiduciam, quam mente se habere fatetur, verbis explicet, iuxta propriam sui ipsius deuotionem. Póterit tamen Exorcista formulam supra nu. 656. vel alias suis locis distinctis positis proponere iuxta obsessionum, ac maleficiorum varietatem. Deinde statim de testationis actum in dæmonem eisdem locis positum renouare.

Duodecimò, Exorcista ea, quæ à num. 743. inclusuè vsq; ad num. 765. exclusuè habentur, iuxta ordinem ibi positum, & mōnita ibi tradita prosequatur.

*Modus breuis aptissimus ad dæmones expellendos,
& maleficia dissoluenda.*

790.

*Modus breuis dæmones expellendi.**Præceptum probatum.*

Dicto Vexato coram Exorcista in loco decenti, deuoto, & à populi multitudine remoto, præsentibus aliquibus ex eius parentibus, vel amicis: ex signis eius vexatione præcognita, probet Exorcista ad majorē, evidentiam, an verè vexatus sit, & hoc per præceptum probatum, sic conditionaliter dæmoni præcipiendo:

In nomine Iesu præcipio tibi dæmon, si tu es in corpore istius creature Dei, ut me præsente illos humores commoueas vel in stomacho, vel in altera parte corporis, quos solitos es commouere me absente, sine ulla tamē lassione ipsius patientis.

Deinde statim præcipiat, vt à tali commotione desistat.

Cognito ex dæmonis obedientia, quod infirmitas certitudinalitur à dæmone est excitata, Exorcista breuiter Energumenum instruat,

Primò, vt credat, quantum est ex parte sua, ad illum à dæmone liberandum paratiſſimum esse, si ipse sanitate benè sit vsurus, ad Deum nempè magis, ac magis laudandum, & glorificandum, & salutem animæ suæ maiori studio procurandam; & confidenter credat, se à Deo tale beneficium obtenturum.

Secundò, Exorcistam à Deo, & ab Ecclesia in Exorcistatus ordine dæmones ejisciendi potestatem accepisse: & quod ipse, cùm sit Exorcista, talem habet facultatem.

Tertiò, dæmonem ad ipsius Exorcistæ præceptum cogendum fore ab ipso Energumeno exire: quia à diuina virtute, quæ præsens est, expelletur.

Quartò, Deū ad ipsius obsessi peccata minime respecturum, dummodò illicò

Art. IX. De modo, & ordine exorcizandi. 429

illicè ex corde perfectum doloris, ac contritionis actum cù proposito firme quamprimum fideliter confitendi peccata sua, ac satisfaciendi, producat.

Quintò, Exorcista vexatum interroget, an firmiter credat, quod ipse illū docuit: similiter, an confidat, nunc immediate Deum ob suam infinitam bonitatem, ac misericordiam, eum esse liberaturum. Si hilari fronte respondeat, quòd sic: tunc iubeat, vt genuflexus corde, & ore contritionis actū eliciat, & proferat; deinde humiliter, deuotè, ac confidenter à Deo suam liberationem depositat; dæmoniq; præcipiat in nomine Iesu, vt recedat: poteritq; Exorcista illum ad huiusmodi actus formandos, & exprimendos adiuuare.

Tandem Exorcista sedens, paciente genuflexo, & cernuo, contra dæmonem præceptum proferat expulsuum, dicens:

Ego N. ut minister Christi, & Ecclesiae in nomine Iesu Christi præcipio tibi, dæmon, ut immediate, & sineulla mora exeras ex corpore istius creature Dei, nec amplius habeas potestatem nocendi ei intrinsecè, vel extrinsecè, vel quocumque modo eam perturbandi, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Post liberationem iubeat, vt immediate breuiter gratiarum actionis actū erga Deum eliciat, poteritq; ipsem Exorcista ei dictare iuxta formulam positam supra num. 747. Et admonere, vt imposterum spiritualia, ac præseruatua remedia adhibeat; ne dæmon amplius illum inuadere queat, ac perturbare.

Præceptum expulsuum.

Deo gracie agenda.

Modus breuissimus ad dæmones expellendos, & maleficia destruenda.

PRÆSENTATO Energumeno, vel maleficiato ad suam liberationem confe-
quendam perfectissimè disposito coram Exorcista, vel Parochio, iubeat
Exorcista, vel Parochus, vt dicat, nūm ipsum Dei, & Ecclesiae ministrum
esse credat, & vt talem se dæmones ejiciendi, eiusq; maleficia destruendi fa-
cultatem habete. Qui si hilari vultu, magnaq; deuotione, ac fiducia se fir-
miter credere, ac sine nulla hæsitatione confidete afferat, quòd mox à qua-
cumque dæmonum vexatione liberabitur, nec contra ipsum dæmones quic-
quam ulteriùs poterunt, Exorcista sedens, paciente ad pedes eius genuflexo,
præceptum contri dæmonem hac, vel alia formula efformet.

*In nomine Iesu Christi præcipio tibi, dæmon, ut exeras ex corpore
istius creature Dei, numquam in illud redditurus.*

791.

Modus breuissimus dæmones expellendi.

Formato hoc præcepto, iubeat, vt persona liberata surgat, ac suam libe-
rationem contestetur.

Cognito, quòd verè sit liberata, iubeat, vt genuflexa Deo gratias referat,
qui soli honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Cap. V.

De Remedijs pro afflictis, & tribulatis.

792.

Eccles. c.17.

Quamvis Parochorum sit proprium munus, afflictis, ac tribulatis suæ curæ subiectis opem trahiere, sicut eis in Rituali Romano *cap. de Visitatione*, & cura infirmorum insinuatur. Veruntamen, quia vnicuique Deus mandauit de proximo suo; vt quilibet etiam latinæ linguae ignarus & sibi, & proximò, cùm necessitas postulat, in tribulationibus, ac necessitatibus opportuna possit adhibere remedia, hic nonnullas vulgari idiomate (sic rogatus) breues instructiones cum quibusdam orationibus deprecatiis subiiciam, in maximè pro afflictis, ac tribulatis in infirmitatibus naturalibus subleuandis; eosq; ab inimicis, ac persecutoribus tuendis. Quod duobus articulis discutietur.

ARTICVLVS I.

De afflictis, ac tribulatis in infirmitatibus naturalibus subleuandis.

Suppositis instructionibus pro Parochis, quæ in Rituali Romano *loco cit.* habentur, quas ipsi, cùm necessitas exigit, semper in oculis habere tenentur, sequentes pro omnibus breuiter propono.

Instructione prima.

793.

Quello, che desidera nelle sue infermità d'essere da Dio consolato, & aiutato, deue Primieramente considerare, e riceuere quell'infermità, e tribulazione, come venuta dalla mano di Dio per salute dell'anima sua, acciò si emendi di qualche suo peccato, ò difetto, e disponga meglio la vita sua, corregga i suoi costumi, e faccia maggior profitto per l'auuenire nella via del Paradiso. E però deue subito ringratiate Sua Diuina Maestà, che si sia compiaciuto di visitarlo con quell'infermità, e tribulazione, e di darli quella piccola Croce.

Secondariamente, deue pregar Iddio, che gli dia aiuto, acciò da questa visitatione, qual si sia, possi cauare quel frutto, e profitto, che Iddio desidera, ne dalla sua impatienza, & ingratitudine venghi impedito.

Terzo, se per sorte quell'infermità le fosse stata da Dio mandata per i suoi peccati, subito faccia vn'atto vero di dolore, e contritione de'suoi peccati con proposito ferro d'emendarsi, e di farne la douuta penitenza; che leuata la causa dell'infermità, si leuarà l'effetto, conforme anco Santa Chiesa nell'infrascrritte Collette, ò Orationi costuma di domandare.

Quarto, se quell'infermità da Dio gli fosse mandata per la sua negligēza nel

nel caminare nella via della Christiana perfettione, si stabilisca di cuore, di volere per l'auuenire viuere puramente, e con tutte le sue forze affaticarsi per seruir Dio con maggior affetto, e sollecitudine: e però preghi Iddio, che per la sua bontà, e misericordia, e per i meriti della sua sacratissima Passione, si degni perdonarli i suoi peccati, e concederli gratia, di poter per l'auuenire amarlo, e seruirlo con tutto il cuore, con tutta l'anima, e con tutte le forze: & adempire quell'opere, che faranno più conformi al suo diuino volere.

Quinto, s'offerisca à patire per amor di Dio quell'infirmità, e tutte quelle pene, e tormenti, che sono più conformi al suo diuin beneplacito.

E per mettere in pratica questi precedēti atti, seruiranno le seguenti orationi, prima descritte in latino per i dotti, di puoi in volgare per quelli, che non intendono la lingua latina.

I. ORATIO

*Ad accipiendam infirmitatem, ut à diuina prouidentia immissam:
ac pro ipsa Deo gratias agendum.*

D Omine Iesu Christe, qui ad gloriam tuam, & salutem nostram læta permisces tristibus, & ad profectum nostrum secunda, aduersaq; euenire permittis, bonitati tuæ gratias ago, quòd mei fueris recordatus, & hac exigua cruce seruum inutilē visitaueris. Peto autem gratiam, vt ex hæ qualicunque visitatione tua fructus, & prouentus, quem tu desideras, consequatur; neque impatientia, vel ingratitudine mea impediatur. Tuam, quæso, manum porrigas infirmo mihi, meq; sicut Petru Apostolum: cùm mergi cœpisset marinis fluctibus, potenti dextera erige, ne sub hac cruce labascam, & concidam.

Oremus.

D EVS, qui conspicis, quia ex nostra prauitate affigimur: concede propitius, vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

794-

Sabbato qua-
tuor temporū
Aduentus.

II. ORATIO

Ad impetrandum à Deo veniam peccatorum.

O Domine Deus meus, confiteor me non vixisse, proh dolor, sicut debuissem, & per gratiam tuam potuisssem: Vnde iam toto corde doleo, & me nō satis dolere doleo. Obsecro

795-

432 Par. III. Cap. IV. De Remedijs particularibus.

secro igitur te, Domine, & suppliciter rogo, vt non facias mihi secundūm peccata mea, sed secundūm magnam misericordiam tuam, quæ superat peccata totius mundi. Misericordia mei Domini, misericordia mei, & adiuua me, sicut tu nosti, quod mihi necesse est in corpore, & anima. Scis omnia, potes omnia, qui viuis in sæculorum sæcula.

Oremus.

Feria 6. Cine-
rum ad Vesp.

T Vere, Domine, me famulum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla mihi nocebit aduersitas, si nulla mihi dominetur iniquitas. Per Christum, &c.

I III. O R A T I O *Ad proficiendum in via perfectionis.*

796.

D Omne Iesu Christe, ecce ego miser repletus multis miserijs, fateor me hac tua paterna correptione dignum esse, quia tibi, vt debueram, obsequium, ac seruitutem non impendi, ac multa bona opera, quæ operari debueram, prætermisi: sed tu, Domine Iesu, cuius est totum, quod est optimum, insero, meo pectori amorem tui nominis, & in me præsta religionis augmentum, vt quæ sunt bona, nutritias: ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias.

Oremus.

Domin. 8. post
Pentecost.

L Argire nobis, quæsumus Domine, semper spiritum cogitandi, quæ recta sunt, propitius & agendi: vt qui sine te esse non possumus, secundūm te viuere valeamus. Per Christū Dominum nostrum. Amen.

I V. O R A T I O *Ad seipsum offerendum diuino beneplacito.*

797.

D Ulcissime Domine Iesu Christe, in vnione illius charitatis, qua te ipsum Patri obtulisti in mortem, offero tibi cor meum, vt de me, & per me fiat beneplacitum tuum. Dulcis Iesu, hoc beneplacitum tuum eligo, & desidero, quantalibet aduersa, morbus, & mors instent, & me totum fidelissimæ tuæ prouidentiæ, ac sanctissimæ voluntati tuæ committo. Spero enim, & rogo,

rogo, ut me, & omnia, quæ circa me sunt, dirigas ad gloriam tuam, & animæ meæ salutem. O mi amantissime Pater, argue, corripe, castiga, vre, seca hoc tempore, ut in æternum parcas, neq; in furore tuo peccata nostra inferni flammis exuras. Scio multis prodeesse virgam tuam, cùm dilectos filios corripis, & corripiendo purgas, exerces, probas, priùsq; electos corones. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, quomodo, & quamdiù tibi placuerit, me virgæ tuæ paternæ subijci, meamque patientiam in cruce probari. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum. Me totum sanctissimæ voluntati tuæ submitto, atque committo. Etiamsi mortem immittas, tamen in te vitæ fontem sperare non desinam. In manibus tuis sunt fortes meæ.

Oremus.

O Mnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare.

Domin. infra
Oct. Natiu.

C Ordibus nostris, quæsumus Domine, gratiam tuam benignus infunde: ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicijs deputemur æternis. Per Christum Dominum nostrum.

Feria 6. post
Dom. Pæssion.

R. Amen.

V. O R A T I O

Ad stabiliendam humanæ voluntatis cum diuina conformitatem.

O Dulcis Iesu, neq; vitam, neque mortem, sed tuum beneplacitum desidero, te expecto: fiat mihi secundum voluntatem tuam. Si vis, ut moriar, dulcis Iesu, suscipe spiritum meum. Et licet ad vesperam venerim omnium nouissimus, da mihi, vt tecum, & in te requiem accipiam sempiternam. Si vero vis, ut diutius viuam, dulcis Iesu, hoc propono, & pro hoc gratia tuæ suffragium rogo, reliquum vitæ meæ corrigere, atq; in holocaustum tibi totum offerre ad gloriam tuam, & secundum beneplacitum tuum.

798.

VI. ORATIO

Ad hoc idem impetrandum, quod summè, & unice est necessarium.

799.

Domine Iesu Christe, obsecro te per amorem, quo omniū hominum onera portasti, vt facias me onus tristitiae meæ cum gratitudine suscipere de manu prouidentiæ tuæ, & de voluntate paterni cordis tui, & pro tui amore, quamdiù tibi placuerit, cum plenissima mei ipsius resignatione, longanimiter sustinere, ita duntaxat, vt me tua gratia confirmes, ne vñquam te vel in modico offendam, aut à sanctissima voluntate tua vel minimū recedam. Atque vtinam possem omnium, & singulorum, qui pro te passi sunt, hominum pressurās sufferre, vt qualemcumque vicem redderem infinitæ charitati tuæ. Eia benignissime Iesu, ita, quæso, vrias voluntatem meam cum sanctissimo beneplacito tuo, vt aliud optare nequeam, quām quod tu vis.

VII. ORATIO

Ad perfectam sui ipsius in diuinam voluntatem resignationem.
è Ludouico Blosio.

800.

Dulcissime Domine, Deus meus, memor esto, quæso, benignè considera me pauperem creaturam tuam esse, te verò Dominum, & Creatorem meum. Ecce ego me in æquissimum iudicium tuum offero, & gratissimæ voluntati tuæ integrè resigno, paratus hunc, & alium quemuis cruciatum, quamdiù tibi placuerit, sustinere. Vtere me, sicut vis, in tempore, & in æternitate. Quidquid tu Pater cœlestis in me, & de me facere decreueris, facito; nam ad omnia, qua possum humilitate, me, totum tibi offero, trado, & resigno. Libenter patiar pro te quidquid super me venire volueris, indifferenter enim volo de manu tua bonum & malum; dulce & amarum, lætum & triste suscipere, & pro omnibus gratias agere. Custodi me solūm, Deus, ab omni peccato, & non timebo mortem; nec infernum, dummodo in æternum me non projicias, nec deleas de libro vita, non mihi nocebit quidquid venerit tribulationis super me.

Adesto

Adesto mihi Domine Iesu in omni loco & tempore , sitq; hæc mihi consolatio, libenter pro te velle carere omni humano solatio . Et si tua mihi defuerit consolatio, tua voluntas, & iusta probatio erit mihi pro summo solatio . Sit nomen sanctum tuum nunc, & in æternum super omnia benedictum .

Oremus .

O Mnipotens sempiterne Deus, fac nos tibi semper & deuotam gerere voluntatem , & Maiestati tuæ sincero corde seruire . Per Christum Dominum nostrum . Amen .

Domin. infra
Octauā Ascē-
fionis .

ORATIONE PRIMA.

Per rendere gracie à Dio dell'infirmità mandataci per utilità dell'anima nostra .

SIgnor mio Giesù Christo, che per gloria vostra, e salute nostra accompagnate le cose allegre con le triste, e melanconiche, e per il nostro profitto permettete, che accadano le cose prospere insieme con le auerse, rendo gracie alla vostra bontà , che di me vi sete ricordato , e con questa picciola croce hauete visitato questo vostro seruo inutile . Però vi domando gratia, acciò da questa, qual si sia visitatione , ne segua quel frutto , e profitto, che desidera la Maestà vostra : ne dalla mia impatienza, & ingratitudine venghi impedito . Pregoui doncue, e supplico vogliate porgere la mano à me inferno, e con la potente vostra destra vi degnate ereggermi, come Pietro Apostolo , quando cominciaua sommergersi nell'onde del mare , acciò sotto questa croce non mi perda d'animo , e cada miserabilmente .

801.

ORATIONE SECONDA.

Per impetrar da Dio il perdono de suoi peccati .

O Signor mio Dio, confessò di non esser vissuto (misero me) conforme hauerei douuto , & hauerei potuto per mezzo della gratia vostra . Perilche hora di tutto cuore me ne dolgo, e mi dispiace di non dolermi à bastanza . Vi supplico doncue mio Signore , & humilmente vi prego , acciò non riguardate à

802.

E c 2 miei

miei peccati; ma alla grandezza della vostra bontà, e misericordia, la qual supera i peccati di tutto il mondo. Habbiate di me pietà ò mio Dio, pietà, pietà ò mio Dio, & aiutatemi, si come voi conoscete, che mi è necessario nell'anima, e nel corpo. Voi sapete il tutto, potete il tutto, che viuete ne secoli de secoli.

ORATIONE TERZA

Per far profitto nella via della perfettione.

803.

